






IO. IACOBI REISKE
ANIMADVERSIONVM
AD
GRAECOS AVCTORES
VOLVMEN QVINTVM
QVO
LIBANIVS, ARTEMIDORVS
ET
CALLIMACHVS
PERTRACTANTVR.

ACCEDVNT EIVSDEM
PRAEFATIO AD SVA POLYBIANA,
ET EPISTOLA
AD OEFFELIVM V. C.
DE NOVA EDITIONE
DEMOSTHENIS,
ITEM
GVIL. CANTERI
CVRAE SECVNDAE
AD ARISTIDEM.

LIPSIAE
LITERIS LOEPERIIS. 1766.

[illegible]

[illegible] A

[illegible]

[illegible]

[illegible] 2 [illegible]

[illegible]

VIRIS CLARISSIMIS,

MVNERVM, QVAE GERVNT, DIGNITATE SVSPICIENDIS, LITERARVM, QVAS ORNANT, LAVDE FLORENTIBVS,

FRATRIBVS

WERNSDORFIIS,

GOTTLIEB,

IN GYMNASIO DANTISCANO ELOQVENTIAE ET HISTORIARVM PROFESSORI,

ERNESTO FRIDERICO,

S. THEOLOGIAE D. ET PROFESSORI IN VNIVERSITATE WITTENBERGENSI,

IOANNI CHRISTIANO,

ELOQVENTIAE ET HISTORIARVM IN ACADEMIA IVLIA, QVAE HELMSTADII EST, PROFESSORI,

S. P. D.

IO. IAC. REISKE.



VIRIS CLARISSIMIS,

[illegible]

FRATRIBVS

WERNSDORFIIS,

GOTTLIEB,

IN GYMNASIO DANTISCANO ELOQVENTIAE ET HISTORIARVM PROFESSORI,

ERNESTO FRIDERICO,


S. THEOLOGIAE D. ET PROF. PVBL. IN VNIVERSITATE WITTEBERGENSI,

IOANNI CHRISTIANO,

ELOQVENTIAE ET HISTORIARVM IN ACADEMIA IVLIA, QVAE HELMSTADII EST, PROFESSORI,

S. P. D.

IO. IAC. REISKE.





Vel antequam VOBISCVM, VIRI CLARISSIMI, *AFFINES CARISSIMI*, divina quadam ſorte, vinculis conjugii, quod cum cognata Veſtra inii, conjungerer; fuit Veſtra erga me incredibilis voluntas. Sed ex quo adſcriptus veluti genti Veſtrae ſum, Veſtrum erga me ſtudium & amor tanto acrius exarſit. Cui ſtudio Veſtro quodnam ego teſtimonium perhibeam perennius, quod condam monumentum clarius, quam ſi epiſtola, quae ad multorum cognitionem, etiam exterorum, perventura, & annos, ni multum fallor, complures evictura videatur, teſtatum faciam, Veſtram erga me voluntatem, & praeclara Veſtra de bonis literis merita ſummi a me fieri.

TIBI quidem, ERNESTE FRIDERICE, alio jam loco, animum erga TE meum publice declaravi, cum Matris Vestrae, matronae egregiae, superiori anno rebus humanis exemtae, memoriam chartula quadam prosequerer, qua dedi operam, ut nostrates, quae esset Arabum in condendis carminibus epicediis ratio, e nobili quodam specimine cognoscerent. Quare TECVM, GOTTLIEB WERNDORFI, VIR CLARISSIME, hoc loco inprimis agere decrevi, quod Vos, Reliqui Fratres, pro caritate Vestra mutua, aegre confido non laturos. Nam, tametsi tantis locorum intervallis disjungeremur, quantis a Lipsia Dantiscum abest, ut nunquam nobis licuerit inter nos videre, creavit tamen studiorum quaedam, quae nos intercedit, similitudo, animorum nostrorum consensionem, mutuis literis coalitam & confirmatam. Cum TV intelligeres, graecos posteriorum saeculorum scriptores, cujusmodi Libanius est, tam supercilioso fastidio a me non contemni, atque vulgo contemnuntur, ab iis nempe, qui nonnullis de bona literatura meritis hoc essent consecuti, ut imperitis principatum graecae, quae hodie est, literaturae tenere viderentur, ipsique sibi persuasissent, florem graecitatis se omnem penitus imbibisse, cum graecitatem hanc, vulgari errore pro deteriori habitam, ne extremis quidem, quod ajunt, labris degustassent; approbasti TV hunc meum sensum, exemploque TVO, quod

gra-

gravissimum penes intelligentem quemque debet esse, confirmasti. Quoties me hujus saeculi poenituit ineptiae, quoties indolui, TVA Eque meaeque sorti, quae contentionem nostram pertinaciter eluderet, lucubrationes TVAS, quibus *Himerium* & *Aeneam Gazaeum*, ut alios taceam, ornasses, in publicum proferendi, in tanta chartarum frivolarum & putidarum abundantia, a quibus, ad fungorum modum, indies luxuriantibus, bonae artes bonaeque literae obscurantur & corrumpuntur! Himerii habes editioni paratas, quas extrudere nequis, quatuor & triginta orationes, graecaeque dictionis, qua conscriptae sunt, elegantia, & rerum, quas tenent, gravitate commendabiles; cum res eo saeculo, quod Himerium tulit, & in re civili publica, & in literaria gestas, mirifice illuminent. Habes Aeneae Gazaei aureolum de immortalitate animae libellum, ejusdemque epistolas, e membranis Augustanis castigata. Ejusmodi libros, per contemtum & ignorantiam vetustae elegantiae huic saeculo dominantem, & librariorum fastidium, aut lucro, aut coecis stultorum judiciis inservientium, non posse redemtorem invenire, diligentiaeque tam laudabiliter collocatae in tenebris privatorum scriniorum esse emoriendum, vereor ne in maculis saeculi nostri habeant posteri, minusque credant potuisse nostratibus mentem tam sinistram inesse, cum aut commemoratas in

 an-

minalibus literariis legant, aut ipsi videant superstites reliquias hujus aetatis, tam nugaces, tam crudas, tam propudiosas, tam impudentes denique, ut ipsis in titulis domestico praeconio stultitiam suam contestentur. Sed me vide, & solare Tuae sortis acerbitatem similitudine meae. Libellos hos, quorum pars hoc volumen est, si volo in publicum proferre, necesse habeo meomet aere excudendos locare. Cujus rei caussa jam saepe mihi devorandae fuerunt & reprehensiones virorum sapientium mihique amicorum, & sannae stultorum atque ignavorum, literas suas ad quaestum suum, non ad bonum publicum, cujus exiguo sensu tanguntur, conferentium. In quibus caput extulit homo detestabilis, (nosti quem designem hostem & praedonem pudoris per honestas artes ad famam decoram contendentis, & norunt TECVM omnes probi atque exsecrantur;) qui odio, impudentia, scurrilitate, calumniandi & mentiendi dira & furiosa libidine famam quamcunque expugnare, quam virtute & literis, quibus pariter caret, mereri praeclaram maluit. Ego vero magni animi judico, & sapientiae refero, jactura modici aeris, etiam in tenui re familiari, ejus redimere conscientiae solatium, quae mihi testetur, me pro virili mea partes meas egisse, officioque meo & religioni satisfecisse. Haec ea est conscientia, quae molestias in

ea re tolerandas leniat, clamores malevolentiae & ignaviae obtundat & sopiat, & damna privata levet atque compenset. Deum video, cui mille patent viae, jacturas, quae bene & recte agendo faciendae sint, sarciendi, beneque de aequitate intelligentium, qui sunt & erunt, spero; quorum judicium secundum si habuero, in eo acquiescam. Aegre Tu quidem fers, GOTTLIEB WERNSDORFI, Vir Clarissime, sortis hujus nostrae communis iniquitatem. Sed Tu bonum tamen habe animum. Veniet, veniet, & nescio an brevi, felix illa dies, quam venire quam primum ego equidem bona fide opto, cum TIBI licebit, proferendis ingenii TVI monumentis aeternum literarum TVARVM monumentum condere, munereque amplissimo remp. literariam TIBI obligare.

Antiquitatis ecclesiasticae peritiam TVAM, ERNESTE FRIDERICE, tot schediasmatibus, exquisita literatura refertis, quibus Wittenbergam TVAM illuminasti, demonstratam, ecquis ignorat? ecquis sine praedicatione transmittit? Cultissimum de Galatia commentarium TVVM, IOANNE CHRISTIANE, ecquis non collaudat? Non patitur hic locus, non patitur modestia VESTRA, in praedicatione laudum Vestrarum me multum esse, quarum

plenae sunt scholae intraque Germaniam, & extra, nobilissimae. Quare, cum pace VESTRA, breve hoc meae erga VOS voluntatis testimonium piis pro VESTRA salute precibus votisque concludam, ut PATERNI VESTRIque nominis gloria quam diutissime fruamini, eamque per liberos VESTROS ad ultimam posteritatem propagetis. Scripsi Lipsiae d. 24. Augusti 1766.





PRAEFATIO.

Ex quo literas graecas adamare coepi, captus sum, nescio qui, Libanii amore atque admiratione, auctoris, nullo suo merito, hodie paene contemti. De quo multis quod agam, post Fabricii diligentiam, nil habeo. Duobus voluminibus opera ejus Morellus superiori saeculo *Parisiis* edidit, quorum primum, minutiis sophisticis obsitum, quod ad palatum meum quidem haud esset, plane intactum reliqui. Sed alterum, orationes complectens, hoc volumine, quod Animadversionum ad graecos auctores nostrarum numero quintum est, explanare & emendare pro virili mea studui. Epistolas ejus alii volumini reservatas volo. Quas epistolas post Wolfium denuo latinas feci, & aliquando aut utroque sermone, si per fata licebit, aut, his negantibus, latino saltim, cum emendationibus meis, edere decrevi. Interim, loco hortante, non possum committere, ut eos, si qui sunt, qui lectione epistolarum Libanii teneantur, celem magni momenti rem; a meo illarum epistolarum usu detractum mihi tandem aliquando esse errorem gravissimum, in quo, cum viris doctis, quotquot ad hoc diei fuere his in literis versati, haesi, posse

so rebus saeculo Theodosiano gestis multum lucis ex his epistolis accendi. Quod multo secus est. Credant mihi velim, experto, damnisque meis docto, & bona fide agenti, qui pervestigandis hujus saeculi antiquitatibus operam dant, quod ad studium suum faciat, non admodum multum in illis epistolis inveniri. Nam commentitiae pleraeque sunt epistolae, argumenta, praeterquam quod sunt levia & jejuna, sunt sophistica, adumbrata, notae personarum & temporum tam permixtae & confusae, ut si quis ex iis seriem chronologicam & compagem firmam historicam Consularium rerumque gestarum condere laboret, operam ludat, puerulis similis, ex arenis arces construentibus. Linguae graecae gratia, facetiarumque, quibus conditae sunt illae epistolae, legendae sunt, non historiarum. Quod, quamquam video fore, quibus novum auditu, dictuque nefandum videatur esse, planum tamen confido me tum facturum, quum fidem paulo ante obstrictam de edendis his epistolis liberare mihi licebit. Orationibus a Morello editis addidi omnes reliquas, quotquot ab ejus editione prodita typorum beneficio publicatae sunt; a Iacobo Gothofredo primo, tum a Io. Alberto Fabricio, denique novissime a Io. Antonio Bongiovannio. Secundae adversus Icarium, quae nondum lucem vidit, forte fiet, ut notularum nonnihil adspergam, cum a Cobero, V. C. vulgabitur, quod brevi fiet. Sextum volumen Animadversionum nostrarum ad graecos auctores, quod quominus brevi post sequatur,

in

in me quidem morae nil erit; complectar aut Demosthenica, & quae ad reliquos graecos oratores annotata habeo, si scilicet eorum oratorum editio, quam paro, successu careat; aut, si, quod opto quidem, eveniat, ut illos edam, tum illo volumine sexto Dionysium Halicarnassensem, Diogenem Laertium, Arrianum, & Philostratum pertractatos dabo.

Dimissurus eram his cum dictis lectores, nisi existimarem bene mihi etiam de viris industriis merendum esse, qui librorum novorum praeconium, interdum quoque censuram, quacunque tandem auctoritate, agunt. Nuper enim novum exstitit genus Aristarchorum, sapiens inprimis, & nasutum, & rerum, quotquot sunt, omnium penitissime ignarum, in omne genus novorum librorum infesto cum stylo & cupide incurrens, censuramque, sed illi Claudianae, de qua Suetonius cap. 16. refert, similem, exercens. Quos ut ego, cum aequitatem atque rerum, de quibus disputant, peritiam mihi suam approbant, amo, & qua par est, & magni facio, ut homines reip. literariae perquam fructuosos & necessarios, ita rursus importunos cum se praebent, cupidos, inanes, iniquos, indoctos, de rebus haud exploratis cum supercilio, temere, imperite & ridicule garrientes, contemno & inultos praetermitto, Furiis, a quibus agitantur, & quibus poenarum satis dant, permissos, commiseratione motus, cum famis, durаeque necessitatis, quae alios ea docere, quae nunquam didicissent, cogit, tum varie-

tatis, arrogantiae, livoris, aliorumque animi ulcerum, quae alii, per occasionem ejusmodi libellorum, ad pestem literarum, ad dedecus suum, sed ad eorum, quibus immeritis detractum sunt, tanto splendidiorem ad bonos commendationem, suis ipsi manibus denudant. Sed cum hac quidem peste virtutis hoc loco mihi res non erit; qui cum gladiatoribus in certamen descendere dedigner, meamque existimationem a congressibus, crebris quidem, cum illo infami ludo pollui arbitrer. Sed vestri me miseret, viri honesti & humani, quibus quaecunque tandem necessitas id personae imposuit, ut necesse habeatis, in chartulis vestris diariis horum quoque nostrorum libellorum mentionem facere, quibus jejunitas toties & tam invidiose exprobrata est publice, ab iis nempe, qui nucleum eorum enucleare & degustare nollentque & nescirent. Venit interdum mihi in mentem, vestra meorum libellorum elogia legenti, suspicari, esse vestro in numero haud satis quosdam gnaros illius argumenti, de quo ad lectores suos exponere profiterentur. Quo factum ut vererer, ne, qui sua usu meorum libellorum rationes cognitas perspectasque nondum haberent, e vestris illi, seu elogiis, seu judiciis, non satis perciperent, quid a libellis meis sibi esset exspectandum, aut quae sibi de illis ferenda sententia. Aut nihil agitis aliud, quam ut argumenta praefationum crudo & tumultuario modo repetatis; quod institutum, a necessitate primum extortum, tum ab usu crebro jure veluti civili donatum, tametsi universe non improbo, nego tamen sufficere ad docen-

docendum, quae cuique sint libro laudes, qui naevi proprii; aut, si levitate quadam impulsi cymbam vestram a tuto litore in altum adigitis, ita vos geritis, ut appareat vos nautis esse similes ignotum mare arantibus. Arripitis obvia quaeque, fortuito trepidantibus vobis oblata, nullo delectu, saepe levia, trivialia, commemoratione vix digna, ea quidem, e qua judicium de pretio universo libri colligi debeat; quae, sive ad laudem, sive ad notam, protrahi in lucem, & velut in theatro exponi plurimum intererat, (ecquidni enim chartulas vestras theatro comparem, qui in iis, velut in pegmate quodam, desultetis, unde mores literatorum publicos repraesentetis?) ea tacita transmittitis; quod necesse est aut festinationi, aut ignorantiae tribui, quarum ut haec est multo turpissima & interdicto digna, ita illa satis ad excusationem haud valet, tametsi ad veniam propior est. Non ego equidem tam sum importunus, ut postulem, quod aequum tamen erat ab hominibus postulari vestras partes agentibus, vos in numerato quasi omnes illos habere graecos auctores, quos in libellis meis pertractavi. Aequum enim est, in tanta vestra festinatione, in tanta oneris, quod ipsi manibus vestris vobis imposuistis, gravitate, in tanta librorum commemorandorum multitudine, in tanta argumenti varietate, summam a vobis diligentiam haud exigi. Remittam vobis necessitatem libellos meos a capite ad calcem perlegendi, & locos quosque ad examen revocandi. Acquiescam bonae vestrae erga meque lectoresque vestros voluntati, cum

estis

estis aequi & boni, existimans, in ejus loci, quo conclusi estis, iniquitate, praeter tumultuariam quandam demonstrationem paucorum locorum non exquisitius delectorum, amplius quid a vobis exigi non posse. Succurram itaque nunc vestrae trepidationi, & levabo sudorem vestrum, eo, quod testatum faciam, satis me habiturum, si, cum libelli hujus mentionem in chartulis vestris facietis, posteaquam pauca quaedam, pro more vestro, e praefationibus repetieritis, praesertim hac, ad Libanium, & altera ad Polybium pertinente, & epistola item ad cl. Oeffelium, tum addatis, p. 126. 127. me detraxisse orationi Libanii contra ingredientes abnormem errorem a bono Gothofredo non deprehensum, qui non sentiret, in codice Augustano, unde illam orationem ederet, folia quatuor ab imprudentia compactoris esse transposita. unde densissimae tenebrae locum illum editionis Gothofredinae perfuderunt. Error ejusdem generis prooemia Demosthenis in codice Bavarico contaminavit, ut suo loco declarabo. Commemorari hoc quoque a vobis velim, in parte 185. *der zuverlässigen Nachrichten* (A. 1755.) a me de Libanio Veneto dudum ante esse expositum, quam in Actis Eruditorum, quisquis ille fuit, mihi quidem ignotus, qui de opera Bongiovannii judicium tulit, dignum sua persona duceret, ut ex illa mea vernacula expositione locos quosdam repetitos, a se latinos factos, pro suis redderet. Ita valete. Scripsi Lipsiae d. 25. Aug. 1766.



IO. IACOBI REISKE

AD

LIBANIVM

ANIMADVERSIONES



AD LIBANII TOMVM SECVNDVM EX EDIT. MORELLI.

AD VITAM.

Scripſit hanc vitam anno ferme ſexageſimo aetatis. v. p. 19, 34. ſed non totam. forſitan illa, quae p. 19. leguntur, eo anno ſcripſit, qui eſt in aera chriſtiana 374. ſed ſequentia de Valentis caede (p. 58, 10.) et quae regnante Theodoſio contigerunt ipſi paene ſeptuagenario, neceſſe eſt ut deinceps addiderit, aut vitium eſt in numeris, et pro ἑξήκοντα leg. eſt ἑπτήκοντα. Verba p. 71, 16. χαλεπὺς δ᾽ ἐλπίζειν μὲν ἔνι, τύχοι δὲ ἡ ἐλπὶς τῦ τέλυς ſcripta eſſe A. 384. neceſſe eſt.

1. τὺς δὲ] eſt hoc anacoluthum. cohaeret quidem cum hoc accuſativo ἐπανορθῶσαι πειρατέον, verſu 12. ſed quia multa interjecerat, ideo verſ. 10. quaſi novam conſtructionem incipit τύτοιν τ. ἑ. ταῖν ψήφοιν τὸ τῆς ἀληθείας ἀπενηνεγμένον ἐπανορθῶσαι πειρατέον. Sic enim ibi legendum eſt. In codice Ferrarienſi, ſeu editione Soteriani Capſalis, legitur ἀπενηνεγμένην. quo in codice non pauca melius, quam in Morelliano leguntur. 8.

 θορύ-

θορύβων] propter illos acclamationum & applausuum ſtrepitus, qui audiuntur in recitationibus meis, & contentiones eorum, qui ad me audiendum cum concurrerunt loco jam repleto excluſi, urgent alios, & premunt, & de ſcamnis detrahunt, indeque jurgia cient, nec non concurſationes juvenum undecunque ad ſcholas meas. Libanius amat ubique levitatem & jactantiam ſuam prodere, & gloriae vanam cupiditatem. 9. ὀδυνῶν] codex Ferrarienſis δὴ κινδύνων. quod praefero. Saepe Libanius a Chriſtianis, praeſertim ſub Valente, capitis diſcrimen adiit. 10. harum igitur ambarum ſententiarum errorem & a veritate diſceſſum neceſſe eſt me conari corrigere. *penult.* εὐτυχίαν] recte ſic repoſuit Morellus: *ſi hoc quoque ad beatam vitam pertinet*, & aliquid ad eam confert. ſed cur non ſecutus id eſt interpretando. reddidit nempe εὐψυχίαν, quod eſt in codice Ferrar. *ult.* pro μοι in codice Ferrar. eſt τοι. ubi aliquis adſcripſit neſcio quis: in codice A. (quem codicem ſic appellet, non magis ſcio) legi τις τῆς. quod non repudiem. ut ſic legatur ἀθρείτω νῦν μοί τις τῆς Ἀντιόχου. videat, intueatur mihi nunc aliquis.

2, 1. αὐτὴ] ipſa in ſe ſpectata, quatenus moenibus eſt incluſa, & aedificiis conſtat. hoc *ipſa*, reſpectum habet ad agrum ſuburbanum, de quo ſtatim. 4. εἰδότι poteſt ſe tueri, dummodo pro ἰδόντι accipiatur. Saepe ἰδὼν & εἰδὼς inter ſe alternant. v. ad Polyb. p. 104. cum tamen in codice Ferrar. ſit ἰδόντι, nil video cauſae, cur ab eo diſceſſum ſit. 7. in codice Ferrar. quo utor, ali-

aliquis annotavit ἐν δὴ τῇ μεγίςῃ. non male. 8. μέγιςον] codex Ferrarienſis μεγίςυς. recte. mutarunt, qui μεγίςυς εἶναι γένος τὐμὸν, non concoquebant. quaſi γένος τὐμὸν non idem eſſet, atque τὺς ἐμὺς συγγενεῖς. 10. Φεραῖς] f. θύραις. *quaecunque foribus praefectorum occurrunt*, h. e. rebus iis omnibus, quibus eos oportet inſtructos eſſe, qui ſibi patere aditus ad viros in rep. principes volunt. 12. ἀπὸ] Codex Ferrar. ὑπὸ. melius, ni fallor. 13. τῇ ἐκείνων γλώττῃ] Italorum puta ſeu Romanorum. ποιηθέντος] h. e. συνταχθέντος ὑπὸ τῦ ἐμῦ ἐπιπάππυ. induxit eos in hanc falſam opinionem abavi mei ſcriptum aliquod ab eo latine exaratum & editum. unde concluſerunt, eum ipſum quoque Latinum origine fuiſſe. 15. τὸ μὲν εἶχε ποιεῖν callebat ille quidem latine ad eum modum, ut commentarium illum latino ſermone poſſet edere: latinus tamen ortu ideo non erat. v. orat. ad eos, a quibus pro ſuperbo traductus fuerat, apud Fabric. T. VII. B. G. p. 183. 22. *ibid.* ὐκ ἄλλοθεν] non aliunde, quam ſcilicet Antiochia Syriaca oriundus. horum duorum frater alter appellabatur Braſidas, ut e p. 399. 27. conſtat, ubi ait eos a Diocletiano peremtos, veluti conſpirationis cum Eugenio tyranno reos. 22. ἐλεύμενος accipi debet, ſi bene habet, pro ἐλεῶν. Cogitavi aliquando ἐλεχμένας, aut ἀμελχμένας. poſſit quoque vulgata ſic accipi, ut ſignificet, eum aluiſſe domi ſuae ſorores nubiles, quae propter egeſtatem invenire maritos non poſſent; hominibus aliis, quum id viderent, commiſerantibus, non ſuccurrentibus.

bus. 25. codex Ferrar. διαφυγόντι τὸν ὅμοιον θάνατον. non male. τὸν ὅμοιον respicit ad caedem, quam toleraverat avus paternus Libanii, propter intentatum magiae crimen, & sortes tentatas nefandis artibus. 26. δυοῖν προμάχοιν] in codice Ferrar. est δύο προμάχοις. unde efficio δύο προμάχες τῇ βελῇ παραδόντι. postquam duos defensores Curiae tradidisset, filios puta suos, Panolbium & Phasganium. 28. ὁ μὲν] Panolbius. ὁ δὲ] Phasganius. v. p. 597. 42. 33. ὤχητο] imo vero ᾤχετο. ut recte dat codex Ferrariensis. 34. idem recte κεκομισμένος. id est postquam recuperaverat. nam κομίζειν est *afferre*, κομίζεσθαι *referre*, auferre, recuperare amissa, aut ablata. *paucis recuperatis* e paternis facultatibus, quae fisco adjudicatae fuerant. 36. verba δείσασα δὲ ἡ μήτηρ desunt codici Ferrar. 37. f. καὶ ἀνεῖσα ὑπὸ σωφροσύνης. 40. μᾶλλον] imo vero ἄλλων. mater verita tutorum improbitatem, & remittens ipsis necessitatem reddendae rationis de gesta tutela, prae modestia [vel etiam καὶ αἰδεμένη aut παραιτεμένη ὑπὸ σωφροσύνης, aut pudore ducta atque modestia nolens cum iis ad rationes sedere] volebat ipsa sola nobis omnia esse. h. e. partim quod norat improbitatem & cupiditatem tutorum, partim quod eam pudebat cum viris rixari de gesta tutela, nullos passa est tutores nostrum patrimonium administrare, sed ipsa tutrix nostra fuit, & ad omnia descendit, & caetera quidem ipsa laboriose exsecuta est — illud *caetera* respicit ad curam institutionis puerilis in literis, quam aliis quibusdam

man-

mandabat mater, quod ipſa non poſſet ea cura fungi. *ibid.* codex Ferrar. dat ἔχεται σὺν πόνῳ. *penult*, verba οὐκ οἶδε χαλεπῆναι deſunt codici Ferrar. neſciebat me dormitantem & ad ſtudia literarum torpentem objurgationis ſeveritate excitare, ad & diſcendum compellere.

3, 6. pater ergo illi deceſſit, undecim annos nato. ſed quando natus eſt? hoc reticuit. neque facile eſt hoc definire. paſſim quidem in epiſtolis enumerat annos ſuos, ſed notis perobſcuris, quamdiu certo non conſtat, quo quaeque anno ſcripta ſit illarum epiſtolarum. Epiſtolam 639. anno aetatis 48. exaravit. ſed quo anno aerae chriſtianae illa epiſtola eſt exarata? pari modo epiſt. 956. fine ait, eo ſe anno natum, quo Poſtumiani avus Conſul fuiſſet. ſed ille avus Poſtumiani, quis fuit? qui dictus? avus paternus, an maternus? Conſul ordinarius, an extraordinarius? Epiſtola 966, 15. ait, annum aetatis tum agere ſextum a ſeptuageſimo, quum Salluſtius ab Antiochiae regimine ad regimen Graeciae tranſiret. quando autem id eſt factum? deinde quod nomen fuit patri Libanii? ſi ſatis ſanus & planus eſſet locus epiſtolae 248, 43. poſſit conjici, Dionyſium eum fuiſſe appellatum. 18. ſignificat Panolbium. v. 539, 18. ſed ibi in annum aetatis ſuae decimum quartum incidiſſe ait illa Olympia Antiochena, hic in decimum quintum? ſed facile eſt ad hoc dubium reſpondere. hic de initio decimi quinti anni loquitur, ibi de fine decimi quarti. Cum ergo conſtet, Olympia illa in autumnum incidiſſe, neceſſe eſt,

ut Libanius etiam autumno ineunte natus fit. 20. τὸν σοφιστὴν ἐκεῖνον] quinam ille? 22. πϐ δὴ] ubinam ergo ponemus orbitatem? h. e. qui jam potero dicere, me parente orbatum fuisse, qui a matre fim tam egregie curatus, ut curae paternae nil desideraverim? laudat matris in educando se studium et sapientiam, et felicitatem suam reperiendae rectae studiorum semitae. 28. τὰ παρόντα videtur delendum, ut scholium verborum τὰ νῦν. nam recte sic, duobus vocabulis, excusum conspicitur in codice Ferrar. 29. recte idem δία, non διὰ dat. per Iovem. δίκαι ἀρχῶν sunt nostro crimina, causae de gesto magistratu, peculatus, repetundarum, ambitionis, concussionis. φόνοι ἀρχῶν sunt causarum capitalium condemnationes, cum rei, ob crimina in magistratu perpetrata, capite plectuntur. 31. τϐτο] quod pater mihi puero esset ereptus, & necesse mihi fuerit a matre educari, aliamque percipere institutionem, & ad aliud vitae genus applicari, quam si pater superfuisset, meique educandi curam gessisset. Sententia haec est: Quisquis conferre velit praesentem hanc vitae meae conditionem (τὰ νῦν simpliciter, aut τὰ νῦν παρόντα) quae est humilis, & obscura, concluditur enim professione literarum, quam conditionem maternae educationi debeo, cum illis rebus, ad quas me paterna educatio admovisset, si ea potiri licuisset, facile ille reperiat, utri fortunae meae, propitiaene, an iratae, in acceptis referat mortem patris praematuram. Quibus autem tandem me rebus fuisset admotura patris educatio?

tio? his nempe: functioni curialium onerum, quae res est molestiae & curarum plena, aut ambitioni honorum, quos qui gerit, ei verendum est; ne causae capitis ipsi dicantur, unde taediosae lites, saepe quoque caedes cruentae condemnatorum exsistunt. His me periculis expedivit materna educatio. 33. μυρίκς] procos, aut amatores, vel amicos, domum foeminarum impudicarum frequentare solitos. 39. solet aliquando μόνον omitti, ubi saltim tacite suppleri debet. sed cum codex Ferrariensis claris literis μόνον exhibeat post βεβιωμένα, nil causae video, cur omittatur. praesertim cum in latinis quoque omissum non sit. 40. ἔφυ recte dat codex Ferrar. 41. idem παρεχόμενοι, aut perinde est, aut hoc praestat.

4, 1. tum, cum licebat magistri institutione frui, ita segniter & raro & invitum itare, ut appareret, hoc tantummodo ad simulationem fieri, & ut quodammodo mori, & voluntati matris & necessitati pareretur; postea vero cum amore jam exardescente ferebar ad literas, easque appetebam, tum carere fonte, unde haurirentur, magistro exstincto, id vero discipuli erat infelicis. recte in codice Ferrar. est ἀφωαιέμην per ῳ. sive φοιτᾷν legatur, sive μὴ φοιτᾷν, non puto multum interesse. negatione omissa, erit φοιτᾷν idem atque δύνασθαι φοιτᾷν καὶ φοιτᾷν μὲν, ἀλλ' ὀλιγάκις καὶ σπανίως. 8. post ἀέγοις videtur τέως ἠνειχόμην vel simile quid deesse. *aliquantisper tolerabam*, visurus, quo res esset excessura. 9. ἤνυτι est in codice Ferrariens. 13. neque

que τίκτειν neque κείμενον est in eodem, sed κτείνειν, unde facile κινεῖν efficiatur, quod etiam a loci sententia non sit alienum. 15. f. ὑπομνήματα. 17. τε deest codici Ferrar. & 18. τὰς. 30. ἐπεὶ καὶ ὁ προσέπεσε τῇ κεφαλῇ] hic est oratio hiulca, propter insertam paulo longiorem narrationem de fulminis afflatu; sed resumitur & continuatur filum p. 5, 14. *nam ne ille quidem gravis casus literarum mea studia interpellabat.* 36. recte codex Ferrar. Διός, & 40. ἐνιδρύσθαι. idem pro τὴν ταραχὴν, quod mutatum nolim, dat τὴν ἀρχὴν, *plane, prorsus, penitus.* quod tamen defendi possit. quod si probes, tum ad λήξειν erit a communi subaudiendum τὸ δεινόν. 44. codex Ferrar. ἱδρῶτά τ' ἐκίνει. paulo mollius.

5, 1. δεῖν abest a codice Ferrar. 2. post μὴ comma est ponendum, nam μὴ pertinet non ad κοινώσας proximum, sed ad remotius ἀνιᾶσθαι versu 4. *non autem molestias devorare, si, re ad medicos delata, pertraherer invitus ad potiones.* 3. ἐκ τῶν εἰωθότων] *a studiis meis consuetis literarum.* 5. recte dat codex Ferrar. ἐκβληθεῖσαν ἄν, ὡς φασὶ, *quae pestis sine dubio tum fuisset exterminata, id quod nunc ajunt medici tum facile fuisse, si tentatum esset.* ignorasse videtur Morellus vim particulae ἄν. 13. idem recte dat πλὴν τοῦδε τηνικαῦτα τἄλλα ἦν ἄνοσος. *praeter hoc unum, caetera bene valebam tum temporis.* τηνικαῦτα *tunc, ista aetate.* 18. idem με addit post τε. non male. 19. verba ἦν γὰρ usque ad ἡδόμενος versu 22. parenthesi sunt includenda, vel potius potest parenthesis produci usque ad τούτῳ μὲν δὴ versu

su 32. 25. codex Ferrar. ἐδέδοκτο. male. 32. f. τούτῳ μὲν δή. huic, Iasoni puta. 35. verba λέγω γὰρ usque ad ἐφέροντο p. 6. 2. parenthesi sunt pariter includenda. 42. recte dat codex Ferrar. ὀρφανία.

6, 3. ἀμφοῖν] subaudi τῆς φιλοπονίας καὶ τῆς σωφροσύνης. 18. τοῦ νεωτέρου] Phasganium designat. 19. codex Ferrar. ἡττωμένου. non male. nam adhucdum cedendum erat necessitati, qua continebatur Libanius. 21. τῇ τοῦ deest codici Ferrar. me non invito. 23. idem recte dat τῆς μητρὸς δὲ. 29. post πύλας punctum est figendum. *Patet ex iis, quae dicta sunt, quaenam secundae meae fortunae sint imputanda, quae adversae.* v. p. 8, 2. 34. δάκρυσιν] codex Ferrar. ὀδύνη. 37. δυοῖν] cupiditati Athenas proficiscendi, & rursus ad Antiochiam revertendi. 39. θατέρα] desiderio patriae, & consilio e media via illuc redeundi. 43. recte codex Ferrar. καὶ οἱ ὀρεῖς. sed δὲ servo, quod illi deest, & cujus loco secundum καὶ habet. *ult.* significat cursum publicum clavularem, quo utendi facultas debebat a principe obtineri tabulis evectionem indulgentibus. v. Godofr. ad tit. 5. libri 8. codicis Theodosiani.

7, 1. carebat ille nunc illa, qua dudum valuerat, in comitatu principis auctoritate, neque mihi poterat evectionem impetrare. 2. δὲ aut delendum, aut cum γε est mutandum. 3. ἐν τοῦτο] dare evectionem. 4. ἔβλεπον] conferebam spem & consilia mea in iter maritimum, terrestri intercluso. 13. τὸν] scil. πόντον. codex Fer-

Ferrar. τό. perinde eſt. ſcil. πέλαγος. 25. ἐβοῶμεν] poſcebamus inter nos clamore, Sophiſta Ariſtodemus me, ego illum. Ille clamabat: ἀλλ' ὁ Σύρος. ſcil. ἐμοὶ προσαγέσθω. ego contra clamabam: ἀλλ' Ἀριςόδημος, ſcil. ἐμοὶ παραδιδόσθω. unde apparet illa verba ἀλλ' Ἀριςόδημος eſſe materialiter accipienda, & quaſi proſopopoeiam Ariſtodemi vociferantis & Libanii ad magiſtrum admitti flagitantis, ſed a diſcipulis alterius cujusdam ſophiſtae, qui eum inſidiis exceperant & circumvenerant, intercepti & excluſi, coactique jurejurando recipere diſciplinae illius alterius neſcio cujus adhaeſurum. Sic tum ſolebant ſophiſtae & eorum coetus in juvenes peregre advenientes piraticam exercere. Conf. ep. 1071. videtur ille alter ſophiſta, qui eum intercipiebat, & ad ſe ab Ariſtodemo devertebat, fuiſſe Diophantus, quem Eunapius quidem magiſtrum Libanii Athenis nominat. *ibid.* f. καὶ μέχρι τῶν ὅρκων. 29. ἐγὼ deeſt codici Ferrar. non male. 31. τὴν θύραν] acroaterii puta, vel phrontiſterii, aut ſtudii publici, ubi cathedra profeſſoria erat, & ubi neceſſe erat orationes publice recitare. quod e proximis apparet. 32. τοῦ μὲν] Diophanti puta, ſi vera tradidit Eunapius. 33. τοῖν δυοῖν] quorum alter erat Ariſtodemus ille, hos duos audire licebat Libanio, ex formula pacti & ſacramenti, quo adſtrictus erat a coetu Diophanti, non niſi tum, quum eorum quisque ſuas orationes demonſtrativas ſeu oſtenſionales haberet. quae recitationes certa quadam lege per vices peragebantur, ex condicto inter profeſſores.

res. 35. recte codex Ferrar. γευομένων. ut fucus illis oblineretur, qui magistrum illum tum primum gustarent quasi, h. e. periculum ejus facerent, quo genere dicendi docendique uteretur. 41. recte rursus idem ἔφλειν, & 42. καταπραΰνω. *ult.* idem ἄλλως. quod vulgato non est deterius. cum constitissem, & e literis commendatitiis, quas CPli mihi additas Athenis reddideram, & aliunde, mihi corpus non bene valere.

8, 5. λιμέσι] cum ejusmodi portu comparat hospitem suum, cujus hospitio Constantinopoli usus erat, a quo cum magnum exspectasset subsidium ad itineris pedestris commoditatem impetrandam, spe illa se lusum sensit. 10. γενέσθαι δὲ] infinite, quid factum sit. potest ferri, & subaudiri τὸ πρᾶγμα, vel τὸ γεγενημένον. videtur tamen potius τὴν κατάρσιν vel tale quid, *appulsum ad Athenas*, deesse. 11. ἐοίκατε] *videmini, auditores, approbare hanc orationis meae partem, quae navigationis prosperitatem secundae fortunae tribuit.* alloquitur passim coronam auditorum, quibus hanc ἐπίδειξιν recitabat. v. p. 5, 38. item paulo post hujus paginae versu 18. item 9, 42. 12, 37. 24. ἡγεμόσιν] aut sunt duces Graeciae, aut proconsules Achajae. quo igitur his summis provinciae rectoribus numerum & molestias negotiorum augerent. 33. nam Corinthi residebat proconsul Achajae. 41. recte codex Ferrar. addit με post μὲν. *ult.* idem recte dat οὐδὲν, ὧν ἠξίουν, ἔφην λειτουργεῖν ego praetextu violentiae mihi factae in jurejurando per vim

expres-

μαινόμενος. 32. αὖ] aut πάνυ leg. aut potius αὐτοῖς. 35. ἀλλων] recte c. F. ἄθλων. id quod etiam latina interpretatio exhibet. *talium certaminum* (caussarum in foro agendarum) rudis. 38. f. θαῤῥυνοῦντος in futuro. quia praecessit παρεσησομένου. 39. f. οὐκ ἔμελλε δήπου τὸν τοιοῦτον ζητήσειν ὄντος ἐμοῦ. nam ὄντος ἐμοῦ est in cod. F. pro ἐμοῦ παρόντος. 40. recte c. F. distinguit sic: τό, τε αὐτοῦ πάθος. (vel αὑτοῦ potius.) 42. idem recte κατώκνουν. *cunctabar*, *haesitabam*. *penult.* rursus idem recte ἐν συνουσίαις. cogitabam sic, si mihi constaret e congressibus forensibus, in actione caussarum, aut in docendo, tradendis literis, mihi adhuc aliquid deesse, me rursus huc Athenas ad pristina studia, professorum auditiones, reverti posse, atque ibi supplere deficientia.

12, 17. post βοὸς deest διανήξασθαι vel simile quid. 42. μακαρίαι est in c. F.

13, 10. recte c. F. μετασχόν. in neutro genere. praecessit enim ἀνθρώπιον. & sequitur ἐκεῖνον. 15. recte rursus idem λαθών, & 17. πελάγους. & 19. ὑπὸ τοῦ κακοῦ. 29. eidem deest τῷ Νικοκλεῖ, quibus verbis non admodum opus est. possint e scholio nata videri. sane non pauca observavi vestigia scholiorum in hanc Vitam immissorum fraude aut errore librariorum. de quibus alio loco dicetur. 36. ἐλθών] Athenas puta. 39. ἤλαυνον] viam inibam & peragebam, Athenis Constantinopolin puta. λόγῳ] rursus alii quoque promissioni, Nicocli puta obstrictae, de suscipienda puerorum apud CPlin institutione, fidem facerem; quemadmodum paulo ante fidem

dem Athenienfibus datam obligaveram. 40. τϰτϰ δὴ. nam fequitur ἐκεῖνο. quod cum τϰτο confiftere nequit, hujus itaque rei, h. e. τϰ ἐπιςατεῖν τῶν νέων, καὶ τῆς ἀπεργασίας τῶν λόγων, ὧν ϰκ ὀλίγοι ὑπ' ἐμϰ ἐδημιϰργήθησαν, αἴτιον ἐκεῖνο, antepen. ἂν recte abeft a c. F. *penult.* φίλῳ] Crifpino.

14, 2. αὖ] l. ἂν. 4. μέλλειν] l. μένειν. infediffet haec animo meo fixa & rata fententia, femper Athenis manendum effe. 8. recte c. F. ἐνέβαλον, *ingrediebar*, *defcendebam in forum.* 13. ἐνταῦθα] c. F. dat ἐνὸς, quod multis modis praeftat. v. p. 16, 10. 17. παρήει. *prodiiffet.* aut certe παρείη, quod eft in c. F. 19. ἐκεῖνον] Nicoclem, 20. τὴν πόλιν] CPlin puta. 22. ὁπόσων. infans es, ait, etiam atque etiam infans, fi, qui homines nunc obtineant, & quid haec tempora ferant, ignoras: tametfi miror, te ignorare, quam indignis modis nunc habeantur religiones deorum, & quam acerbis contumeliis faevisque minis exagitentur iis dediti, quum tu tamen Delphis fueris, & ipfe videris, claufum ibi oraculum, & honores dei omnes fublatos. praeterea vanum & ftultum eft, illarum fponfionum, quas tu clandeftina tua navigatione violafti, poftquam mecum eas contraxeras, aut ipfum te meminiffe, aut eas mihi in memoriam revocare. 26. aut ταύτῃ leg. aut πρὸς ταῦτα. 28. ἐλπίδος] fpe de larga meffe e pubis CPtanae inftitutione redigenda concepta. 29. αὐτόθι] CPli puta. 34 τὴν ἀρχὴν] Praefect. urbis CPlitanae. 37. recte codex Ferrar. Νικοκλεῖ (fine ω) 38. πρότερον] Sententia eft: Dionyfium, conjuncta cum

Nicocle opera, voluisse pridem, antequam Libanius alteram illam ad Athenas navigationem iniret, ei persuadere, ut CPli maneret, & ibi literas doceret. 42. χειμαζοίμην] quibus curis angerer, quibus molestiis premerer, ut publica principis liberalitate nulla sublevatus, et de meo vivere coactus, & parum spei bonae habens in Christianis, qui me odio habentes, ut paganum hominem, alium mihi praeferebant sophistam sui gregis, denique desertus a Nicocle, qui me impulerat ad illuc veniendum. *ibid.* δυοῖν] Nicoclem designat, illumque alterum taciti nominis Christianum, qui ambo sophistas tum agebant CPli.

15, 7. παρ' ἑκάστου] me puta, meisque illis duobus aemulis, quos modo nominavi. 11: ad palmam auferendam, & applausus auditorum, nil proderat illis, quod professores regii essent, & salario publico alerentur, neque mihi hoc oberat, quod iis honoribus carerem. 13. verba τοῦ βασιλέως desunt codici Ferrar. recte. apertum enim est, e scholio ea irrepsisse, quod aliquis studiosus & diligens lector super voc. ἐκείνου adscripserat. jam paulo ante prodidi, me suspicari, non paucis in locis hujus Vitae genus hoc vitii obtinere. v. p. 19, 25. & Vales. ad Ammian. p. 167. 17. ἔξωθεν] adventu quorundam a locis extra CPlin sitis. 18. ἔνδον] desertione multorum CPtanorum, qui e castris illorum duorum sophistarum ad mea transibant. 32. τἆλλα] quaecunque probra comminisci poterant; ea in caput meum conferebant. τὰ ἄλλα

idem

idem est atque τὰ πάντα. quo de significatu v. ἄλλος ad Polybium egi. 33. οὐδαμοῦ στῆναι] me non posse meae cupiditati certos quosdam fines statuere, intra quos me continerem & subsisterem, in corrogando & conscribendo mihi coetu discipulorum undecunque. 34. malim ἀπαναισχυντοῦντες. 35. non enim profecto violentis manibus, obtorto collo, illos juvenes, qui ab ipsis ad me transierant, pertraxeram. χειρῶν (subaudi βιαίων) ἔργον dicitur ille, qui vim ab altero patitur, & facere nequit, quin id agat, quod alter eum cogit. 37. τὸ πεῖθον] scil. ab ipsis ad me transire. non vi eos cogebam, sed illecebris meae eloquentiae, & dexteritatis in docendo. *penult.* μηνὶ ἑβδόμῳ] ex quo CPlin veneram. *ult.* ἡγεμὼν] ceperat ille sui studio Constantium, & gregis aulici, Constantium stipantis, stultissimum quemque, & literarum ignorantissimum, crepitu strepituque verborum impiorum — significat Bimarchium Christianos, qui tum in comitatu Constantii essent, oratione cepisse, & sibi obligasse illa, quam de laudibus Constantii dixisset, vel potius de laudibus templi a Constantio exstructi; quo in templo Christiano multis & obscuris verbis praedicando paene totam orationem homo deorum religionibus deditus consumsisset, quod nihil scilicet ipso in Constantio laudabile reperisset.

16, 4. post τοῦτ deest aliquod verbum sacrilegum, in Christianos a Libanio, eorum acerrimo hoste, inter paganos auditores, coram qui-

bus hanc narrationem recitabat, ubi tuto convitiari licebat, projectam. e. c. μιαροῖς, aut δυσσεβέσιν, aut ἀθέοις, aut simile quid. quod verbum librarius aliquis religiosus omisit, impietate verbi offensus. *ibid.* ἀπ' ἐκείνων τῶν χρόνων] quibus laudaverat Constantium, vel potius ecclesiam S. Sophiae ab ipso CPli exstructam; de quo aedificio, quod postmodum Iustinianus amplificavit, v. Du Cange CPlis Christianae libro 3. cap. 2. num. 2. illo tempore Bemarchius CPli adhuc literas profitebatur, postea vero in Bithyniam transiit. v. paulo post. 10. λόγον ἕνα] non nisi unam ostentabat, vel potius habebat, quam ostentaret, Bemarchius a se conscriptam, qua mecum contenderet, orationum numero quam plurimarum auctore. (v. 14, 13. & 15, 7.) & eam unicam orationem ostentabat atque jactabat per omnes, quacunque incederet, aut ubi amicos haberet, ad quos literas daret, regiones, a CPli inde, usque ad Aegyptum. 11. τόν τε ἐναντία —] significat vel pungit potius Iesum Christum, cujus nomen religiones deorum gentilium exstinxit. 13. recte dat c. F. διδάσκων τε. 15. διέβη] scil. e Nicomedia CPlin. 17. τά τε αὐτοῦ κομιούμενος] recuperaturus illas suas pristinas opes, coetus puta discipulorum. jam enim antea Bemarchius CPli docuerat, antequam in Bithyniam transierat, unde nunc, invidia Libanii stimulatus, ad CPlin redibat, ut patet e versu 20. v. ἐπάνοδον τῶν νέων. 29. καταστῦραι. futurum certo certius esse, ut ipso primo impetu me everteret atque prosterneret ipse. 32. ἐκεῖνον] illam

illam meam orationem, cum qua contendebat alia sua quadam oratione, de eodem argumento recitanda. 38. significat Bemarchium, videntem, illam orationem suam adversariam, quae cum Libanio contendisset, minus placuisse, eaque parte se a Libanio victum esse, consilium cepisse cladis hujus nova dimicatione corrigendae. ideoque publico in coetu recitasse illam suam nobilem olim jam dudum dictam orationem de laudibus Constantii, & de magnificentia templi S. Sophiae ab eo exstructi, qua oratione tantas pecunias meruisset; & ad eam auditionem cum aliis Libanium quoque invitasse. Iam narrat Libanius fortunam illius recitationis. 41. τεμνομένας dat c. F. non deterius vulgato. malim quoque ἐκπιπτούσας ob sequens ὥσπερ. alias posset ἐμπιπτούσας idem esse, atque συμπιπτούσας.

17, 2. ἐθορύβουν est prima singularis. illis claris meis acclamationibus, quibus verba Bemarchii singula, & hanc inprimis de structura templi Sophiani partem prosequebar, studebam efficere, ut in perspicuitatis famam oratio Bemarchii veniret, & ipse ego gratiam penes factionem, Bemarchio deditam, manum illam comitatensem, inirem. θορυβεῖν de laeto & ad laudem dicentis pertinente tumultuatione, vociferatione dicitur. Narrat Libanius, se acclamando identidem σαφῶς, σαφῶς quaesivisse speciem laudantis Bemarchium, ad intelligentes & conscios eum revera derisisse, eique obscuritatem exprobrasse. nusquam non Libanius animum subdolum, veteratorem, versipellem, prodit, & paene domestico

praeconio perfidiae & mendacitatis suae testes colligit. ut sunt illi, qui potentiam quaerentes omnium se simulant studiosos, omnibus male volunt, omnibus insidiantur; quos ad hunc laudarunt, ad alium eosdem paulo post turpissime vellicant. quod est genus diabolicum, mihi quidem infestissimum & invisissimum. 5. αὐτὸν cum spiritu aspero. cum Bemarchius hac altera quoque oratione, ut illa superiore (v. p. 16, 27.) ipse sibi securim in crus impegisset, διακωλύει (sic recte legitur in codice Ferrar.) intercedit, quo minus possem alia tertia oratione cum eo contendere. 8. μοι] id est πρός ἐμὲ καὶ πρὸς τὰς ἐμὰς σχολάς. gratiam hanc sibi tribuere, ut ad meas recitationes non conveniret ipse, (praefectus urbi puta.) 9. τῳ] alicui. est homo commodus, tractabilis, facile obsequens alicui, h.e. cuicunque tandem. 13. perobscuri loci haec sententia videtur esse: homo literarum omnium rudis & contemtor. videntur enim gnomae Isocratis & Nicostrati comici, inter alia puerilis memoriae exercitia, in scholis a magistris proposita pueris ad ediscendum esse. sed quemnam praefectum urbi designat? Alexandrumne? 14. c. F. οὐκ ἂν ἔτι παρέλθοι. tertium vocabulum cur omissum est? refertur hoc ad irritos conatus superiores Bemarchii, quos jam nunc plane inutile erat repetere, cum semel urbs CPtana coepisset Libanio adhaerescere. 18. οἷός τ' ἦν recte dat c. F. sed ἐπενεγκεῖν ejusdem non probo. saepe Morellus clavo clavum extrudit, mendum cum emendat, corrumpit, quae antea bene habe-

habebant. 20. ἐτραγῴδει] at tu ipse tamen, Libani, hanc tragoediam pariter egisti. cur alios rides & damnas, quorum exempla imitatus es ipse? 24. ταῖς deest c. F. nil refert. 29. idem dat οὐδὲν περαίνει, non male. 33. οἱ ἀμφὶ τοὺς ποιητὰς non sunt poetae ipsi, sed poetarum interpretes. *ibid.* αὐτὸ] scil. τὸ συλλαμβάνειν τῷ δημάρχῳ κατ' ἐμοῦ. *ibid.* inverso verba ordine structa dat codex Ferrar. λύπη τε καὶ φόβος καὶ φθόνος. 39. δὴ] recte idem δέ.

18, 17. τι] *esse aliquid veritatem,* h. e. magnum esse momentum in veritate, ut ille, penes quem ea sit, necessario vincat, etiam invita vi, & tyrannide, & calumnia, & aliis fraudis atque sceleris generibus ringentibus. *tandem bona causa triumphat.* v. p. 24, 32. 18. νοῦν γε ἔχων] scil. ἐγὼ ἔμενον. manebam & opperibar hujus causae exitum. in quo sapienter feci. nam si auffugissem, ipse me accusassem. Illorum autem, qui juraverant, hoc est assessorum ejus (qui causas cognoscebant, & sententiam pronuntiandam praeparabant atque judici suppeditabant) judicabant reos e vinculis esse dimittendos, Limeniumque morem & legem in hac re non esse migraturum. 26. τοῦ ταλαιπώρου] Cretensis illius librarii, de quo commemorat p. 17, 26. 27. τοὺς βασανιστάς. 28. τοῦ γε δευτέρου σώματος] a meo corpore se abstinens, repressus conditione mea, qui essem liber, & civis Romanus. 30. minabatur, operam daturum, ut miser ille tormentis & flagris concisus, Cres librarius, vivus comburatur, finemque torquen-

di se citius non facturum, quam expressisset ex eo voces illas, quas audire vellet: Libanium esse veneficii reum. 35. f. τότ' ἂν ἔδοξέ μοι. 43. τῆς Διονύσȣ.] per Nicaeam. v. Dion. Chrysost. p. 485, 37. Galland. T. II. Comm. Acad Reg. Inscr. p. 268. Liban. ep. 819. Nicomedia Cereris urbs audit. v. p. 19, 4. *penult.* τὴν ἔξοδον] me CPli excessisse. *ult.* codex Ferrar. ἅπασιν ἐπαίνοις. *omni laudum genere me ornantes.* prima vox cur est a Morello omissa?

19, 9. iracundiae, impotentiae animi, insolentiae verborum, serviebat. 14. τις bene habet. Nicomediensibus dubitantibus, quonam modo superbum illum suum & insolentem sophistam ulciscerentur, auctor illis fuit nescio quis, ut eum malo immortali ulciscerentur. quoniam reliqua omnia taedia, quibus eum pungerent, haud essent diuturna futura. 24. non quo nullas texeret orationes scitas & bellas. ὑφαίνοντι praestat, quam φαίνοντι, quod est in c. F. quanquam hoc quoque possit ferri. 25. εἰπεῖν] c. F. τιμᾷν, quae lectio sine dubio vera & praeferenda est. εἰπεῖν ejus est scholium. v. p. 15, 13. & paulo post versu 42. conf. p. 21, 19. & 22, 27. 23, 23. 25, 10. 26. ἐκτεκών] non improbo. tametsi malim ἐντεκών. cum ipse in se & in mente sua peperisset falsas quasdam formidines, quasi carminibus vinciretur & constringeretur, memoriae vim ipse suis scitis, animo sponte impressis, exturbavit & eliminavit. 31. τῳ encliticum hic loci est, ideoque sine circumflexo exarandum. deinde non dubito, leg. esse διαρπάσαιμι.

quo

quo factum est, ut, hoc globo armis meis disjecto & fugato, multi sese alii sub aliorum scutis occultarent [h. e. omnes se mihi amicos simularent, & invidiam vexationis meae a se studerent in alios detorquere] metu, ne, si adhuc fervens ira, recente victoria, in eorum aliquem incurrerem, ipsum vivum dentibus discerperem velut leo hinnulum. 39. ὑπὸ τῇ Δήμητρι] quasi brabeutria quadam. 42. ἐπιδόσει νέων] haec verba recte absunt a c. F. manifestum est enim, ea esse scholium dictionis Platonicae & ad poeticam accedentis, ὁρμαθοῖς νέων.

20, 1. aut plane delendum est αὖ, aut cum ἂν mutandum, neque obstat, quod ἂν sequatur versu 4. nihil frequentius est Graecis, quam ἂν ita iterare. significat autem Nicomediam. 4. οὐδενὸς ἂν] subaudi τούτων. illa urbs, Nicomedia, tametsi ad tantam amplitudinem, tantam vetustatem, tantam denique bonorum copiam omnium, quae terrae, quae maria largiuntur, processit, nihil tamen horum omnium sit commemoratura in jactatione suarum laudum, nisi posteaquam me primo loco commemorarit. 7. πλησίον] CPlin designat. 9. ἐφορᾶται] c. F. φορᾶται. lege φοραῖς παιδείας. 12. καταχεκριμένῳ dat c. F. unde effici debebat, non καταχεχρυμμένῳ, sed κατακεκλιμένῳ. *declinato*, h. e. *decumbenti*, *strato*, *jacenti*. nil usitatius graecis librariis est, quam λ & ρ inter se permutare. v. Liban. epist. 1490, 8. 23. pro ἀρχαίου est in codice Ferrar. ἑτέρου. videtur in aliis libris fuisse ὑφ' ἑτέρου, in aliis ἑταίρου, in aliis tandem ἀρχαίου. quae tres lectio-

nes facile possunt omnes probari. ῥύαξ ἑταῖρος ad poeticam dictionem accedit, rivus sodalis, h. e. familiaris, consuetus, notus & domesticus factus a longi temporis usura. 31. ἁμάξης c. F. quod praefero. designat Crispinum. 32. οἷς ἐβϰλόμην] scil. πλϰσιος εἶναι. ult. μηδὲ] c. F. dat μηδέν. unde locum sic reficio: καὶ μηδ᾽ ἐνταῦθα ἔξω. ut homines indocti censerent, ne ibi quidem me mea agentem extra locum convenientem mihi esse.

21, 6. ἡ μεγίςη δὲ [vel δὴ cum codice Ferrar.] est accipiendum pro nominativo absolute posito. *quod autem*, (vel *quod jam*) *ad maximam attinet oportunitatem gaudiorum creandorum* — ταύτης (versu 15.) *hujus ergo* — 8. recte dat c. F. ϰδὲν ὅ τι ϰ λείπεσθαι. quod idem est, ac si dixeris, ὧν ὅ, τι ϰ λείπηται, ϰδὲν ἄλλο ἀγαθὸν εἶναι. *quibus quod non sit inferius*, (aut, *quod par sit*) *aliud bonum nullum esse*. corrupit sententiam & plane in contrariam partem invertit Morellus ad ϰ addendo ν & exarando ϰδὲν ὁτιϰν. 19. codex Ferrar. sic exhibet: τιθεμένων δευτέρων, ᾧ μοι καὶ ἡ μήτηρ caeteris omnibus ad versum 25. omissis, quae etiam ut scholium importunum amputanda esse dudum vidit & notavit Valesius ad Ammian. Marcell. p. 167. ᾧ μοι καὶ ἡ μήτηρ idem est, ac si dixisset, ᾧ cui (Aristaeneto) καὶ ἡ ἐμὴ μήτηρ — scil. ἐγκαλοῖ. de quo Aristaeneto etiam mihi mater, h. e. mea mater, queratur. pari modo p. 22, 18. μέλλοντός μοι τϰ ἄρχοντος δέξεσθαι τὸν λόγον. pro τὸν ἐμὸν λόγον, aut τὸν παρ᾽ ἐμϰ λόγον. v. etiam p. 33, 33. τῇ κεφαλῇ μοι.

32.

32. recte codex Ferrar. ἀπέδοτο, sine ἂν, quod ἂν in codice Morelliano perperam fuit iteratum e πατρῴαν. nam μήτηρ in c. F. non est. malim tamen h. v. servari. *penult.* f. ἀλλ', ὁπότε — de re conf. p. 236. *fin.* orat. ad Auxentium in collectione Bongiovan.

22, 1. recte c. F. ἐπαινῄειν. & 11. τῆδε γάρ. 3. abest eidem ἐμός. quod non valde desiderem, quod idem esto judicium, de ἐμοῖς versu 17. quod item deest c. F. 17. ille auffugiebat, ad certam profecto pestem, si praefectus certior ex me rei gestae factus esset. ego vero tam parum hanc tantam jacturam curabam, ut potius recitationes meas consueta peragerem alacritate, & gestuum agilitate (v. p. 28, 1.) & auditores magis furti illius fama commoti viderentur, quam ego re. 24. in codice Ferrar. est διωθυμένυ, multo propius ad veram lectionem, quae est διωθούμενον. idem recte omittit verba e scholio inserta ὃν παῖς ἐκεῖνος ὑφαιρησάμενος ᾤχετο. deinde leg. παριόντα τὸν ἐξεληλυθότα χρυσόν. quod argentum superabat illud aurum, quod amiseram. donatum argentum erat grandius auro mihi surrepto. 32. τῷ σοφιστῇ] illum Nicomediensem significat, quem antea p. 19. ut non indisertum laudaverat, ut scaevum & insolentem & civibus invisum notaverat, & quem ut pungerent, eo Libanium ad se Nicomedienses arcessiverant. 33. verba τῆς τῦ σώματος desunt c. F. recte. sic enim distinguendum est: ὁ δὲ ὐ βυλόμενος ταῦτ' εἶναι, πονηρίας ἐπ' ἐμέ τε ἦγε τὴν αἰτίαν. *ille autem, negans*

hoc

hoc esse (verum puta, seu negans uxorem sibi furore correptam esse) *nequitiae accusationem, seu malitiae dicam in me instruebat.* 40. τοσοῦτον δὲ εὕρετο, δῆσαι τ. ἀ. nam εὑρίσκεσθαι in hoc sensu dicitur. 41. c. F. ἀνέστραπτο. perinde est. *ant.* παρέπεμπον] sine dubio scholium hoc est verbi ἀνήλισκον, quae lectio vera, aut verae simillima, in c. F. exstat, profectum ab homine, qui nesciebat, quid esset ἀνήλισκον. (aut quod margo c. Mor. dat παρανήλισκον, egoque malim.) sententia est: ridebat stultitiam, putabatque me sapientiorem esse, quam ut tantae stultitiae reus fierem, ut caedem a me designatam & comparatam incassum insumerem, & plane perderem in muliere, quam si voluissem perpetrare, multo utilius ad rem meam, in ipso sophista perpetrassem. ἀναλίσκειν θάνατον est in aliquo corpore caedem consumere, h. e. perpetrare, παραναλίσκειν est, eam perpetrare sine ullo fructu suo.

23, 1. tollendus asteriscus est. nihil enim deest. solummodo in διέσωζε subauditur αὐτόν. si quis athleta, penes quem sit, par suum interimere, servet in ipso certamine, matrem ejus autem ope furiarum de medio tollat. 3. τῷ] illi sophistae puta, qui caussam veneficii mihi intentaverat, jam opus hoc erat injunctum, ut ex accusatore reus esset, & se defenderet. 7. αὖ delendum, quod saepissime in hac vita otiosum est, a librariis intrusum. 9. ἄτιμος] nam infamia notabantur falsi delatores. 23. rursus hic magna & turpi macula Morellus suum codicem foedavit, inserendo absurdo scholio. restituendus locus

locus e codice Ferrarienſi ad hunc modum eſt, reſciſſis alienis: ἀλλ' οὐχ οἱ Βιθυνοὶ πρὸς ἐκεῖνον οὕτως, ἀλλ' ὁ μὲν ἀπαντᾷν ἐξετρέπετ' ἄν, τῷ δὲ πρόνοια μὴ ἀπαντῆσαι, τὸ δὲ μὴ κεκολάσθαι τοῖς προσήκουσι τὸν ὑβριστὴν, ἤδη τινά τι καὶ ἀποῤῥίψαι, εἰς τὸν ἐψηφισμένον, καίτοι σφόδρα ἀγαπώμενον, ἠνάγκασεν. non autem Bithyni pari erga eum animo fuerunt, paresque mores illi demonſtrarunt. nam alii media de via alio deflectebant, ſi eum ſibi occurrentem eminus viderent, alii cavebant, ne occurrerent, vitando illa tempora, illasque ſemitas, quibus eum occurſurum ſuſpicabantur. fuit etiam, quem transmisſio meritae poenae in homine contumelioſo cogeret, ut verba quaedam procacia & acerba in praeſidem, hujus abſolutionis auctorem, projiceret, quanquam alias hominem provincialibus gratum & acceptum & inprimis carum. 41. προσιόντων. redeuntibus.

24, 8. ἀναβὰς] non ſophiſta, ſed hic Bithynus, ejus amicus & patronus. v. p. 25, 38. 9. ἄρχοντα] Philagrium, Cappadociae praeſidem. v. p. 25, 8. 17. recte dat c. F. πάντα τὰ μέγιστα, quanquam urgebatur Philagrius apparatu belli Perſici tum coaleſcentis (A. 348.) aliisque curam non minorem poſcentibus, ut neceſſe ipſi fuiſſet in provincia Cappadocia manere; is tamen ſumma quaeque parvi ducens prae ſtudio amico ſuccurrendi, & injurias ejus ulciſcendi, in viam ſe dabat propere conſurgens, praelato nudo gladio, h. e. cum lictoribus & ſecuribus atque faſcibus virgarum, & expedito omni terrore jurisdictionis praetorianae, verſus Nicaeam, ubi

ubi forum agere volebat, & quo Libanium cum septem reliquis reis evocabat, ad causam calumniae dicendam. 30. Ἀντισθένης] significat Cynicum aliquem philosophum, Alcimum, ni fallor, (v. p. 25, 2.) qui cum Hercule comparatur, cum ob nomen commune Ἄλκιμος, tum ob gestaminis similitudinem, pellem & clavam, quae erant Cynicorum item insignia. *ibid.* ἐφιζάνοντος] scil. ἐμοῦ. *cum ego insiderem rogo.* 32. τὸ σῶμα] subaudi τοὐμόν. 35. μέχρι Λίβυς dat c. F. v. Wesseling ad vetusta Itineraria p. 140. & 573. 36. c. F. ὅποι. non male. 40. κἀκεῖνο] quod narrare jam ingreditur, non quod modo commemorarat. 43. οἱ κήρυκες] significantes, praetorem hodie forum dare, ut adsint, & causae consortes, & qui causae dictioni interesse velint, patere jam aditum tribunalis. 44. ἡ θύρα] nostri hospitii. *ibid.* ὅτῳ μέλει] accensus aut viator a Philagrio missus, ad nos arcessendos. *penult.* καταβαίνειν] oportere nos descendere, in forum puta, & diem dictam obire. *ult.* μυροπωλείῳ] antequam praetor prodiret in forum, & sellam occuparet, in qua praesideret, partes diem obeuntes opperiebantur in aliqua officina, foro vicina, cujusmodi erant officinae eae, quibus aut calda, aut unguenta venibant, ut praesto essent accenso vocanti, ubi praetor prodisset. v. p. 194, 9. & p. 234, 5. collectionis Bongiovannianae.

25, 7. ὁ συκοφάντης] ille μόνος Βιθυνῶν, de quo commemorarat p. 24, 1. 2. & qui, subornatus a sophista Nicomediensi, diem Libanio dixerat apud Philagrium, reumque calumniae illum fece-

fecerat. 8. comma recte abest ab edit. Ferrar. clamans, Philagrium quoque captum esse jure illo Libaniani veneficii, quemadmodum scil. ille alter Nicomediensis judex, de quo p. 22, 43. commemorat, eodem jure vel jusculo herbarum magicarum a Libanio coctarum fuisset dementatus. 10. verba ϗ γὰρ συνίεμεν ad ἡ βαφὴ versu 11. recte absunt a c. F. sunt enim scholium. 12. recte codex Ferrar. ἐξῄει. prodibat e praetorii penetralibus ad tribunal & ad sellam curulem occupandam, unde pronuntiaret sententiam. 14. c. F. ἐπ' ἀγαθῷ τῳ non male. 21. εἰσάγειν] scil. me meosque consortes septem illos familiares meos. 22. Philippum, qui A. 348. Consul & Praef. Pr. Or. fuit, de quo v. Tillemont hoc anno, p. 343. movisse CPli, & oportere Philagrium θεῖν (sic recte dat codex Ferrar. pro vitioso θανεῖν) cursu festinare ad fines provinciae, Bithyniae, & ibi formidabilem potestatem congratulationibus accipere. 25. τὸν] Philagrium puta. 31. μεταπεπεισμένϗ recte dat codex Ferrar. in genitivo. 33. ὁ δὲ] Philagrius autem, pudere se vultu ipso prodens, quae fuisset contra jus & fas amico largiturus, nisi repentinus hic casus intervenisset, qui, cum necessitatem afferret, Praefecto occurrendi, tum abrupisset causae cognitionem & sententiae pronunciationem. 36. τὸ πρόσωπον] frontem suam fricans, ut faciunt erubescentes, & qui conturbati repentino quodam dedecore quod ajant, nil habent, & haesitant, in excusando facto laborantes. 38. φίλϗ] sycophanta illo, qui pro sophista

phista laborabat. quem rursus p. 26, 6. sycophantam appellat, ut paulo ante versu 7. fecerat. τὸν ὑπόπτην autem, suspicacem illum sophistam, qui sibi ab insidiis Libanii metuebat.

26, 10. ὁ μὲν] Philagrius. ἤγχαλλεν] quod ipsi necesse erat, sophistam illum Nicomediensem audire, quem nolebat, meam non statim posset audire orationem, qua tamen negabat, se prius quicquam aut antiquius habere. 11. συνεχώρων] patiebar, priorem dicere meum adversarium. 12. αὐτὸς] sibi similis & constans, timidus, pavens, concidens in dicendo, mortuus, ut antea semper fuerat, quanquam in coetu quam minimo dicebat, & cui praeterea nemo meorum interesset, quapropter etiam ei verendum non erat, ne fremitu interpellaretur. nam ipse stipulatus erat hanc conditionem, ne quis de grege meo se dicentem audiret. 17. τῦ δὲ] subaudi δικαστῦ. cum Philagrius juberet, ut de scripto orationem suam sophista recitaret; nam se consedisse, judicem eloquentiae, non memoriae, futurum. 21. ὑπὸ τῦ αὐτῦ] eadem de caussa, quod idem veneficus, eaedemque herbae, quae linguam constrictam tenerent, oculis quoque tenebras offunderent. *ibid.* ἀλλ' ὁ δεῖνα] sunt verba, quae Philagrius dixisse fingitur. At, si tu ne legere quidem a te scripta potes, ait judex, trade alteri. leget hic, quem digito demonstro. 27. f. τῦ δὲ λέγειν ἐγγὺς ἐγώ. 31. ἐπὶ τὸ σῶμα] invidiam ei facit, qui armatus cum globo venit contra unum inermem. 35. adipiscor Philagrii gratiam per ipsam adversarii audaciam, qua ille

ille offensus, amare me coepit, nulla dum alia causa inductus, quam quod judicaret, ab audaci & impuro homine vim mihi adhiberi. 36. εἰσέρχεται] in Senaculum, ubi coetus erat audiendi causa congressus, & quo ego ipse transibam e fano Fortunae, ubi adventum ejus eram praestolatus. 37. ἀνίσταται] surgit ad abeundum, recitatione mea finita, studio mei repletus. 38. recte dat c. F. αὐτῷ. cognati, si quos habebat Philagrius, aliorum magistrorum disciplina utentes, & alios, amicorum liberos, uni mihi conciliabat, & ad meum ludum conducebat. 41. συνῆν] in ea habitabat, lectitabat eam. 42. οἵαν οὐχ ἑτέραν] h. e. *maximam*. quanquam aliarum quoque rerum ei gratiam haberet, hujus tamen rei se ipsi gratiam habere tantam, ut alia nulla gratia huic gratiae sit par futura. 43. ταῦτα] meam eloquentiam. *penult.* τε malim abesse. quarum rerum, tam dicendo, quam agendo gestarum cum fama — h. e. quorum verborum quarumque rerum fama cum perlata esset CPlin.

27, 3. τὰς διαβολὰς ἐργάζεσθαι est in c F. videtur in quibusdam codd. διὰ τὰς διαβολὰς fuisse. 4 recte c. F. διὰ τῶν. 9. γενέσει] propterea, quod haec exstitissent, & enata essent. *ibid.* ᾐτιασάμην] respicit ad p. 22, 11. 11. de Melantho v. Pausan. p. 151. 152. attingit Noster hanc rem rursus p. 365, 11. ubi Pyliis datum jus civitatis ait ab Atheniensibus, & communicatos honores omnes. 16. *cum praeterea essent, qui* (fraudis ergo Praefecto Urbi faciendae) *comminiscerentur, me amicissimum esse Christiano-*

rum. ſpargebant enim talia CPtani, quo facilio-rem Libanio aditum ad Urbem regiam patefa-cerent, ubi Chriſtiani ſub Conſtantio omnia po-terant. 20. αἰτίας] illis, qui expertes erant il-lius tumultus, cujus errore ejectus erat Liba-nius, accuſantibus eos, qui impliciti illa culpa erant, & Libanium urbe expulerant, eosque il-la praecipationis invidia urgentibus. 22. ἀπο-δόσεως] ut a Nicomedienſibus remitterer ad CPta-nos, a quibus expulſus fuiſſem. 23. ἀδικήσειν] h. e. ὅτι ἐγὼ ἀδικήσω αὐτὰς. cum affirmarem, me non poſſe a Nicomedienſibus diſcedere ſine magna eorum injuria, quam ego illis tam foedo diſceſſu ſim illaturus. 24. ἐδεόμην] ſcil. τὰ ὑπάρ-χυ. rogabam eum, ne me rurſus conjiceret in ſilentium inſuave, h. e. abſtruderet me rurſus in eum angulum, ubi obſcurus, abjectusque eſſem futurus, & neceſſe habiturus, inter Chriſtianos, vocem alte extollentes, conticeſcere. 36. c. F. χρῆν γὰρ δή. malim δή deleri, & γὰρ ſervari, quam judicium Morelli probari h. l. *penult.* ὃ δὲ] recte dat c. F. ὐδὲ. *ne vel ſic quidem intermiſi reci-tationes*, quanquam neceſſe mihi erat, aut cum potentibus CPli comiſſari & compotare, aut eo-rum odia tolerare. jam enim ingreditur narra-tionem de rebus ſuis CPtanis poſt reſtitutionem & revocationem ab exilio Nicomedienſi quaſi.

28, 2. curiam CPtanam deſignat, militari-bus viris, quam literatis pleniorem. 12. ma-lim ἰδὼν addi poſt τις. 14. recte c. F. παρατα-ξόμενος. videns, quam exiguus eſſet numerus il-le diſcipulorum, cujus cauſa tantas moleſtias

ſuſce-

ſuſcepiſſem, & tam ſaevum frigus tolerarem, quale Thracicum eſſet. ſeu, quod ob decuriam diſcipulorum delicias Bithyniae cum frigoribus CPtanis permutaſſem, neque ſolummodo frigus coeli & ſoli Thracici deſignat h. l. Libanius, ſed etiam frigus auditorii ſuis deſerti & vacui. 22. τῦ θεῦ] τῦ ἔρωτος δηλονότι. amore meo invincibili erga Bithynos. 23. ἐλαύνοντος] ſcil. e Bithynia. 25. ἧς] CPlin deſignat. 26. ταῦτα. *illa ipſa.* ἐτόλμων] excurrere in Bithyniam ἠναγκαζόμην] redire ad CPlin. 34. σκηπτὸν καὶ ποιεῖ dat c. F. perinde eſt. 40. τῆς Βιθυνίας recte deeſt c. F. quod natum eſt e ſcholio. 42. γενησόμενον. ſic diſtinguo: ἀπὸ τῶν παιδικῶν ἡ τύχη? cur tandem amatorem (alicujus) urbis excluſit fortuna a ſuis deliciis? Reſp. τὸ πτῶμα ᾔδει γενησόμενον. norat enim caſum vel ruinam exſtituram vel eventuram, urbis illius. de Libyſſa v. Appian. p. 92, 21. 43. f. αὐτὸν ᾔδει κεισόμενον, ſub quo me ipſum quoque norat occubiturum eſſe, ſi illuc proficiſcerer. nam ᾔδει omiſſum eſſe ſubaudiendum, nimis durum dictu videtur eſſe. verumtamen videtur vulgatae cum more Libanii convenire. v. p. 34, 26. ut ſatius ſit nihil hic mutare. *ibid.* δὲ] c. F. δή. recte. *ult.* recte idem τὴν μεγίστην & φέρουσα.

29, 6. μετονομάζοντας recte dat c. F. 7. ἐργαστήριον hic appellat more Demoſthenico, factionem, ſodalitium, collegium improborum, conjuratorum in fraudem bonorum. 13 υἱέων, eſt in c. F. quoque. fort. νέων τε, τινῶν τῶν ἐκεῖ δυνάτων υἱέων, περιεστηκότων. inter circumſtantes &

cingentes mea latera greges eorum juvenum, qui filii essent quorundam ibi [CPli, in comitatu Constantii] potentium. 16. ἀρχόντων] praefectos Urbi CPtanae designat. 22. recte dat c. F. ψηφιζομένης scil. τῆς βουλῆς. non enim urbs ipsa haec decernebat, sed senatus. 31. significat Vetranionem & Magnentium, quorum illum Constantius persuasionibus expugnavit, ut purpuram deponeret, hunc manu armata per duces suos domuit, & imperio vitaque privavit A. 353. 35. βασιλείας] c. F. πολιτείας. quod praefero. quasi vero regnum principis non possit πολιτεία, *gubernatio civilis*, aut *administratio reip.* appellari. 36. ille nostri non ignarus, & rei literariae quae tum esset Athenis conditio, ipso usu intelligens, & eam lacrimis prosequens praesentem, praeteritam memoria repetens, objurgavit Athenienses.

30, 1. f. ἡγεῖσθε δεινὸν παθεῖν. non existimatis peccare, neque male vobiscum agi, cum frumento advecticio utimini, tametsi toti terrarum orbi serendi & metendi frumenti parandique panis vos magistri fuistis. si autem in literis idem audeatis, (ut literatos aliunde petatis, quibus utamini) tum vero decus omne vestrum, si dis placet, periit & concidit uno vulnere. 5. τοιαῦτα] qualia scil. nunc suadeo, cum vobis auctor sum, ut excellentes oratores & homines insigniter doctos aliunde ad vos traducatis. 6. l. ἔφασαν. *affirmabant*. 10. τὸ ψήφισμα] de me, Athenas invitando. 12. ὁ φόβος] c. F. ὁ βίος. male. 16. τοιαῦτα non est in c. F. unde colli-

go, locum ſic eſſe leg. οὐδ' αὖ ἕτερον εἰς δόξαν παρὰ τῆς τύχης εὑρημένον. ubi τοῦτο ſubauditur, & εὑρημένον non *id*, *quod inventum eſt*, ſignificat, ſed *eum*, *qui invenit*. neque alium aliquem id ad gloriam pertinens munus a fortuna reperiſſe, h, e. tuliſſe, vel impetraſſe. 18. ἡττῶντο] in c. F. eſt ἡττῆντο. unde effici quoque poterat ἥττηνται. 24. recte dat codex Ferr. νέων. ſi magnum eſt, magiſtratu academico alicujus oppidi eum potiri, qui Athenis illud in oppidum arceſſitus ſit. ἀρχὴ νέων cum rectura ſcholae minoris, aut majoris, in qua univerſitas literarum traditur, recte comparetur. 25. aut πηλίκης εὐδαιμονίας leg. aut πηλίκον ἐς εὐδαιμονίαν. 27. Κρῆτα] deſignat Epimenidem, qui Athenas e Creta arceſſebatur ad luem depellendam, & ad piaculum Cylonium expiandum. 31. τε poſt εἰρήνην deeſt c. F. 38. recte idem dat παραγενομένη. 40. καὶ μεταξὺ θυσιῶν. 41. f. ταῖς αὐτοῦ aut ταῖς σὺν αὐτῷ. Conſtructio eſt: πολλῆς ἦν ἠλιθιότητος, τὸν ἥκοντα — οἴεσθαι, ἐπιστήσειν ταῖς αὐτοῦ ἀγέλαις τοὺς αἱρουμένους [vel αἱρομένους] ὅπλα ἐπ' ἀλλήλους. erat incredibilis dementiae, eum, qui modo Athenas veniret, idque eo, quo licentiam caſtigaret atque compeſceret, exiſtimare, poſſe cum grege ſuo ſiſtere & retinere eos, qui arma contra ſe mutua cepiſſent, quibus armis utrinque par robur ab utrinque pari aetate acceſſiſſet. *ult.* recte dat codex Ferrar. ἅπαντα. *rebus in omnibus fratres germanos*. deinde enarrat ſigillatim illas omnes res, τὴν φύσιν. ita recte rurſus dat idem liber.

31, 1. τὸν Αἰγύπτιον] est idem ille, qui una cum Libanio magistratum academicum gessit. p. 10, 21. *ibid.* recte c. F. dat ἀπὸ τῆς εὐνῆς. 5. ἐξέλειπεν idem. perinde est. 8. c. F. τῶν δὲ οὐκ ἂν τεχόντων. videtur Libanius dedisse τῶν δὲ οὐκ ἂν κατεχόντων σοφιστῶν. sophistis autem illis, qui soli per se procul dubio non continuissent CPli, neque ab Athenis absterruissent, illis igitur dicentibus — pari modo paulo ante p. 29, 23. in c. F. erat μυρίαις μετακοσμεῖ, pro μυρίαις με κατακοσμεῖ. 17. βασιλέως] Constantio puta. 33. λαβεῖν] subaudi εὔνουν aut ὑποχείριον. 37. recte primum ποτε uncis inclusum est. 39. οὐδὲ] l. οὐδὲν.

32, 13. ἦν deest c. F. non male, ex more quidem Libanii. 16. οἵ] recte idem ὄν. 17. βασιλέα] perinde est, Constantium an Gallum designari putemus. si posterius, significabit ἐδεήθησαν, orabant praesentem. nam Gallus Antiochiae tum agebat, si prius, erit ἐδεήθησαν idem atque, votis & clamoribus significabant, se optare, ut Constantius me patriae redderet. 24. potest οὐκ ferri, melius tamen aberit, ipsa re planam facientes vanitatem illius vulgaris sententiae, affirmantis, consortes ejusdem patriae inter se necessario invidere. si servatur οὐκ, ita erit interpretandum: *cum necesse non sit*, vel *quia necesse non est.* 36. recte c. F. τῆς ὡραίας. ferias aestivales ad animum hilaritate itineris domum suscepti relaxandum converterat. 38. omnibus eum deserentibus, & ad me accedentibus, significant ipsi amici per literas, quam citissime

huc

huc redeundum ei esse, & repentino adventu opprimendos atque retinendos discipulos, qui paene jam omnes a me capti & in sagenam pertracti essent. possit quoque pro οἰχομένων legi ἐχομένων, omnibus captis. sed nil valde eo opus est. 43. ὅτως ἅπαντας ἀπαγαγὼν οἰχήσεται] sine dubio desumtus est iambus hic ex aliqua veteri tragoedia, ubi de Orpheo fuit dictus. *ult.* οἶκον] Tyri puta.

33, 6. cum suam orationem dixisset, & plenum habuisset, ut antea, auditorium, atque placuisset, querebatur cum iis, quorum literis ex otio & fructu feriarum atque dulcedine patriae revocatus erat, cur id sine omni causa fecissent, cur periculi, quod nullum esset, denuntiatione se terruissent. adeo contemptim ille de me suoque mecum certamine loquebatur; adeo frigide illud traducebat, & insultabat mihi domi ex morbo decumbenti. 8. πρὸς] c. F. dat πρῶτος. neutra lectio satisfacit, & fateor, me locum hunc non intelligere. num leg. πρὸς πρῶτον αὐτὸν ἤριζε. qui semper ipse secum primo [h. e. ante omnes alios secum] contendit. prius ipse se superare studuit, quam alios. 12. f. αἰτῦντος, propter sequens ἡττηκότος. Constructio est: ἔφερον τὸν λόγον, ἡττηκότος τῦ βασιλέως, τιμήσας ἂν λόγῳ, καὶ μὴ αἰτῦντος. *afferebam principi* [Gallo Caesari] *orationem*, [qua eum laudabam,] *roganti, tametsi eum, vel non rogantem, hoc genere honoris eram prosecuturus.* 14. ἑτέροις τισὶν] haec est illa ipsa Libanii oratio de laudibus Galli Caesaris, de qua modo dixerat. ἑτέροις dicit, respiciens ad illam prio-

 rem

rem Antiochiae a se habitam orationem, qua videtur laudes patriae praedicasse. 15. ἥκει recte dat c. F. *ibid.* κλάοντας] prae gaudio & admiratione. v. p. 32, 8. 22. τῶν deest c. F. possit quoque legi μετὰ τὸν πρῶτον σαθμόν. 30. τὸ χωρίον] CPlin. 31. ἄρχοντα] praefectum urbi. 34. in codice Ferrar. est ὁ παρ' ὑμῖν ἀνήρ. possit ὑμῖν ferri, nam loquitur ad Antiochenses. quanquam ἡμῖν malo, quod Morellus restituit. sed ἀήρ certo certius est leg. sine ν. persuadebam medicis, ut testarentur hunc aërem, qui apud nos est, [vel, apud vos, o viri Antiochenses, coram quibus loquor,] capiti meo amicum esse, illum autem CPlitanum inimicum. 35. τὸν δὲ] praefecto urbi autem persuadeo, ut pateretur, ea sic dicta, ceu vere & candide & simpliciter dicta sibi approbari. nam erat mera fraus & machinatio & simulatio Libanii, CPlin abhorrentis, patriam desiderantis. 42. ἐγχειρήσαντα] id est χερσὶ κρατήσαντα. *in quod manus injecerit.*

34, 2. τὴν ἀνεψιάν] Phasganii filiam, meam sponsam. *ibid.* τὸν θεῖον] Phasganium puellae patrem. 3. ἐν τέφρᾳ] solebant enim lugentes sibi caput & vestes cinere respergere. 5. jam nunc enim nullo ducebar amplius patriae habendae desiderio, ubi, loco uxoris, essem tumulum uxoris desponsae visurus. 7. sentiente igitur Phasganio, penes me esse domum revertendi potestatem, & illa me nunc nolle uti, & tertium denique hoc, cur nollem; & lamentante per literas, quis esset futurus, si, quod unum sibi superesset solatium, id ipsi negem, ut

vocem

vocem meam audiat; & querente mecum, quod loco non moverer, neque CPli exeundi initium facerem: sic tandem expugnatus, Antiochiam redeo. 15. διατετυμμένη non est a διατύπτειν, sed a διατύφειν, lento & fumigante igni exurere, ut foenum e. c. aridum, aut lignum putre. quo de verbo dixi ad Polybium. 18. nam praeter domestica mea & privata mala, rem publicam oppresserat saeva quaedam procella. 19. ὀργὴ βασιλέως] Caesaris Galli, de qua v. Ammian. Marcell. libro 14. & Tillemont in Vita Constantii artic. 32. 22. διδάσκαλον] Zenobium. 27. σορεσθῆναι] tacite repeti debet a communi δόξα ἐγένετο. 31. per orbem, per ambages circumducta oratione, ad laudes clementiae Galli, & ad deprecationem sontium accedo. 41. de fortuna primae hyemis a se Antiochiae in literarum doctrinis peractae. v. epistol. 407. *penult.* ἐπὶ τῷ σώματι] quo libidini aliorum, virorum mulierumve, sui corporis usura satisfaceret. μισθῷ μεγάλῳ] quae merces illa fuerit, dicit p. 35, 4. ut scilicet consuetudine potiretur alicujus histrionis.

35, 1. ἐκεῖνον] Gallum Caesarem. 3. τὸν πρεσβύτερον] Constantium. 6. σοφιστὴν] significare videtur illum, de quo p. 32, 31. sqq. narraverat, & qui Eubulus videtur esse. 9. βασιλεὺς non est in c. F. & est e scholio intrusum. sed designatur tamen Gallus. 11. rursus ejiciendum est scholium ὅτι πεμφθήσεται εἰς τὸ δικαστήριον, a Morello intrusum, quod a codice Ferrar. abest. 13. rursus ejice verba ὁ νεανίσκος

νίσκος eodem auctore. 18. c. F. ὁ βασιλεύς. quod nescio, cur sit mutatum. 20. recte idem προπεμπόμενος, in processione e palatio in urbem, aut ex urbe in agrum, si eum comitarer. 26. οὕτω μέν. ajebam quidem, ita me facturum, sed simulabam modo. verba haec desunt c. F. qui sic dat: ἐγὼ τῆς πατρίδος ἐχόμενος. caeteris omissis. male id quidem. 43. rursus idem recte τῷ ἀργεῖν & ἀχθόμενος.

36. 9. ὅρμησον] suadebat igitur ille Libanio, ut scholas in aliquo templo aperiret; improbabat, quod domi doceret. 11. ἀγοραίων] institorum, mercatorum, merces in foro vendentium, alicui persuadebam, ut mihi suam συνοικίαν h. e. insulam, totam domum, permitteret, ut ibi scholas haberem. 16. τὸ Μουσεῖον] schola publica, in qua docet professor, a civitate constitutus & conductus. templum id erat Antiochiae Calliopae consecratum, quae eadem nobis quoque tutelaris dea erat. 18. recte c. F. ὦ μουσῶν μὲν ἀρίστη. 21. recte c. F. τί τῶν μὲν ἐξέβαλες. 22. ἠπατηκώς] Zenobius, qui Libanium Antiochiam pellexerat pollicendo, cessurum illi schola publica. quod promissum deinde, Libanio Antiochiam reverso, irritum faciebat, scholam & stipendia retinens ad vitae finem. 23. egregie codex Ferr. τὸν ἠδικημένον δὲ ἀπερριμμένον περιορᾷς. 25. διελέχθην. 32. ἀνεψιός] videtur filius patrui majoris Libanii fuisse, Panolbii puta. v. p. 40, 30. 33. ἄρχοντα] Domitianum. 42. ὁ πάτροκλος πληγῇ ψυχῆς dat c. F. *ibid*. sententia est: ut Patroclo terrore perculso

arma

arma e manibus elapſa ſunt, ita mihi quoque haec audienti calamus. 43. τὸν δὲ] Zenobium, magiſtrum ſuum, deſignat. qui Libanium, cum nondum Antiochiae eſſet, impulerat, ut eo veniret, cum veniſſet, objecta ſpe excludebat. *penult.* φεύγειν] refugere, abhorrere a mea conſuetudine. *ult.* f. μακρὰ morbus diuturnus.

37, 15. ſignificat, honorem illum Strategio dudum ante a Conſtantio Aug. eſſe promiſſum. poteſt tamen etiam haec ſententia eſſe: dudum ante Strategio a Libanio aliisque amicis quaſi vaticinantibus praedictum id eſſe, ut Pr. Pr. Or. aliquando fieret. 21. αὐτῶν deeſt c. F. nil refert, ſervetur, nec ne. poſſit quoque αὐτὸς legi. 26. ἐγγεγραμμένοι] in indicem decurionum, quibus neceſſe eſſet functionibus curialibus fungi, quae oneroſae erant, & multorum magnas facultates minuebant. 27. qui auctoritate praefecti praetorio opus haberent, quo illa neceſſitate functionum curialium liberarentur. 29. ψήφου] ſententia, qua ipſorum lites finirentur, & ſecundum eos cauſa daretur, aut honores ipſis adjudicarentur. 31. hi, partim per uxores — 32. aut καὶ delendum eſt, aut deeſt aliquid. e. c. ἐδέοντο, vel καὶ ὑπὲρ ἐκείνων. uxores rogabant, ut tam pro maritis, quam pro ſe apud Praefectum deprecarer. 35. videntur igitur horae poſt meridiem vacaſſe ſcholaſtica inſtitutione, & ſcholae ſolummodo horis matutinis habitae eſſe. 38. φίλον] Strategium. *penult.* ἀναμένειν κελεύων λουόμενον. mihi blandiebatur, cum ad eum accederem veſpere, a me

con-

contendens, ut tantisper manerem, donec lavisset; quasi balneo minus, quam meo conspectu & colloquio recrearetur. nam recte est in c. F. ὑ τῷ pro vitioso αὐτῷ.

38, 2. recte dat c. F. τάς. unde quoque εἰσόδυς leg. est. fraude & inscitia operarum typographicarum saepe factum est, ut οις excuderetur pro ους. ut hic loci factum est. 4. recte idem codex ἐπυνθάνετο. prima syllaba ἀν in vulgata perperam est repetita e fine proximi vocabuli κωλύσαν. 5. τὸν ἀντικαθήμενον] illum Phoenicem sophistam, de quo p. 32, 31. & 35, 6. 12. recte c. F. τῷ. ibid. διαφέρειν] subaudi τὰς ἐμὰς ἐπιδείξεις καὶ τὰς ἐκείνυ. 13. aut plane delendum est τε, aut leg. καὶ ἠπορεῖτο καθήμενος. 15. potest vulgata commode ferri, & ἐ, τι accipi pro οἷόν τι, *qualis & quanta res sit*. malim tamen legi: ὅτι ἐςὶ καὶ τῦ ὕπνυ περιεῖναι, *esse, ut quis somnum quoque expugnet*. 20. pro ἐλαυνόμενος dat c. F. ἑλκόμενος, quod praestat. deinde ὁ ἀντικαθήμενος non habet. etiam hoc recte. manifestum enim id scholium est, e versu 5. repetitum. 21. significat ferias caniculares. 22. recte rursus c. F. ἐξῄει. discedebat Antiochia, Tyrum petens, unde ortus erat, & ubi domum, uxorem, liberos habebat. 27. effecisse ait se, per Pr. Pr. ut illi sophistae Tyrio largiores annonae promitterentur, quibus eum permotum esse, ut Antiochiam rediret, quod antea noluerat. 30. rursus ab eo deficientibus familiaribus, & ejus scholas vacuas deserentibus, & ad meas transeuntibus, multoque id studiosius,

diofius, quam antea fecerant, tum ille, nil placatior illa ftipendii acceffione, quam percipiebat, factus, veterem fimultatem recolebat. 34. ἤςτο] quanquam diligentius, quam antea, docebat & recitabat, fegnior tamen adhuc erat, quam par erat, & ad illam ftudii incitationem nondum elatus, quae ejus ingenium fpartamque decebat. 35. ὁ & τις recte abeft a c. F. ὕπαρχος eft vicarius Praef. Pr. Or. qui etiam ut Praef. Praet. Antiochiae refidebat. τις eft fcholium cum quo confiftere nequit ὁ. Mufonius feu Strategius, nam perinde eft, defignatur. v. p. 555, 9. ubi male Μεσάλιος appellatur. 37. recte rurfus idem με dat pro μὲν. 39. hic & paulo poft verfu *penult.* dat c. F. ὑπεσχήμην. quod ne ipfum quidem fpernam. 41. tollendum fignum diftinctionis, quod etiam in c. F. nullum eft, ubi commata rarius, fed fapientius, difpofita funt. fententia haec eft: Vicarius aliquis orientis, cui antea receperam, fi ad eum honorem perveniffet, laudes ejus oratione publica praedicaturum, nunc, honore illo adito, nomen a me factum exigebat; homo laudis appetentior, quam alii poteftatis. Illum ego quidem ftatim paucis eram allocutus, tum, quum huc veniffet, e comitatu miffus, ad honorem capeffendum. ille autem ea ipfa, quae tum memoriter & breviter dixiffem, diligentius elaborari, & amplificari volebat, & eorum, quae dici poffent, nihil reticeri.

39, 1. fi domo mea mecum egreffus veniret in fenaculum, ubi meum erat auditorium, ad acci-

accipiendam auribus orationem illam, quam essem de laudibus ejus dicturus. v. p. 555. 9. verumtamen hanc fore primam partem orationis meae, & ex ea aditum ad reliquas me habiturum, ut dicerem, illum id honoris habuisse literis ut me domi meae conveniret, indeque me arcesseret ipse. — Ajebat ille, honorem a se illum mihique literisque habitum iri. 8. ἐκεῖ recte abest a c. F. cum oratio una recitatione nequiret absolvi, rediit vicarius, ad eam audiendam iterum, & tertium denique. 10. παρ' ἀμφοῖν] non satis video, qui sint illi *ambo*. ni fallor, sunt Libanius & ille ejus aemulus Phoenix. τὶς] scil. ἤκουσε. quis audiverit, & cujus orationem, & quam praeclaram atque disertam, & quo in urbis loco? amplissimo scilicet. 12. βουληθεὶς] scil. ille vicarius. 23. illum vicarium, honore defunctum, & de provincia decedentem, invitat meus adversarius ad orationem ex se quasi suam audiendam. 32. Valesius ad Ammian. p. 32. vult *Nicentium* esse. mihi videtur potius *Decentius* esse. 35. malim ὡμολόγει. ob sequens ἀπῆλθεν. 39. f. ἠρημένα. *furti vel plagii convicta* jactabat, tanquam suam quandam lepidam fabellam narrans. 41. ἐξήλασε] praefectura decessit, & relicta Syria rediit CPlin. *penult.* οὖν videtur delendum, ut perperam e fine proximi verbi ἐδόκουν repetitum. quo facto sic erit interpungendum: καὶ (ἦν γὰρ ἡμῖν ἀγνώς) ἐδόκουν οὐκ ἔθ' ἃ πρότερον. verebar, ne neque literarum idem essem, qui antea, futurus apud hunc

prae-

praefectum honor, neque par mea auctoritas, atque apud Strategium fuerat.

40, 6. quamquam Phasganium antea nomine tenus solummodo norat, neque viderat unquam, nunc tamen eum differentem audiens, ex ipsa oratione, a nemine doctus, intelligebat, eum, qui tam sapienter differeret, esse Phasganium, neque alium esse posse. Laus profecto magnifica. 10. rogabat me, ut se pari caritate amplecterer, atque amplexus essem Aristaenetum & Seleucum; ut hi duo nulla parte amoris mei se vincerent. 13. a quibus etiam se ajebat stimulatum ad quaerendam meam amicitiam. 15. ἐκείνω est in c. F. quod non spernam. est dualis. 17. f. ἦσαν necesse sit addi post ἐμοὶ, neque satis sit subaudiri modo. 20. recte μήτηρ abest a c. F. natum e scholio. 25. recte idem ἀνηβῶντος. 26. πληγῆς] significat jacturam filiae, quae Libanio sponsa erat destinata. v. p. 34. *init.* 29. μετ' ἐκείνας τὰς ταφὰς] haec verba cum illis versu 22. οὐδὲν ἔτι μοι τῶν ἡδέων ἡδὺ — rerum omnium jucundarum nihil mihi jucundum erat, — post illa funera, matris puta & patrui, & Eusebii, qui videtur ἀνεψιὸς frater patruelis Libanii fuisse, seu filius Panolbii, patrui, p. 36, 32. commemoratus. 32. ὃν] malim ὤν. subaudiendo πτώματα. nam alias stare non potest δεινὰ & οἷα, sed debet esse δεινὸν & οἷον propter πτῶμα praecedens.

41, 15. ille, qui propter literarum mecum initum commercium vitae discrimen olim adiit, nunc cum ipsi licet impune ad me literas dare, silet!

filet! 21. ἀκυσόμεθα] fubaudi σῦ λέγοντος. ibid. ἀνταγωνιςὴς] Phoenix ille, de quo jam faepius triumphavit nofter. 22. οἴκοι] Tyri puta. ergo Iulianus Antiochiam venit, cum feriae caniculares jam iniiffent, quarum licentia ufus ille fophifta, Tyrum profectus erat. 25. quanquam erant, qui dicerent, illum, etiamfi fuperftes ei fuiffet uxor, eo tamen iter acturum fuiffe. 31. pro ἐγὼ dat c. F. αὐτὸς, ut poffit illud hujus fcholium videri. 37. κατ' ἰδὼν] recte c. F. dat uno vocabulo κατιδὼν. ibid. καὶ πᾶν ἐποίει. perinde eft. 43. ὡς eidem deeft, quod non probo.

42, 5. πρίσκιος dat c. F. male. v. Valef. ad Ammian. p. 555. 11. idem recte διηπορεῖτό τε, καὶ. 12. rurfus idem recte εἰς γῆν ἔκυπτεν. fignificat, Iulianum ad Libanium cum pudore excufantem, quod tam diu eum ad fe non vocaffet, & ab ejus confuetudine abfuiffet. 16. invitationem ad prandium deprecabar excufatione hac, quod dicerem, me non folere prandere, fed folummodo coenare. 28. & fermones inter nos illi caedebantur, qui non finebant, ut illo Ariftophanis utar, malum eum videri, qui malus non effet. 30. f. καίτοι ὗτος μὲν ἐδίδυ τὴν ἀρχὴν quanquam Iulianus quidem ultro offerebat dona gratuita, ego vero ne reftitutiones quidem admittebam. videtur ad illud Demofthenicum alludere, fuadentis Athenienfibus a Philippo Halonnefum ὐ λαβεῖν, ἀλλ' ἀπολαβεῖν. dicitur ille διδόναι τὴν ἀρχὴν, ftatim a principio dare, h. e. donandi & gratiae ineundae initium facere,

qui

qui donat ultro, nil merito, nullo ipſe jure obligatus. ſed ἀποδίδωσι, qui aut gratiam reddit, aut debita exſolvit. tantum abeſt, ait Libanius, ut dona gratuita a Iuliano mihi oblata acciperem, ut ne ipſa quidem illa paterer mihi reſtitui, quae a fiſco mihi debebantur, bona avita v. p. 199. 41. haec olim. nunc placet τȣτῳ ſcribere pro τȣτο. & huic Ariſtophani comparabat aliquem magiſtratum. 36. ut Iulianus praeclaris factis laudes omnes ſuperaret, & obſcuraret atque obrueret, quae de eo ſcriptis & ore hominum celebrarentur, velut ſol ſtellas & lumen candelarum obſcurat.

43, 1. recte dat c. F. ἔωσε. 2. ᾤδει] iracundia & animis turgebat, ut paene rumperetur. 11. ἀναξίοις dat c. F. perinde eſt. 20. f. παρασησομένων. cum ſentiret, & eos, qui jam in comitatu adeſſent, & eos, qui mox venturi eſſent, ſecum adducturos eſſe infinitum numerum oratorum atque poetarum, qui, ſtantes ad latus adducentium, laudes Iuliani, coram eo, canerent. 21. τὴν ἑορτὴν] Calendas Ianuarias, quibus Iulianus Conſulatum erat initurus. 22. locum hunc totum ad finem paginae non intelligo, & tantum per nebulam video ſententiam: cum dixiſſem, me latine haud callere, adeoque neceſſe eſſe, ut alteri mandetur latina oratio panegyrica, in altera lingua, Graeca puta, non eram ſegnis, ſed eam conſcribebam graecam orationem, quae non patiebatur alium quenquam videri aliquid admirabile protuliſſe, tametſi is alias

magnos plausus dicendo meruisset. 26. προτέρῳ λόγῳ] illo prosphonetico, qui p. 173. legitur. 27. f. τοὺς αὐτοῖς βοηθησομένους, illos, qui sibimet ipsi erant opitulaturi. significare videtur illum sophistam Tyrium coactum ab uxoris morte domum proficisci. v. p. 41, 22. 28. post πεμφάσης videtur aliquid deesse. 30. ὁ δὲ αὐτὸν] rursus eundem sophistam Tyrium pungit. cum priorem meam orationem coram Iuliano Aug. dicerem, non aderat. cum posteriorem hanc, qua Consulatum ei gratulabar, Phoenix ille domi suae in schola sua aliam dicebat item panegyricam, qua ipse sibi plaudebat, desertus ab omnibus. quo alterum de se risum dedit, postquam illum primum dederat, quod Iuliano Antiochiam adveniente non praesto fuisset. 35. recte c. F. ἐξεκέχυτο. malim quoque οὐ φωραθὲν ἄν. laus ipsi fraude parta, fama, ad quam dolis & imposturis arrepserat, ipsi effundebatur simul & disperibat, cujus famae malis artibus collectae vanitas non videtur constitura, & in apertum proditura fuisse, si hoc unum modo novisset atque didicisset, posse fieri, ut gloriam injuste collectam quiescendo, tacendo & se continendo conservaret. 37. φυλάττειν simplex dat c. F. nil refert. 39. ἀπέδυν recte est in c. F. accingebar ad dicendum, consurgebam. sumtum e palaestra verbum ad oratores, dicere exordientes, translatum. v. p. 76, 16. 123, 17. & orat. parental. in Iulianum p. 315, 12. edit. Fabric. T. VII. B. G. 40. συνέλθοιεν] ad me audiendum.

41. τῦ θεράποντος] ita semetipse Libanius appellat, famulum Mercurii. 44. ὄνομα] verbum nullum cunctae illius orationis, quod ego pronunciarem.

44, 1. συνετέλει] scil. τὸ ὀφειλόμενον τῷ ἐμῷ λόγῳ τέλος τῶν ἐπαίνων. conferebat orationi meae vectigal approbationis debitum. deinde sic dat c. F. συνετέλει. ἔπειτα ὐ γὰρ μὴ κατεῖχε καὶ σφόδρα πειρώμενος. caeteris omissis, quae in codice Morelli leguntur, & certe sunt amputanda, ut e scholio nata. quare sic locum constituam: συνετέλει. ἔπειτα (ὐ γὰρ δὴ κατεῖχε, (subaudi ἑαυτὸν, quod hic omissum esse nil mirum est, cum frequentissime omittatur) καὶ σφόδρα πειρώμενος) scil. κατέχειν ἑαυτὸν. ἥλατό μὲν — adeoque ἔπειτα cum ἥλατο cohaerebit. 4. ἐξῆν deest c. F. neque videtur id a Libanio profectum, sed δὴ. ὁπόσον δὴ. aliquantulum, nescio quantum, quantumcunque denique id erat. 5. ταῖν χεροῖν ἀνεπέτασεν] gestus ille, subjectis manibus togae laciniam attollendi & succutiendi, signum in aliis signis applausus erat. qua de re dixi ad Constantini Ceremon. 5. ut pastorum quidem illorum [h. e. impolitorum & illiberalium hominum] aliquis dicat & prae se ferat, non servans in eo gestu majestatis regiae decus, sed ex eo a violentia quadam puerilis impetus & incogitantiae excussus. 7. ὡς δ' ἂν] scil. εἴποι. 8. f. γένοιτο, ἀραρότως ἐν τοῖς προσήκεσι μένων. 10. τῦ cave cum βασιλέως copules. cohaeret enim cum ἀνίςασθαι, & βασιλέως h. l. articulo caret, non

hujus regis, sed *regis alicujus*. 12. τῷ δὲ] *huic autem*, Iuliano puta. 15. pro ἀρχῇ est in c. F. αὐτῷ. voluit editor αὐτῇ, quod non repudiem. 16. f. sic distinguendum est: ἐποίει, ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον — quapropter etiam magis, quam alii, suis orationibus efficiebat per illum, qui ipsis inerat, leporem, quicquid vellet. 20. ἀλλ' ἄττα] scil. ἐγίγνετο παρ' ἐκείνου. alia nescio quae cuique eveniebant a Iuliano. 21. παρ' ἐκείνου. 24. φύγοις. quod non facile, ut caetera, defugias. *ibid.* δεδειπνηκότες οὖν] nominativus absolutus, pro genitivo consequentiae, δεδειπνηκότων ἡμῶν. *cum una coenassemus*. 27. c. F. dat ὅ τι αὖ τοῦτο. saepe in hac vita αὖ usurpatur, nescio, auctorisne consilio, an librarii culpa, ubi poterat abesse. 32. παρὰ τοῦ θεοῦ] Apolline Delphico puta, εἰρημένοις dictis, cum ille Lycurgum hominum omnium sapientissimum appellabat. munus igitur, quo Iulianus Libanium ornabat, erat appellatio philolosophi, pro rhetoris nomine, quod adhuc gesserat. 36. πόλει κιλίκων est quidem in c. F. quoque, quia tamen scholium sapit, ideo malim expunctum. praeterea sic est interpungendum: ἐγκλήματα, Ταρσοῖς δώσειν αὐτὸν εἰπών, rogantibus Antiochenis decurionibus, sibi iram & crimina remitti, cum minatus esset Iulianus, se ad Tarsos esse transiturum, si deus reditum indulserit. 40. praestat ἔχετε, quod est in c. F. aut ἕξετε potius. praesentio futurum, ut vos in (Libanio) eo spem vestram habeatis positam, quem tum temporis ad me deprecatorem ablegabitis. 44.

κατὰ]

κατὰ] deserta inopia, omni cultu hominum denudata loca, foeda & exsecranda, h. e. ex ipsis Persidis finibus, cum jam in eos ingressus esset. *ibid.* γράμματα] significat illam epistolam, quae in Iulianeis exstat n. 27.

45, 26. τοῖς Ἀντιοχεῦσι] haec verba videntur scholium esse, ideoque delenda. 29. in c. F. est παλαιστίνης συρίας, unde effici debebat παλαιστίνη καὶ συρία. ς & καὶ simili modo exarari, vel ex impressis libris constat. unde fit, ut saepe inter se permutentur. 37. c. F. ὁπόσον. perinde est. 39. ἰδὸν] imo vero εἶδον, ut recte est in c. F. oculis quaerebam ensem, quo ipse memet prae dolore & desperatione rerum confoderem. 41. Platonis Phaedonem designat. 44. παρ' ἐκεῖνον] *ad eum*, Iulianum puta. porro cogitabam, si hoc mortis genere exstinctus ad Orcum & ad ipsum Iulianum descendissem, verendum esse, ne illi me incusarent. *penult.* ἐμέμφετο] Iulianus puta. si hoc modo defunctus vita essem, erat Iulianus, si satis eum bene novi, sine omni dubio meum facinus reprehensurus, qui non exspectassem dei de me consilia.

46, 2. τῦτο] hoc negotium, dubitatio mea, maneremne superstes, an e vita discederem, hunc habuit exitum. insidiae, quas ipsa mea desperatio & pavor meus vitae meae parabat, hunc sortiebantur exitum; sed parem alienae quoque hae. illae a constantia mentis meae, hae a benignitate fortunae. 6. nam qui superioribus comitatus [vel aulae, Constantianae puta] tempori-

poribus ad vim [faciendam] abusi fuerant. 9. recte c. F. ἀναπεισθέντες. *ibid.* aut ὡς est delendum, aut leg. ὡς ἐμὲ ἡγεῖσθαι δεινά. *inducti ad existimandum*, vel *opinandum*, *me ipsis insignes injurias intulisse, aliquibus literis exarandis, quae cum essent ad Babylonem perlatae, effecissent Iuliani erga se animum alieniorem.* 24. τοῦ δὲ c. F. nil refert. 26. οὐ τὰ αὐτὰ ποιοίην recte dat idem. quod morem meum veterem ad se ventitandi omitterem, quod rarius ad se nunc inviserem, qui olim saepius illuc ire consuevissem. 27. respondebam ab vel ex illis, quae audiveram. h. e. id quod ut responderem, dictabat mihi, veluti magister discipulo, subjiciebatque casus ille meus, & rumor ad aures meas allapsus. 31. in margine annotatum est, in libris quibusdam esse μίσους, prava haec lectio non certe est in libro Ferrariensi, in quo clare legitur μύσους & οἰκίαν. quae ambae sunt verae lectiones. *ult.* si Olympia illa in A. C. 360 incidunt, necesse est, ut Libanius A. 316. natus sit. ergo etiam ante illum annum orationem panegyricam de laudibus Valentis ediderat. (v. versu 41.) neque sola ea oratione Valentem extulit Libanius, quam A. 372. coram Valente habuit. aut hic loci desertus a memoria miscuit tempora. Universe e scriptis Libanii colligere temporum rationes certas nequeo. adeo sunt omnia inter se adversa & perturbata, ut desperem, posse e Libanio historiam illorum temporum valde illuminari.

47, 10.

47, 10. ἑκάτερον] utrumque, sed quodque seorsim, ut modo cruciatus immitteret, & velut tela sua spargeret podagra, modo a velitatione illa suas copias revocaret. 12. ἐπ' ἐκείνους] nil praecessit, quo referatur hoc ἐκείνους. possit videri ad πόδας referri, idque in ποδαγρα latere. durum, hoc, non tamen inauditum. at malim tamen ἐπ' ἐκείνην, podagram puta. 26. f. καὶ τὸν τῶν ἀπαντώντων ὄχλον, aut καὶ τὸν ἀπ' ἀγρῶν ὄχλον. ut *rus* opponat *oppidis*. 28. ἔδεισα δὲ μεγέθη λουτρῶν] haec verba desunt c. F. 34. ἠδόμην] c. F. dat ἥδομεν recte. sed eo admisso etiam τὴν τύχην & ποιούμενοι erit legendum. *vesperae Fortunam deam hac de causa canebamus, utpote in lucris numerantes, quod non cecidissemus.* canebamus, h. e. celebrabamus, & gratias ei habebamus. 36. f. ἐν ἐνῆν ἐκείνοις μ. 37. c. F. sic ordinata verba dat: ὅτι μήτε τοὺς νέους ἐφεύγομεν, μήτε τοὺς λόγους. 40. pro τε leg. est μὲν, aut versu 41. pro δὲ, leg. est τε. 43. recte c. F. παρακινδύνευσις.

48, 2. ut averterent dedecora, quae verebar, ne mihi contingerent, h. e. ne caderem media in via, necesseque haberem, a praetereuntibus attolli, & sublimis inter manus domum pro mortuo deferri. 5. primum τὸν recte abest a. c. F. 8. ὁ πάλαι φαρμάκου] helleborum. v. p. 35, *ult.* & epist. 598. 20. de adventu Valentis ad Antiochiam insignis est locus apud Malalam T. II. p. 30. qui 10. Novembr. indict. 14. id factum tradit, quo auctore incidit in A. C. 371. Conf.

 not.

hot. Chilmeadi p. 36. Sed Socrates 4, 2. Valentem ait jam ante Procopii rebellionem ad Antiochiam venisse. v. Valef. ad cap. 13. ejusdem libri. Idem auctor 4, 17. alterum Valentis ad Antiochiam adventum collocat in anno 370. & cap. 21. eum ait A. 371. Antiochiae fuisse. 24. πρότερον] scil. ὑπομείνας, qui antea ne alterius narrationem quidem de ejus processione militari poteram auditu sustinere. 34. ἑτέρων] Christianos oratores audire nil reformidant, nos paganos autem cane pejus & angue fugiunt. 37. recte c. F. καὶ τὸ τεθῆναι νόμον. 41. ἵνα] subaudi νόμον. τῶν κρατέντων] νόμων puta. legem hanc legibus obtinentibus & valentibus adscriptam esse per rescriptum senioris principis.

49, 7. f. τό γε περὶ [vel ἐς] τὰς ἐχθρὰς. scil. τῆς τύχης πηλίκον ἐςὶ! caeterum videtur Eubulum ejusque factionem designare. 15. ἐκείνης] scil. fortuna mea. 17. οἱ ἀποσχόμενοι] hi & sequentes nominativi sunt absoluti, & constructio est conturbatior. 20. πᾶν μικρὸν] scil. νομίσαντες] quod e versu superiori est tacite, ut commune repetendum. 21. ergo supplicium tum erat, cadaver alicujus condemnati tauro alligare, qui ponderis pendentis inter crura, molestia & insuetudine in furorem actus per praecipitia demens currebat, & a scopulis desiliens cervices rumpebat. quo hoc consequebantur, ut ejusmodi supplicio affectus insepultus jaceret in locis, ad quae homini nulli aditus patebat, alitibus alisque feris praeda. 30. τὸν ἀδικέντα] non sunt in c. F. haec verba. videntur utique scholium

lium dictionis τὸν ὀφείλοντα τὴν δίκην esse. quod si est, etiam verba τὸν ἀδικούμενον delenda sunt. 35. quanquam enim ultio haec erat adulteri, conjuncta tamen ea erat cum dedecore sumentis.

50, 2. non video, cur verba καὶ Ἀθηναίων uncis inclusa sint, quasi cancellanda essent, sed habet ea quoque c. F. 4. f. ταὐτὰ ἂν ὁμοίως ἐπῆλθον. eadem verba pari tamen suavitate in alio codice non lectitassem. 10. πῦρ ἀνῆψε] vel πυρὰν ἀνῆψε. magnum incendium excitavit, h. e. molestam & contentiosam atque periculosam litem mihi commovit. 18. ὅμως δ' ἰάσατο. 20. sic distinguo: μετὰ λύπης, τῷ λόγῳ μέτρου — 29. τῷ] in c. F. est τό. unde effici debebat τόν. 40. γε delendum, aut cum ἐκ mutandum, ut sit σώματα τούτων ἐκφερούσαις. videatur tautologia aut inutilis verborum copia esse, verum non est, non sine causa membrum hoc alterum posuit Libanius, quanquam videri poterat primum sufficere, insequentium gratia, ubi dicit, multorum juvenum in disciplina sua vita defunctorum corpora se partim manibus suis terrae mandasse, si qui essent cives Antiocheni, partim usque ad portam urbis comitatum esse, si quorum exuviae domum, in alias urbes, unde venissent, eo asportarentur. pen. f. ἐν σοροῖς νέους καὶ νεανίσκους εἰς τὴν οἰκείαν ἀποπέμψας. si scil. statuimus, aliquid interesse inter νέους & νεανίσκους, ut illi sint provectioris jam aetatis, hi aliquanto minoris. alias, si discrimen hoc excludimus, probandum omnino judicium Morelli, & aut νέους aut νεανίσκους est inducendum. saepe

pe quoque οἰκία & οἰκεία inter se a librariis permutantur, quae multum differunt. ἡ οἰκία est domus, ἡ οἰκεία, patria, scil. χώρα. v. dicta ad Polybium.

51, 3. ὁμιλητῶν. 13. αἱ recte abest a c. F. Habemus hic insignem locum ad cognoscendum, quibus rebus juventus academica tum temporis destinata fuerit. alii enim honoribus comitatensibus & provincialibus gerendis erudiebantur, alii functionibus curialibus: alii caussis dicendis in foro: alii eloquentiae docendae: alii Iuri Romano tradendo. 22. ἃς] l. ἃ, nam ἑτέρων ὄντων sunt neutra. 24. οἱ πλεῖστοι est in c. F. quod malim, propter sequens οἱ λόγοι. v. p. 66, 27. 28. f. πεπόληται. a πολεῖν, *versata, circumagitata est.*

52, 1. ὁ μὲν] loco horum duorum vocabulorum dat c. F. ὅμως. unde effici possit ὅλως. *plane imperitus erat graeci sermonis.* 4. sic distinguo: ἐλθὼν δὲ, *statim ut ad Antiochiam venit* Festus, δείλης εἰσάγων ὡς ἑαυτὸν, *vespere ad se admittebat Eubulum.* quod non licebat. Iudicibus enim omnibus interdictum erat, extra tribunal, horis vespertinis, domi suae, congressus privatos admittere. forte quoque εἰσάγει & συνῆν. nisi deest ἔλαθεν aut ἑωρᾶτο post δείλης. 10. ἤσθιε τὴν ἡμέραν] malim ἠσθιέτην [in duali, uno verbo] ἡμέραν. quae illi duo, Festus & Eubulus, communi in mensa, quotidie epulabantur. 11. καὶ οἶνος ἡδὺς] sunt haec verba in c. F. & nescio, cur sint uncis inclusa. num quia ἠσθιέτην praecessit, vinum

autem

autem non ἐσθίεται, sed πίνεται? in Morello quidem non mirer ejusmodi judicium. 12. καὶ φασιανοὶ] v. p. 468, 37. unde patet Festum harum lautitiarum paratorem & praebitorem fuisse. ibi enim Romani hujus hominis phasiani cum reliquo luxu notantur & ridentur, quanquam tacito nomine. 17. ἐπιγράμματα] vocabulum hoc in duo dirimendum est. ἐπὶ γράμματα, *ad rescriptum principis vocat, coram ipsis recitandum & publicandum.* 19. ἐξελῶν] id est ἐξελάσων. ut extracturus eos e recitatione mea vel invitos sub praetextu publicationis rescripti principalis. nam ἐπὶ τέλει videtur h. l. idem esse atque ἐπὶ προφάσει. 29. μοῖραν] partem coronae illam, cui propter honores, quos gerebant, aut quos exspectabant, aut propter militias, quas merebant, necesse erat, ad praefectum venire, & ab eo publicatum audire principis rescriptum, illam ergo auditorii partem, quae discesserat, sed invita, desiderabat illa pars, quae manserat, nulla necessitate abeundi constricta. 30. fortunae gratiam habeo illius odii, quo me Festus prosecutus est. sic enim nihil mihi commune fuit cum homine nefando & piaculari, qui tempore post Maximi supplicium extremum ita deproperavit, ut hominem ferro de medio tolleret graviter aegrotantem, & de vita periclitantem, quasi vereretur, ne morbus eum citius aufferret, quam ferrum posset jugulare. v. Vales. ad Ammian. p. 556. 32. δείσαντι, redit enim ad ἀνδρί. 36. τε] imo vero γε.

53, 3.

53, 3. ἀχθῆναι] hic loci eſt, non *duci ad ſupplicium*, ſed *vocatus eſſe ad cauſam capitis coram judice dicendam.* neſciebant, (quis ejus accuſator eſſet, quis reum feciſſet, quis diem dixiſſet. nullus enim actor comparebat. et tamen aderat reus ad cauſam dicendam, res ridicula. 4. ἐν σκότῳ] cauſae principium a Feſto cum Valente ſolo congreſſo erat, contextum, nemine arbitro. v. p. 52, 42. 13. πρȣ̓βέβλητο h. l. eſt: ſcuti loco me objeciſſet & praetendiſſet, ad arcendos a ſe hoſtium impetus. 15. ὕβρεις. 18. rurſus γε leg. eſt pro τε. 21. ſignificat eos, qui curribus circenſibus fores aperire ſolebant, ſeu carceres laxare. 25. ἐφ' ȣ͂ videtur varia lectio eſſe pro ἐφ' ῷ, aliis codicibus illam lectionem, aliis hanc praeferentibus. 26. μὴ τὸ αἷμα ἰδεῖν] ſubobſcura horum verborum ſententia: dubium enim eſt, velintne hoc dicere: aegre hoc conſequebar, ut mihi liceret alio avertere oculos, illo vapulante, ne viderem rivos ſanguinis ex ejus corpore manantes. an iſtud: aegre impetrabam precibus ab Aetherio, ne hominem occideret. 27. αἰτίας ἀνδρός, οἷς ἐποίει, μαινομένȣ, δεικνύντος τὴν μανίαν καὶ τοῖς — ſic leg. & interpungendum eſt. ob nudam delationem hominis, ut facinora ejus teſtabantur, furioſi, qui illis ipſis, quae in judicio fiebant, declarabat furorem. 30. τȣ͂] recte c. F. τῆς. Φιλȣμένȣ majore prima litera eſt exarandum. nam eſt nomen proprium: *Philumeni veneficium.* 33. αὐτῷ] Aetherio, ni fallor. 35. παρεκαλȣ́μην. in judicium vocatus eram.

38. f. δικαστὴν, ὃς μόνον ἀπάγειν, ϰ̀ δικάζειν ἠξίϰ.

54, 8. ἐπὶ τϰ̃το dat c. F. quod praeſtat. 17. τινος] c. F. τινα. quod probo, ſed ita, ut τι ſtatim inſequens tollatur. 18. τὸν] Fidelem. 20. ποιεῖταί τε φίλον, recte dat c. F. 21. neſcio, cur τῶν ἐδῶν (vel ἑδῶν potius) ſit uncis incluſum. abeſſe enim nequit a ſententia. ſed totus hic locus παρεκάλει ad καταγελῶντας deeſt c. F. male id quidem. ſententia haec eſt: Lupicinus adhortabatur hos fanorum, h. e. deorum contemtores & deriſores, Vranii haeredes, h. e. diſcipulos & ſocios, omiſſa illa ſua jactantia, meum exemplum ſequi. 28. aut ϰ̓χ ἁμαρτὼν leg. aut ϰ̓ πρέσβαινεν. 31. τὸν ϰ̓χ ὑπαχθέντα ἄνθρωπον] Lupicinum, qui paſſus non eſſet, ab inimicis meis ſe induci, ut me percelleret. 32. αὐτοῖς] Fideli & Feſto a principe honores conſulares contingebant: 33. παρ' ἐμϰ̃ δὲ Ἀρχέλαος non intelligo. nam profecto Archelaus a Libanio conſulares honores neque impetravit, neque potuit impetrare. ſine dubio quaedam hic deſunt, ni plura, certe αὐτῷ, vel ἐκείνῳ. *a me autem illi*, (Lupicino puta,) *Archelaus*, ſcil. conciliatus eſt amicus. forſitan Archelaus factus eſt Lupicino gener ex commendatione Libanii. veni quoque in eam ſuſpicionem, αὐτῷ leg. eſſe, ut redeat ad Lupicinum. nam ille A. 367. Conſul fuit, & ſane nunc inſpiciens Valeſium ad Ammian. p. 465. ubi hoc de Lupicino agit, non modo dat αὐτῷ (non αὐτοῖς) ſed etiam aſtericos ait eſſe poſt παρ'

ἐμϰ̃

ἐμῷ δὲ in codice msto. ut constet, locum hunc mutilum esse. Facit quoque aliquid ad h. l. illustrandum ille locus orationis ejus, qua superbiae invidiam a se amolitur (v. p. 182. fine T. VII. Bibl. Graecae Fabricii) ubi negat Archelaum senem, virum honoratum, cum ad se venire voluisset, admisisse. sed juvenem Archelaum venisse & non monitum se oppressisse domi suae. se autem id aegre tulisse. 35. ᾤηθη] scil. Lupicinus. 38. προσελέσθαι dat c. F. verum vulgata προελέσθαι, quanquam ne ipsa quidem satis placet, praestat tamen. malim equidem προέσθαι, *tribuere*, aut προσθέσθαι, *addere* superioribus honoribus. μεῖναι] scil. domi suae, neque insolentia illa honoris, ad me veniendo domi meae, mihi invidiam adspergere. sententia est: rogabam, ut senex Lupicinus domi suae maneret; satis enim mihi esse voluntatem ejus ad me veniendi, ad existimandum vere ipsum venisse. 40. post ἀφῖχθαι videtur rursus aliquid abesse. non enim videtur narrationem ita abrupte orsus esse. *ibid.* Προτόριον videtur exarandum per ο. *penult.* persuaserant ipsi, cum adhuc CPli esset, me esse praetorii forium insidiatorem & oppugnatorem importunum, & quotidianis congressibns molestias facessere praefectis praet.

55, 1. τῶν bene habet. nam in verbis τῶν ἐκ τῆς συμμορίας subauditur τινα, *aliquem e suo sodalitio.* 2. τῆς πορείας] itineris a CPli ad Antiochiam. 3. ᾔει] proficiscebatur ergo, & peragebat illud, quod modo dixi, iter. 6. cum toto

to isto itinere fuisset aeger, venit tandem Antiochiae in praetorium, ubi Praefecti residere solent, a nemine nostrorum procerum salutatus, neque ornatus solitis honoribus, quibus accipi mos est praefectos in urbem advenientes. 8. f. προσιόντων] ut tandem convaluit, & ad se congressus congratulantium admisit, & multi magno numero apud eum convenerunt, adventum ipsi in urbem, praefecturaeque aditum congratulantes, ego solus domi manebam, ab illo coetu alienus. 15. ἢ καὶ τὐναντίον] scil. φεύγειν ἀπ' αὐτῶν. 21. ἧκεν] ad Antiochiam venit, successor Protasii, homo Christianorum (nam illi sunt sic dicta nostro καθάρματα) familiaris. videtur Eustathium designare. v. p. 546. & 547, 2. 23. καταγωγὴν] praetorium. 33. δὲ est etiam in c. F., sed rectius omittitur, quod etiam Morello visum est, aut cum δῆθεν permutatur. 35. in numero hujus praefecti assessorum erat aliquis Olympius, nullo ille mecum usu amicitiae conjunctus, homo tamen tam sapiens, ut oratione demonstrans praefecto, non decere illos flagellari, supplicio intercesserit. 41. ausus cum Duce Orientis contendere, coactus est secum habitare, & se, quis esset, meminisse. nam ἠναγκάσθη leg. esse, res ipsa monstrat, & Morellus quoque videtur sensisse.

56, 1. Procopium designat. v. Vales. p. 472. 3. de Andronico v. p. 605. 606. 15. βȣλομένων] subaudi διδάσκειν. a diis volentibus, significare puta. 23. recte c. F. dividit vocem τȣτων

in

in duas, alteram τȣ encliticam, alteram τῶν. *ab uno certe aliquo eorum, qui ad tormenta ducerentur.* 32. ταύτῃ & ἥτις ἧκεν non intelligo. ταύτῃ si solum staret, acciperem pro *hac ratione.* sed quid est ἥτις ἧκεν ἐπὶ τὸν — 38. τὸν] f. τοιȣ̃τον, quia sequitur οἷοι & ἐπῆλθον, ut recte in c. F. legitur.

57, 1. δήσοντες. *in custodiam daturi.* 3. σπινθήριον in diminutivo, *scintillulam.* refertur enim hic accusativus ad ἀνεῖλεν versu 9, aut σπινθῆρα aut σπινθῆρας. 10. sic distingue: μὴ εἶναι γράμμα ἐμόν. Τῆς αὐτῆς Θεȣ̃ καὶ τὸ περγ. *Ejusdem deae* (fortunae meae puta, est hoc donum) *ut Pergamius* — post Pergamii nomen videtur σεσιωπηκέναι deesse. 12. πρὸ τῶνδε τῶν κακῶν] videtur a neutro τὰ κακὰ repetendum esse, non ab οἱ κακοὶ. dudum ante haec mala conjurationem Theodori insecuta. si tamen a masculino repetitur, erit haec sententia: qui multo majori jure me detulisset, quam Adelphius, & alii ante commemorati homines improbi. verum neminem supra commemoravit, qui eum detulisset, praeter Adelphium, qui ipse poenitentia facti ductus est; & ne hoc quidem satis plane dicit Libanius, nomen suum ab Adelphio esse delatum. sententia igitur haec est: Donum secundae meae fortunae est, quod Pergamius nomen meum celaverit, qui dudum ante haec calamitosa tempora me potuisset incusare, etiamsi injuria & falso; verumtamen ille sibi videbatur injuriam a me accepisse. imbutus igitur eo opinionis errore eo erga me animo erat, &, si vel maxime

me eo animo non fuisset, at ille tamen erat [prae caetera animi sui levitate, aut prae tormentorum acerbitate, quae ipsi admovebantur] aliquid evulgaturus, vel propalaturus, quod damnum mihi attulisset, si cujus rei mihi conscius fuisset. 15. post κἂν videtur μικρὸν deesse, aut simile quid. *aliquid, quamvis parvum.* 28. καὶ deest c. F. non male. 29. ὁ δὲ] servus auguris puta. 30. κτησάμενος] scil. ταῦτα τὰ γράμματα. *cum nactus, nescio quo casu, meus esset literas.* 35. δὴ] subaudi ὥετο. 36. ἐμπεσόντι scil. ἐμοί. In rete igitur si incidissem quoquo modo, Valentem statim magna cum vociferatione & saevitie impressionem in me facturum, & cervicibus meis insiturum esse. 43. ἀνείργειν] scil. a saevitie in servum exercenda. 44. ἃ μεγάλα] scil. ταῦτα mea in se beneficia non magni facere. *penult.* αὐτὸν] herum puta.

58, 1. ἡ δαίμων. fortuna mea. 3. εἰσελθὼν] *ingressus in judicium.* 5. πυρὰν] conjurationem in Valentem, Theodoro auctore conflatam. 9. significat illam cladem, quam Romani A. 378. a Scythis acceperunt, quo in proelio Valens ipse aut pugnans cecidit, aut in fuga cum tugurio, quo se abdiderat, combustus est. 10. ἐν μέσῳ] in propatulo, in ipsa acie, pugnans. facit ergo Libanius cum illis, qui Valentem fortiter dimicantem in ipso proelio ajunt cecidisse. Verba τῷ προθυμίᾳ μᾶλλον ἢ τέχνῃ συμβαλόντος significant eundem Valentem. 11. Ῥωμαίοις] f. Ῥωμαῖος. ὕπαρχος videtur *Vicarius* esse, prae-

fecti praetorio puta. 12. recte dat c. F. φαινόμενος. Consultum duxit imperator novus Theodosius, aut qui ante ejus adventum ad Urbem CPlin remp. ibi curabant proceres, in Orientem non Praefectum praetorio, sed Vicarium tantummodo mittere, qui, ni fallor, Romanus fuit. 14. μικρȣ̃] paene, tantum non, omnes, nemo non propemodum in hujus Romani laudes conscribebat, & recitabat orationes, quarum omnium unum hoc erat argumentum, praedicatio clementiae novi Vicarii. Cum caeteri omnes hi, quos dixi, oratores specimina sua sui studii suaeque facundiae protulissent, tum solus Andronicus poeta cunctabatur. 19. εἰς τὸ μέσον] in auditorium, in quo, coram Romano, meam orationem, laudes ejus praedicaturam, recitarem. ὁ μὲν] Vicarius ille. 20. ȣ̃ κατήγετο. in suum diversorium, praetorium puta, me jubebat venire, ibique meam orationem recitare, ubi paucos eram auditores habiturus, ob angustiam auditorii, aliisve de causis. 22. aut εἰς πολυανθρωπίαν, aut εἰς ὅμιλον [vel συνȣσίαν] πολυάνθρωπον. 29. f. πολέμȣ ἀπὸ τῆς μεγίςης πόλεως. eo quod autorem hujus orationis eripuit bello, quod debebat metuere ab urbe maxima. h. e. Antiochia. sententia: prodenda & publice recitanda hac oratione offendisset & in se concitasset Antiochiam, quae illius Vicarii gubernationem minus probavit. 33. recte dat c. F. πόλιν δὲ ȣ̓ ῥᾳδίαν ἐνεγκεῖν. urbem autem, quae laudes illas hosti suo tributas non facile latura erat, sibi reddidisset

ora-

orator inimicam, id eſt, ego mihi reddidiſſem. 38. f. ἐπεφήνει. in plusquamperfecto medii. nam ſimplex φαίνεσθαι locum hic habet, non compoſitum ἐπιφαίνεσθαι. *penult.* πάθος deeſt codici Ferrar. recte vero.

59, 3. f. ἐν μαινομένων τε ἀνθρώπων χ. 5. recte dat c. F. ὁ ἵππος ὑπὸ τοῦ ὄχλου. 8. ῥοῦς] dolor rheumaticus, cum inflatione cutis, & tenſione nervorum. 14. μὴ] imo vero μοι. *qui mihi continebat gregem miniſterio:* erat meus calfactor (ut hodie appellant) vel fiſcalis aut famulus mei ludi. qui claudebat & aperiebat fores, purgabat & diſponebat ſcamna, verrebat auditorium etc. 16. ſignificat, famulum a corpore ſuo curando, qui fricando, tergendo, lavando, miniſtrando neceſſaria, me recreabat a peractis laboribus ſcholaſticis defeſſum, & ſic efficiebat, ut novis viribus refectus ad labores conſuetos altero die accederem. 17. ſic diſtingue: λύον, μετὰ ῥώμης πάλιν — 22. memini ergo, hanc aeſtatem a me acerbam eſſe peractam. 25. alterum famulum, illius mortui ſucceſſorem, ſibi morte ereptum queritur. 30. c. F. ἤκουον. 40. βασιλεῖ recte dat c. F. *principi caros.* ſe deſignat ipſe Libanius, carumque ſe Theodoſio ait. *penult.* locum hunc non intelligo.

60, 7. τῇ ἑορτῇ] non ludis Olympicis, ſed gaudio & triumpho Libanii, ex infamia & miſeria ſui hoſtis Gerontii, qui cum ſtuduiſſet ſe de ſtatu dejicere, ipſe ſtatum tueri non potuerat, ſed neceſſe habuerat, ad inimici Libanii genua

supplex confugere. 9. ἀγαλμάτων] signorum quasi, quorum adspectu delectarer. ita discipulos bonae indolis a se formatos ad laudem ingenii atque honestatis appellat. 13. sic dividendum: ἡγᾶντό τε. 15. τοῦ θεοῦ] solis. 16. sic distingu si distinctione opus est: καὶ διείλεγμαι δὲ, ἴσως οὐ φαύλως, περὶ αὐτοῦ. 27. recte dat c. F. γινόμενος. *ibid.* si fieri potuisset, ut a principe impetraret licentiam sepulcra spoliandi, & e mortuorum spoliis ditescendi, fuisset sane tam impudens, & audax, ut eam veniam rogaret. tam est avidus & cupidus. 43. recte abest comma post ἥξων ab edit. Ferrar. *penult.* scite dictum, cujus haec est sententia: erepsit in scalam, domi suae, ut altior aliquanto servis esset, possetque illis verbera infligere, & sic eos, ordine infra se stantes, scutica cecidit, ab uno ad alterum flagellum transferens. ideo solebat. quoque *habena*, ut Horatius appellat, h. e. scutica in scalis pendere.

61, 1. at vel sic tamen, quamvis turpi exemplo impudentiae & mendacii se reum fecisset Sabinus, qui ei adulabantur parasiti, non desinebant ei palpari, naturamque adulatorum conservare; hominum probissimum, integerrimum, sanctissimum, honestissimum appellitare eum, quem ipsi norant turpissimum, impurissimum, maxime infamem esse. quo illi illudebant & imponebant. 8. parricidam unum, quod vulgo in proverbio ajunt, ab altero circumventum esse, *da ist ein Schelm über den andern gekommen.*

para-

parasiti volebant Sabinum circumvenire & pecunia emungere. sed ille callidior ipsis erat, & corvos frustra delusit hiantes. fur furem expilavit. 11. f. παρ' ὀρθῷ χειτῃ ζῆν ἐν ὀνείδεσιν ἢ μηκέτ' εἶναι. verbis transpositis. aut τοῦ μηκέτ' εἶναι τὸ ζῆν ἐν ὀνείδεσι. 13. atqui haec certe, quam nunc dicam, est ultio manifesta, neque infitianda. si tu negas, in illa superiori ignominia sat magnas mihi poenas Sabinum dedisse. *ibid.* recte abest a c. F. τις. 16. τε abest eidem. nil refert. sed αὐτὸν leg. est pro αὖ. 18. cum autem ille, qui adventum curiosi cum his mandatis comppererat, statim illorum mandatorum argumentum divulgasset, tantum fecit, (Sabinus de se) gaudium illi militi, seu curioso; ut crederet, se a Sabino mercedem molestiae in obeundo itinere susceptae magnam tulisse, haberetque miles Sabinum ea de causa in patronis. Hanc unam mihi poenam idoneam injuriarum quam plurimarum Sabinus dedit. 23. in ἕνεκεν latet nomen proprium, e. c. Eusebii, aut Eugenii, aut simile quid. 25. ut ad vilissima legumina redactus esset e splendidis olim fortunis ille meus consobrinus. 27. insimulat Sabinum caedis in uxore perpetratae, quam cum veneno ille sustulisset, voluit causam subitae mortis in veneficia Libanii detorquere. *ibid.* ἦ μία] nos sic dicimus: *Sie war in 24 Stunden gesund und todt.* 30. ἀπέκοψε] abscidit Sabinus uxori mortuae caput, atque illud protulit apud judicem, voluitque crimen amputati capitis in Libanium devolvere.

vere. quasi ille amputasset; quo uteretur ad veneficia sua, sed ipso in scelere esset oppressus. 34. post σπονδὰς videtur deesse ἂν ἰδεῖν, aut ἂν καταφυγεῖν, aut ἂν κατιέναι, vel simile quid. 38. sic distinguèndum & leg. puto: πρὸ τȣ̃ δὲ γέγονεν. rei hujus habenda est gratia fortunae meae secundae, sed major adhuc & ante eam gratiam est habenda illi altera gratia istius beneficii, quod nunc dicam. fuit enim etiam hoc beneficium prius illo. ὁ ἄνομος ἐπολέμει τῷ νόμῳ. homo ille audax, Sabinus, qui nullam sibi legem scriptam putat, oppugnabat legem pro spuriis latam. aut, si constaret, ipsum Sabinum seu vere fuisse spurium, seu per invidiam a Libanio sic appellatum esse, legerem sic: ὁ νόθος ἐπολέμει τῷ νόθῳ. homo ille, qui ipse est spurius, meum spurium vexabat, & oppugnabant, negans illi jus succedendi in bona pátris defuncti competere. 42. οἳ δ' ὡς ἕνα λάβοιεν] c. F. dat ὃν δ' ὡς ἵνα λάβοιεν. ego nil hic neque video, neque expedio. Venit aliquando in mentem sic locum constituere: φίλων μὲν ȣ̃ν ἦν ἀφθονία μοι δικαίων, οἷς ὅπως Σαβῖνον λάβοιεν ἔμελεν. caetera bene habent; modo tenendum, comma versu penultimo utrumque esse delendum, & διαφυγεῖν γραφομένȣς τὴν ὁδὸν τῆς κτήσεως ὡς ȣ̉κ ἀδικεῖ esse idem atque διαφυγεῖν γραφομένȣς, τῷ ἀρνεῖσθαι, ὅτι ἡ ὁδὸς τῆς κτήσεως, ᾗ κέχρηνται αὐτοὶ, ȣ̉κ ἀδικεῖ τὸν νόμον. mihi non deerant amici, viri aequi & juris amantes, quibus curae erat, qua ratione Sabinum, tanquam feram, legum retibus caperent. illis autem,

tem, qui huic negotio sic gesto insidiabantur, non erat, ubi dies ipsis diceretur, & causa adversus eos instrueretur, facile judicii vincula effugere ea excusatione, rationem acquisitionis bonorum eam, qua ipsi essent usi, non violare legem. τὰ ὧδε δρώμενα videntur significare Libanii & amicorum studia atque machinationes, ut Cimo in bona patris succederet. illis, quae ita gerebantur & parabantur, insidiabatur Sabinus cum suo sodalitio. sed facile ipsis fore negat Libanius effugere judicii severitatem & condemnationem hac excusatione proferenda, se in Libanii bona invadentes & eorum possessionem sibi arrogantes non violare legem.

62, 2. Curia itaque nostra cum principe in hac re usa esset bono & benigno. 4. locum hunc non intelligo. 5. consentit ὁ καθήμενος, praefectus praetorio tum judicia vel forum penes nos agens. 9. post μενόντων addenda sunt e c. F. haec verba: ταυτὶ δὲ πεπεισμένον. quae verba non parum quidem faciunt ad sententiam explendam, sed desunt tamen adhuc aliqua post ἀφεῖναί τε τὴν ψυχὴν, aut ante illa verba. fortasse totum locum sic sarcias: ταυτὶ δὲ πεπεισμένον ἀναγκαῖον ἦν θαῤῥοῦντως τε ζῆν, ἀφεῖναί τε τὴν ψυχήν. quae qui consideret certo futura, necesse erat, ut ille & laetus atque erectus viveret & moreretur. 26. significat, se a Nicomedia CPlin rediisse. 27. δὴ πολλοῦ] verba haec duo desunt c. F. & sane ad rem nil faciunt. 32. ἦν deest c. F. quod suspicionem movet in παρὰ

latere verbum aliquod; 3. perf. singularis imperfecti activi, significans *curabat. si quando artus mihi essent aegri, & doloribus excruciati, frater curabat res ad victum meum pertinentes.* 34. c. F. ἐβόησα. non male. quo admisso, πληγεὶς erit nominativus absolutus. *quum ictus esset frater — exclamavi, qualia par est fratrem exclamare in tanto fratris casu.* καὶ χερσὶν — & ille inter manus famulorum ducitur in cubiculum suum. nam συνέζευκτο, ut modo dixerat, eadem in domo cum Libanio habitabat. 37. τὸν ἕτερον] sinistrum. nam de dextro statim sequitur. 38. δὲ deest c. F. recte.

63, 8. erat ille mecum super lecto, ut traditus nocti a nocte diurna, obscure & affectate dictum. a coecitate, qua vel claro die captus tenebatur, tradebatur nocti. h. e. neque die, neque nocte poterat quicquam videre. 16. c. F. dat οἷός τινα ἰδεῖν. videtur leg. esse οἷός τ' ἦν ἰδεῖν. ut hoc ἰδεῖν ad ἀγάλματα sequens referatur. in τινα facile agnosco vestigia v. τ' ἦν. 19. f. ἐπ' αὐταῖν. *super illis ambabus*, puta manibus meis, posito capite. 20. βρέξασαν dividendum in duo vocabula βρέξας ἄν. θοιμάτιον est unum vocabulum. *madefacta lacrymis veste.*

64, 11. aut ἐπ' ἔργε τῶδε leg. aut ἐπ' ἔργῳ τῷδε. In codice Ferr. est ἐπ' ἔργῳ τῶδε. illud recte, hoc prave. 21. c. F. post ἄρχοντες addit δὲ. male id quidem, sed voluit μὲν, ut legi debet. οἱ ἄρχοντες μὲν πανταχόθεν ἐκάλων. non raro observavi in illo codice δὲ exaratum pro μὲν. 22.

l. Φε-

1. Φιλάγριος per ι in prima syllaba. v. p. 638. 27. 30. ἀποδράσιν] ne fuga pistorum latius serperet. quod si evenisset, ut plures adhuc pistores urbe excederent, quam jam excesserant, fuisset urbs a procella illa submersa. 35. οἱ δυσσεβεῖς] Christiani, praesertim monachi & clerici. 39. ἥξιον] scil. γελᾷν. 40. τὴν ἀπάτην] errorem opinionis, quo vulgum ceperant illi impii, ut crederet, nimis clementer haberi pistores. 41. πάσχει τε τι. sic distinguenda sunt verba. patitur aliquid. h. e. afficitur animo a quadam vehementiore perturbatione, ut bonum consilium, quod adhuc secutus erat, desereret, & a clementia ad saevitiem deflecteret. 44. ἠρώτα, παίων ἅμα; τῇ περὶ τίνα δαπάνῃ — (sine ἀνθρώπων) inter caedendum, vel inter ipsa verbera, quae lictor infligebat, interrogabat, *a quo sumtu, quam in rem facto, tanto pretio panem vendere coacti essent.*

65, 2. jam in septimo pistore caedendo versabatur. v. p. 56. collect. Bongiovanni. 3. τὰ εἰωθότα] consuetam viam ad scholas meas. 13. τοῖν δυοῖν) praeteriti & futuri. 25. ἂν recte deest. 26. c. F. sic mendose exhibet ἐκ ἐρυνεῖπον ἢ ἔτως ἡσυχάσαντες. sententia, quam per nebulam video, haec videtur esse: deinde hoc quoque mirum erat, cur praefecti, pistores caedentis, & populi, hoc supplicium approbantis caussam nemo dixerit eorum, qui tum silebant, antea nimis vocales fuerant. 35. χοινία διαφεύγοντος] intercessi, quo minus hic Praefectus, Philagrius, idem pateretur, quod Domitianus ille, sub Gallo

Caesare, ut a plebe furente, funibus e pedibus religatis, per semitas urbis vivus raptaretur, eoque miserrimo & deterrimo supplicio discerptus exspiraret. hoc supplicii genus τὰ χοινία appellare videtur. 36. ἐσκυθρώπαζον deest c. F. & facile fiat, ut sit scholium verbi ἐπένθυν. 43. verba ἐκεῖνος ὁ desunt codici Ferr. f. leg. πλείονι δὲ ὁ ἐκ Κύρυ. magis tamen Pelagius ille Cyrrhestanicus. penult. comma puncto muta, & rursus versu ultimo primum punctum plane dele, alterum muta commate; tum exsistet haec sententia: Memini eo tempore ad cives meos beneficium a me longe maximum esse profectum; qui enim opus habebant medicina malorum suorum, illi ad me confugiebant, & ego ipsis ea mala sanabam intercessione & auctoritate mea apud praefectos.

66, 2. αὐτοῖς deest c. F. & facile patiar, illud desiderari. si servatur, redit ad eos, qui medicina malorum opus habuisse modo dicebantur. sed τοῖς διὰ τῶν redit ad subaudiendum γιγνομένοις. 8. καὶ delendum videtur. aut deest aliquid, sive ante καὶ ἄχθεσθαι, sive post ea verba. si ante, deest λυπεῖσθαι vel simile. si post, recte utique conjecit Morellus leg. esse καὶ ἄχθεσθαι, καὶ δοκεῖν, scil. ἄχθεσθαι. & vere angi animo ob Procli mores & instituta, & hominis iis commoti speciem de se vulgo dare. 23. κατ' ἐκείνυς] id est κατὰ τὺς ἐκεῖ ὄντας ἀνθρώπυς. qui loqui vellent eo modo, quo loquerentur homines ibi viventes, h. e. Latine. 24. τὺς λόγυς] literas

ras & artes latinas. 25. τῶν λόγων] literis & artibus graecis. 26. μετ' ἐκείνων] subaudi τῶν ῥωμαϊκῶν λόγων. 27. ἐν δὲ τοῖς] scil. τοῖς ἑλληνικοῖς λόγοις. in graecis autem artibus aliud nullum inesse emolumentum adventitium, quod fortuna largiatur, praeter illam dulcedinem, quae ex ipsis percipitur. 29. μὴ] f. μέ. non tamen ideo obsecundabam adhortationibus eorum, qui me monerent, relinqui a me stationem meam oportere. 32. nescio, cur γὰρ sit uncis inclusum, quod necessarium tamen orationi est. subauditur a communi ἤξίουν. 34. τοῦτο] scil. τὸ πρᾶγμα, ὃ ἔπραττον ἐγώ, τὸ διδάσκειν τὴν ῥητορικήν. οὐκ ἀτιμότερον] scil. μητρός. atqui negotium illud, quod agebam, scil. professio literarum, non minoris a me fiebat, neque debebat a me minoris fieri, quam mater. *ibid.* δὴ] malim δὲ. quid quod in illo ipso calamitoso & luctuoso graecis literis tempore sunt tamen nihilominus a me meaque disciplina formati magni aliquot professores literarum, quaquaversum sparsi. 36. ἐξεγράφησαν recte est in c. F. 40. significat CPlin. *penult.* significat portam aliquam recens structam, qua claudebatur aliquis fornix, ubi transeundum erat Libanio, domum redeunti. forte hic erat locorum situs, ut angulum flecteret, adeoque non potuisset occursum mularum praevidere.

67, 2. f. μικρὸν γὰρ δή. in γενέσθαι subauditur ὥρα, quod latet in praemisso ὁρῶν. videbat enim equus sibi & mulabus relictum esse parvum

vum spatium vacuum inter suum caput, & illarum capita intermedium relictum. h. e. perparvo se spatio a mulabus abesse. 6. κατενεχθέντα. nihil ergo erat reliquum, si equus in dorsum supinus recidisset, quam ut me ruina sua supinum, sub suis lumbis jacentem, opprimeret, & ut reliquum quidem corpus meum sic jaceret, ut cecidisset, non magna, quae quidem in oculos incurreret, facta membrorum mutatione, caput autem meum, extra equi corpus prolapsum, rumperetur, & effunderet cerebrum, utpote illisum in saxa spatium illud strati occupantia, quod est medium inter ambos postes saxeos illius fornicis, unde aditus est ad illum fornicem, & ubi nova illa porta erat. 15. homines quidem mihi in praeceps vitae discrimen conjecto succurrentes, pone equum stantes, multitudine manuum tenebant crura equi posteriora, ne reclinari & supina labi possent. equus autem cruribus anterioribus, contra naturam suam sublatis, stans sublimis & arduus, tamen immobilis stabat, neque demittens sese, neque supinus in tergum se dejiciens. τρέμων potest locum tueri, contremiscens toto corpore, tamen immobilis stabat. malim tamen ἡσύχαζεν ἀτρεμῶν, quiescebat nil sese movens. 24. ἐκφορά in nominativo. scil. ἐγίγνετο, sequitur enim ἐνεγκοῦσα. 28. τοῦ οἴκου cave ad χρείαις referas, pertinet enim ad χρηστότητα. conferuntur inter se mortui probitas, & domus, unde ille, humanitas erga omnes necessitate pressos. 29. οὐδὲ uno vocabulo. 34.

ἔδειτο.

ἐδεῖτο: rogabat. 39. Consulatum gessit Richomer A. 384. 40. ἐκάλει] scil. ad C. Plin. v. ad hunc locum Vales. ad Ammian. Marcell. p. 78 d penult. εἰ μέν τι τρέπει.

68, 5. τὸν ἄνδρα] Theodosium Aug. 27. τὸν] redit enim ad χρόνον. 32. sic lego & distinguo: θεῶν δὲ, οἴμοι, βοηθούντων (ὑπ' ἐκείνων γὰρ δεῖ μὲν οὐδὲν) οὐκ παρρησίᾳ. 34. ea, quae Proclus instituebat & agebat, reprehendentes, iisque veluti marum injicientes. 36. οὐδ' ὁντινοῦν] ne tantillum quidem otii nostri Proclo dedimus, h. e. nunquam eum convenimus. 43. quanquam mihi Proclus saepe per legatos suam pacem & gratiam offerebat. ult. αὐτοῖς] Proclo & legatis, quos ille ad me allegabat.

69, 15. adeo ut possem vel cum acerbitate quoque nonnunquam, haud secus atque Theodorus ipse facturus fuisset, si supervixisset, eum increpare vel objurgare. 20. v. ad h. l. orationem in illarum numero, quas Bongiovanni edidit, quartam. 22. καὶ κακῶς δ' ἂν ποιήσειε τὸ πεινῆν] haec verba non intelligo. videtur aliquid deesse. num πυρὸς δ' ἐλπίδες, καὶ κακῶς δ' αὐτῆς ἐκπορίζομένης, οὐδεὶς δ' εἰδὼς ὅπως ἂν παύσειε τὸ πεινῆν. supererat spes adhuc obtinendi tritici, & vel illius quoque aegre: nemo norat, quomodo fames esset finienda vel perimenda. 26. φιλονεικίαν] contentionem, pervicaciam Icarii, jubentis, ut panes minoris venirent, pistoribus negantibus posse id facere, quippe qui frumentum majoris emissent. 39. τὰ μὲν γὰρ] subaudi a communi

muni ἐκρίνετο. 42. βυλῆς κακῆς] cum Icarius malo ductus consilio (seu suo seu alieno) pistoribus praeposuisset aedilem improbum, Callippum, ut e p. 466. fine & 467. tota cognoscitur.

70, 4. βοηθεῖν δ' ὐκ εἶχον] haec verba non sunt in c. F. *ibid.* ὁ δὲ] Icarius puta. vel potius ille aedilis improbus, non nominatus, ad quem etiam referendum est versu 9. ὁ μὲν & αὐτὸς versu 10. 24. recte c. F. κελεύοντες. redit enim ad παῖδες. 25. ταπεινὸν] scil. πλῆθος. sed una cum eo demissos quoque & dejectos habebant animos ejus sodales, quotquot antea — 27. intelligens tandem ab ipso rerum eventu, se consilia exitiosa secutum esse, poenas ipse a se repetebat, coma e capite evellenda. 30. ὑπάρχυ] nescio quem designet. Cynegium ne? 33. ἐκτεθεικόσιν ἐκεῖνα τὰ γράμματα, ἃ ὅτε μὲν ἦν ὐκ ἔλεγεν, ὅσα δ' ἔλεγε, πάντα ἐσυκοφάντει. 37. ϛρατηγῷ] quis ille? 43. quae literae quamquam subito sine meditatione effusae, tamen praestabant elegantia & nitore dictionis commentationibus meis multa ingenii contentione elimatis, & tam planae atque lectu faciles erant, ut sine ulla oculi offensione legerentur.

71, 1. παιδευομένων] scil. παρ' ἐμοὶ vel ὑπ' ἐμῦ. 16. ἔνι] ergo partem hanc tenente adhuc fame circa A. 386. scripsit. vitam hanc non uno tenore exaravit, sed per particulas, ut jam supra annotavi. 19. τῶν ἑτέρων] concedit illis alteris literis, latinis puta. 20. ne lex feratur, qua

veto-

vetetur omne graecarum literarum exercitium. 23. τὸ bene habet, neque includi uncis debebat. leg. enim est καὶ τὸ τῶν τὴν 'Ιταλὴν [scil. γλῶσσαν] vel τὴν 'Ιταλίαν ἐπισαμένων γενέσθαι τὸ δύνασθαι. & hoc, quod potestas ad eos omnis conferretur, qui Italicam linguam callerent, aut qui Italiam nossent. ἐπισαμένων etiam recte est in c. F. 25. τούσδε τοὺς λόγους] graecas puta. & hic & versu proximo 26. punctum est tollendum. 27. τοῦ τὸ κράτος. diis, qui has literas repererunt, & humano generi impertiverunt, curae erit, ut eaedem vincant, & vim, qua olim pollebant, rursus recuperent.

72,6. f. αἳ οὐκ ἐκέκλειντο, καὶ δὴ ἦν τἄνδον ἰδεῖν, ἐπειδὴ — ad majus ostium accedens, quod patebat, quapropter etiam introspicere licebat, cum neminem videret, abiit cum saxo, unde venerat. miraculum scilicet in eo est, quod Libanium non vidisset in medio assidentem, cum tamen in atrium ipse ille furiosus inspexisset, ostio patente. clausae fores si fuissent, non adeo mirandum erat, eum abire. minus ostium commemorat epist. 963,7. 12. δι' οὗς ἅπας λίθος μάταιος] haec verba recte desunt c. F. perperam e p. 71, 43. iterata. 17. φρονῆσαι potest defendi. operam dedi, aut animum adjeci, ut homo saperet, vel resipisceret. φρονίσαι nihili est, quod Morellus commendat. non est verbum graecum φρονίζειν. nulla esset offensio hic futura, si Libanio placuisset, ἔμφρονα ποιῆσαι scribere.

73,18.

73, 18. ἃ delendum. 25. f. ἥτις κοινή. Valesius ad Ammian. Marcell. de Calendis Ianuariis accipit. possit quoque de Votis, seu die Votorum accipi, qui in diem Ianuarii tertium incidebat. pen. μοι καὶ καταβαλεῖν] videtur hic aliquid deesse.

74. 4. φάναι τινάς] scil. ἰδόντες. a communi. 7. φαρμακάς δὴ καὶ μαγγανεύματα. 25. f. σφισι κατὰ τῶν τοιέτων. de re v. orat. 24. [26.] p. 568. 27. his medicis & reliquis amicis videbatur eadem de caussa, unde natae illae modo dictae molestiae essent, etiam hoc exstitisse, quod eodem anno bis artus doloribus cruciarentur, semel hyeme, & iterum aestate. quod antea nunquam mihi evenisset; id quod locum dedit, ut, qui ad me aegrotantem officii & benevolentiae ergo inviserent, vererentur quotidie, ne proximo die post exspirarem. 33. videtur haec sententia esse: crebros esse ad Antiochiam missitatos a vicinis civitatibus legatos, qui percunctarentur, viveretne adhuc Libanius, an fato jam esset suo defunctus. 36. instigabant me, seque subscriptores profitebantur, ut veneficii in me comparati aliquos reos agerem, quos opinio vel suspicio esset, vel fama ferret, hominum fascinandorum artifices esse. 37. αὐτός τι. 41. quamquam chamaeleo [quod animal solebat olim incantationibus servire] repertus, nescio unde est, in illa porticu, qua scholas habere meas solebam. *ibid.* sic videtur locus esse constituendus: πολὺς μὲν τέτῳ τῷ χαμαιλέοντι χρόνος,

καὶ

καὶ μηνῶν ὁ νεκρὸς οὐκ ὀλίγων. ποδῶν δὲ ἐν μέσῳ τῶν ὀπίσω κειμένην ἑωρῶμεν τὴν κεφαλήν. τῶν δὲ ἑτέρων [ſubaudi ποδῶν] ὁ μὲν ἦν οὐδαμοῦ, τὸ ϛόμα δὲ ἅτερος εἰς σιωπὴν ἔκλειεν. vetuſtus ille jam erat chamaeleo; cadaver menſium non ſane paucorum. media inter crura poſtica videbamus jacere caput. crurum anticorum alterum nullum usquam erat, alterum os conſtrictum tenebat.

75, 2. recte abeſt τοῖς a c. F. 5. verebar tamen, ne in iis, qui ad ſcholas meas ventitarent, eſſent aliqui hujus maleficii ſibi conſcii. (vel, ne in auditoribus meis haberem aliquos, a quibus haec mala fraus in me profecta eſſet.) quos jam nunc ſperabam a frequentatione mearum ſcholarum remiſſuros eſſe, eoque futurum, ut libere poſſem, ut olim, diſſerere. 10. videtur Tiſamenum ſignificare. v. p. 442. ſqq. 11. ſine dubio leg. eſt μιμούμενος. 14. aut pro τα leg. eſt δὲ, aut pro μὲν leg. με vel ἡμᾶς. 17. aut ἔχειν deeſt, aut leg. ἐπιμελὴς & ἀμελής. 18. f. ἦρχε τὸ ἔτος, διαμένων — ille autem ne noſſe quidem me voluit, & in gratia non ita magna eaque juſta precibus meis danda ſpem meam fefellit. unde perſpexi eum, atque, quam futilis & fallax eſſet, deprehendi. nam ſtultitiam ejus agnovi, quae rebus in vanis ſedula, in neceſſariis ſupina eſſet. ſic annum ſuum peregit in poteſtate, noſtrarum literarum relictus exſors. 21. ſignificat, eum a Praef. Praet. miſſum eſſe ad Euphratem ad coëmtionem frumenti ibi curandam,

dam, v. p. 443, 29. ubi, tametsi provinciales inauditis modis depeculationum exinaniret, satiare tamen inexplebilem sitim cupiditatis non potuisset. 24. Praefectus hic, sub quo seditio Antiochena contigit, de quo dicere incipit a verbis πρὸς τέρματα (usu 21.) fuisse videtur Florentius ille, contra quem est oratio 16. v. p. 421. aut certe Florentius fuit ille alter, successor hujus, de quo p. 76. 5. nam Florentius certe fuit Christianus & circa A. C. 387. cum imperio Antiochiae. 25. τὰ δεινότατα] subaudi ἐγίγνετο vel συνέβη. deinde malim τὰ πολέμῳ. quo remp. gubernante evenerunt illa ultra omnem modum dira & infanda, quae tumultu quodam & furore furiarum commota videntur esse. significat illam atrocem Antiochiae seditionem A. 387. qua dejectae sunt Theodosii & liberorum statuae & alia multa per insaniam & audaciam perpetrata. 37. f. λόγοις τε γὰρ ἡμερώσας. nam, ut oratione lacrymisque placaveram eos, qui ab Imperatore e comitatu huc ad causam nostram cognoscendam missi erant; tum ipsis persuasi, ut literis ad Imperatorem datis perscribere totam causam, quam ipsi decernere & punire pro arbitrio suo mallent. 42. τὺς πολλὺς λόγυς] designat orationes 14, 15, 22, & 23. 44. f. μορφὴν δ' ἄλλην ἄλλως ἔχοντας *ult.* post πρότερον deest aliquid. colligitur tamen e laceris verbis, hoc velle illum dicere, se ab hoc tempore auditorio coepisse alio uti, quam superioribus annis esset usus, minore & angustiore, quam

illud

illud vetustius fuisset, quo congressi essent magistratus & peregrini ex omnibus populis.

76, 2. ἐν μὲν τῷ] illud prius auditorium, quod erat in Senaculo, necessitatem servitutis mihi afferebat. spatiosum enim illud erat, eoque multi coibant, inimici una cum amicis, ut ibi non possem libere loqui, sed reprimenda metu lingua saepe esset. 3. τὸ δὲ] novum auditorium. *ibid.* καὶ τὸ μὲν] hic invertit ordinem, & jam per τὸ μὲν designat novum auditorium, per τὸ δὲ autem vetus. 4. καὶ omittit c. F. sed probo & servatum volo. 8. οἷα est in c. F. non οἷαι. nescio, unde Morellus sumserit illas suas varias lectiones; quarum tametsi magnam partem ei codex Ferrar. suppeditavit, non tamen omnes. vulgata h. l. bene habet. 9. ὅ] codex Ferrar. dat ᾧ, unde efficio ὤν. *cum esset illo, decessore suo, adhuc stultior.* 10. ideo quod eum rogaveram, ut nollet Daphnen corrumpere. 15. volebat artem meam quaestumque meum exscindere, quod conatus est perficere primum imperando linguae Romanae studio; deinde, cum videret, graecae linguae usum omnem interimi non posse, permisit quidem ejus exercitationem in scholis, verumtamen in stadium produxit adversarium mihi, qui mecum contenderet cursu. hunc tametsi plane debilem & exossem hominem jubebat tamen cursu mecum contendere, & in stadium contra me demittebat. de hac significatione verbi ἀποδύειν accingi, & accingere alium ad certamen quodcun-

ϰ̓ja affectata aenigmatica oratione designarit. Genus hoc & judicium ad puerilitatem & vanitatem corruptum, & animum insidiosum, tectum, tortuosum prodit, qui omnibus diffidat, & cui nemo fidere possit. 6. c. F. ἐκπολεμῶσθαι. forte voluit ἐκπολεμῶσαι. illud ubique multa contentione agebat, ut praefectum mihi inimicum redderet. 12. ipse ille meus accusator, mihi clam significabat, se in eo esse, inductum ab illo, ut me accusaret. 14. in codice Ferrar. quo utor, adscripsit ad ἔρωτι aliquis c. Ro. (quod interpretor codex Romanus) ἔῤῥωτο, recte vero. ea lectio vera est. sed Morellus eam sibi, pro suo invento arrogavit. nam in margine suae editionis ἴσως ἔῤῥωτο adscripsit, quasi ea sua esset conjectura. sed Morellus codice Libanii Romano usus est. *ibid.* ὁ μὲν] ille senex prodigus, lurco, ad praetextum contributionum confugit. h. e. caussam mihi intentabat immunitatis injuria perceptae. 15. ὁ δὲ αὐτὸν] ille autem, consularis, hunc accusatorem meum cogebat de crimine laesae majestatis me accusare. 17. f. τῦτον εἶναι ἐμοὶ πολέμιον ἐθέλων, volens, ut hic, Imperator, mihi inimicus esset, non ille, senex. 19. γράμματα ᾔει] scil. ab Antiochia ad CPlin & comitatum. 20. Praefectum Urbi videtur designare. 28. δεῖναι] scil. τὸν αὐτοκράτορα. quod Imperator non permiserit, causam ejusmodi ad cognitionem vocari; quippe quae vel ante ipsum causae in forum ingressum esset decisa & judicata, propter judicis stultitiam, ejusmodi

causas ad cognitionem trahentis, quae risu diffla-ri magis dignae sint. 34. τῆς deest c. F. non male. 40. qui istum excepit consularis Syriae; ab eo se ait Libanius magno habitum in honore esse. 44. tolle punctum. τῆς ἀρχῆς ἀνδρὸς δεχομένης μοι τὰς λόγους idem est atque ἀνδρὸς ἄρχοντας δεχομένου παρ' ἐμοῦ τὰς λόγους.

79, 6. suspensa erant eorum tela e paxillis, h. e. quiescebant, non depromebantur, non explodebantur in me. 18. τῶν recte abest a c. F. 24. adeo ut brevi tempore spargeret ille de me atque in homines disseminaret eam famam, ut dicerer ipse domi meae comminisci rumores, eosque in vulgus didere, ac si ab aliis eos audissem, quos tamen nullos audissem. interim notabo in c. F. esse non πλάττοντα, sed πλάτων. 26. αἰτοῦμεν] more historico praesens hic usurpatur pro imperfecto ᾐτοῦμεν. 29. ἤγχετο] ille Consularis a creditoribus & aliis, quos laeserat, convitio ad solvenda nomina & ad poenas reddendas deposcebatur, nulla quiete, nulla ad respirandum mora data. εἵλκετο] primum in custodiam, deinde ad urbem regiam, sub custodia militum appositorum. dormire non poterat, cum ob molestias itineris, diu noctuque continuandi, tum ob animi aegritudinem & metum instantis judicii. non licebat ei in mansionibus, ubi combinae regiae erant, requiescere, sed in diversorio publico necesse habebat in via jacere, & aere suo victitare, tanquam privatus & reus, non tanquam vir honoratus & comitatui

adscriptus. πρίασθαι τὸν πανδοχέα, cauponem redimere, videtur esse, a caupone itineri & vitae necessaria, ut victum & divertendi veniam aere suo redimere. 31. illi ipsi milites, quibus olim usus erat, ad orationes meas insidiis excipiendas, & fraude maligna irretiendas, ipsum nunc ceperant, & in vinculis rapiebant ad urbem regiam, tanquam feram. 34. πρακτόρων] accusatorum, qui nomine creditorum, aliorumve, quos peculatu, aliisve modis violentis laeserat, jus ab eo reposcebant.

80, 2. γενοίμην] hoc non ad Libanium referendum est, sed sunt ipsa verba illius Consularis; e cujus ore ea Libanius hic imitatione illa refert, quae prosopopoeia dicitur. *ut sim* (haec erat scilicet illius oratio) ut sim magister judicibus & auctor exempli, quomodo se gerere debeant erga professores eloquentiae. 5. f. συνῆν τε [scil. ἐμοὶ] *mecum erat diei longe plurimum.* 6. ἀνήλισκε] subaudi συνὼν ἐμοὶ, antequam, puta, honorem illum adipiscebatur, quo facilius eum per me adipisceretur, si eum ut hominem literis deditum & literatorum amantem principi & magnatibus commendarem. 8. ille ergo, qui eum honorem, sub ista sponsione & lege atque spe adeptus erat, longe erat alius, cum illum honorem adiisset, & jam teneret, quam fuerat, antequam eum adipisceretur. 18. videtur balneatorem publicum significare. 20. f. κνήσας. cum perfricuisset oculos. 24. huic rei studebat, ut talenta auri coacervaret. 27. malim

βαλό-

βαλέμεθα. 33. f. παλάμη, manus, seu ars, auxilium deorum. 34. ἀπερρίμμην. per duplex μ. 36. tolle comma, & circumflexum a πως, est h. l. encliticum. cum dii removissent, quoquomodo, tenebras ab ea munerum captatione. 41. ἦλθεν.

81, 3. demissis superciliis illis, h. e. posito illo pristino fastu, quo antea se solebat efferre, & territare alios. demissa voce, vultuque. 4. recte factum, quod in urbe ea, Tyro, revomere partem rapinarum coactus est, quia illam urbem, unaque Mercurium gravissima laeserat injuria, rhetore infante & barbaro illi urbi imponendo & obtrudendo, cujus rei poenas & Tyro & Mercurio meritas dedit. 12. f. χρόνῳ φίλος γονεῦσιν ἀκολουθῶν. videbatur quidem solummodo amicus mihi esse, sed filii revera similis erat: nam, ut parenti, mihi obsequebatur. nam ipse quoque gregis mei quondam fuerat. hoc ipsum quoque ad exempla illa superiora discipulorum Libanii respicit, aliorum erga magistrum gratorum, aliorum ingratorum. v. p. 77, 16. & 80, 17. 14. verba μὲν γὰρ desunt c. F. non male. videtur locus sic restituendus: ἁμαρτὼν δὲ, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, τιμῇ γράφει κληρονόμον. errore quodam lapsus in genere honoris mihi habendi, haeredem me scribit. 16. τε] malim δὲ, me quidem haeredem scribit, in ipsis autem tabulis multa multis legat, a me ipsis solvenda. ἔνδον in ipsis tabulis, aut in secundis & tertiis ceris. 17. quid? quod nonnullis quoque sibi infensis, &

συνήχθησαν, aut εἰσήχθησαν. 22. in codice Ferrar. sic exstat: ὄκαι ... ἴκαι. lacunam aliquis expleverat his literis: των τιποτινη, quae quomodo sint restituenda quis dixerit sine bono codice? me quidem piget, in his tam obscuris ingenium fatigare, quanquam sententia nonnulla subjicit, quae non aliena videantur. 28. f. τὸ ἀπ' ἐκείνης. 30. f. θεῶν δὲ δωρεαὶ, λόγων ἔμενον ἐν τῷ στόματι τύποι, ὁποῖοι πρότερον. formae literarum [h. e. varias artes liberales,] quas olim tradideram ex munere & beneficio deorum, manebant in ore meo tales, quales antea fuerant. τύποι λόγων sunt γένη λόγων. 34. publico in auditorio recitationes instituere non licebat. 35. πρὸς τὰς ἐν τῷ μανθάνειν] subaudi στρεφομένους δεῖ γίγνεσθαι, vel εἰώθειν διαπράττεσθαι. 40. f. οἱ θεοὶ, οἱ τῶν ἀστέρων.

83, 2. recte c. F. οὐδ' ὅ τι οὐ πωλοῦνται. multum interest ad sententiam inter οὐδ' ὁτιοῦν, *nihil quicquam*, & οὐδ' ὅ τι οὐ, *nihil non*. plane haec inter se repugnant. illud negat, hoc affirmat. jam supra Morellus erroris hoc genere seque suumque auctorem implicuerat. 6. c. F. ποιητὸν. nihil hic video. 7. το] f. μὲν. 9. τελευτᾷ non est in c. F. sed ejus loco est lacuna. 13. καὶ deest c. F. totus hic locus tenebris Cimmeriis mihi est obscurior. hoc unum video, ᾔδετο leg. esse *canebatur*. cum spiritu leni. verum id quidem ad rem totam parum facit. 20. aut τοῦ λόγου leg. aut ὄκνος ἔχει δημεύειν [vel προφέρεσθαι] τὸν λόγον. 27. Κύπρῳ] malim Κύρῳ, urbi

Cyro,

Cyro, quod est caput Syriae Cyrrhestanicae. videtur Cimon a CPli secum retulisse codicillos, quibus Irenarcha in oppido Cyro constitueretur. sed hos codicillos ille, de quo hic locus queritur, Consularis Antiochenus ei eripuit. *ibid.* ἐλθὼν ἂν ποτε καὶ αὐτός. 29. ὅθεν ἔφυ recte dat c. F. *unde exstitisset.* per *v.* a φῦναι. 32. si nihil neque deest, neque corruptum est, erit τῇ δίκῃ simplex idem, atque τῇ δίκῃ προσνεμητέον. hoc autem tribuendum & imputandum est justitiae, vel justa satisfactio vel compensatio, quae tanto major est, quod injuriam passus jus suum voluntate & beneficio deorum obtinet. Hic loci injuriam passus est Libanius cum Cimone suo. huic satisfecit ipsa Ceres, puniens ingratum & injurium praesidem, injuriae illius auctorem, cum ejus factione, immittenda gravi fame. illustrat hunc locum Libanius exemplo duplici e temporibus heroicis. injuria Theseo facta cedebat in perniciem Minotauri. & injuria Chrysae facta pestem toti paene exercitui graeco ad Trojam afferebat. 34. ἴστε ἴσως. *nostis sine dubio, o amici.* nam haec est oratio ficta illius, nescio cujus, Libanium solantis & ejus amicos, casum Cimonis lugentes, cui codicilli honoris erepti erant, ut illum honorem capessere nequiret. *penult.* ἱερεὺς θεῶν. ecce hic alter deorum sacecerdos, Libanius, hoc a diis fert honoris, ut ipsi dii immittenda iis, qui eum laeserant, fame ingente, monstrent, eum sibi curae esse, seque illius vindices esse velle.

84, 1.

αἰσχυνοίμην nil me pudeat. antepen. τῇ τῆ τετελευτηκότος ἀρετῇ. virtus magiſtri excellentior laeditur quodammodo, ſi ſucceſſor ejus, deceſſori docendi laudibus impar, pari tamen mercede mactatur. Ius itaque ſuum obtinet, & poenas repetit virtus praeſtantioris magiſtri a magiſtro deteriore debitas, ſi huic ſtipendia minuantur.

92, 22. τῳ encliticum h. l. eſt, ideoque ſine circumflexo exarandum. *magna quadam parte.* 28. ſi bene habet locus, ſententia eſt: *ſi id ſtatuiſſetis, jejune certe & abjecte honoraſſetis ſapientiam.* videtur tamen potius leg. eſſe οὐχ οὕτως ἂν μικρῶς.

93, 17. f. ποῦ δὲ τὸ παρὰ τῶν μαθητῶν? ſcil. τίθης. *ubinam vero tu id a diſcipulis?* ſcil. collatum mercedis ponis. tu mercedem, quam diſcipuli magiſtris conferunt, nullo in loco habes? vel brevius & fortaſſe rectius pro ποῦ ſolummodo leg. eſt τὸ, ut ſit τὸ δὲ παρὰ τῶν μαθητῶν. ſcil. διδόμενον τοῖς διδασκάλοις ἐν μισθῷ μέρει, ἐν οὐδενὶ λόγῳ σὺ ἔχεις? tu mercedem, quam diſcipuli magiſtris conferunt, nullo in loco habes? 21. f. πιστήν. *credibilem. ibid.* τῶν] l. τοῦ. 25. f. τὸ μὲν οὖν ὁμοίως καὶ νῦν δοξάζειν δίκαιον ἦν, εἰ εἶχεν ὡσεὶ τὸ πρᾶγμα οὕτως.

94, 3. τὸ τῶν Μεγαρέων πεπονθέναι] ut ipſis urbe foroque interdicatur, ut olim Megarenſes Athenis excluſi ſunt edicto. v. p. 217, 7. 16. ὡς ὄντος καλοῦ. 40. τῆς οὖν περὶ — 42. ἐκλείπων.

95, 26.

95, 26. μαντευόμενε] est Tullianum *suspicante.* aequum censeo, illis, qui quasi eminus, incerta quadam ducti conjectura, de conditione rhetorum, a quorum consortio alieni sunt, suspicantur & opinantur, nescio quae lauta & splendida, majorem fidem non adhiberi, quam mihi, qui cum rhetoribus quotidie conversor & convictito.

96, 31. ἐχ ἔτω] scil. *ut ego suadeo.* 33. συγκειμένοις] potest esse, *studio & commentatione elaboratis*, sed &, *ex condicto commissis recitationibus*, ad quas audiendas invitati sunt, & ex condicto convenere auditores. utrumque huic loco convenit. 38. νυνὶ] non obscurum hoc est indicium, hanc orationem non multo post Libanii in, patriam reditum esse habitam, & paulo post Zenobii, decessoris, obitum. *nunc*, ait, habetis tandem, o cives, professorem eloquentiae civem vestrum. Zenobius enim erat Elusa, oppido Syriae Cyrrhestanicae, oriundus.

97, 16. τε δὲ ἐπιθυμῶν. 23. aut δέξεσθε leg. aut πῶς δὲ ὑμεῖς πρὸς ταῦτα ἕξετε. 35. ὠνέμενος.

98, 13. ἐγγύθεν] a Daphne, quae erat Apollini consecrata, ut etiam tota Antiochia. v. Iustin. Hist. 15, 4. 28. τε παντὸς si bene habet, subauditur διδασκαλεῖε vel tale quid. poterant ludi cujusque literarii, si voluissent, moderatores esse. nam eloquentia quidem satis pollent. 44. εἴποι τις ἄν, ἢ ὅτι.

99, 12. f. καὶ πολέμιον [vel ἐναντίον] δείξας αὐτόν. 29. ergo paulo ante Olympia habita est suasio. sed quaenam illa Olympia? nihil est in illis nominibus decurionum, quod ad certam temporis notam reperiendam valeat.

AD ORAT. DE LAVDIBVS CONSTANTII.

Habita est post caedem Constantini junioris (v. p. 114.) superstite adhuc Constante, Nicomediae. p. 120, 43. & 125, 1. item epist. 150, 28. p. 127, 13. commemorat seditionem CPtanam, per quam illinc auffugere necesse habuerat.

101, 5. f. οὐδὲ πολλοστὸν φήσομεν λόγον, ὧν πρῶτον. si eorum, quorum ratio primo loco haberi debebat, ne post nescio quot alios quidem habebimus, h. e. vix sero tandem aliquando eorum meminisse incipiemus, quos omnium primos commemorari oportebat. 24. praestat lectio marginis ἀρθῆναι. 34. f. ὅτι aut ὅπως. 36. τοῦ γιγνομένου] ejus, quod decet atque necesse est fieri. 39. προβαλόντι] videtur ille Pr. Pr. Or. aut Praef. Urbi fuisse. materiam laudis ei daremus, qui nobis hoc negotium in mandatis dederat. φιλοτιμηθῆναι an ἐμφιλοτιμηθῆναι, nil refert. ubi se jactaret ad Imperatorem & reliquos proceres, his verbis: esse suis in amicis, aut in provincialibus, Libanium, qui unus omnium optime posset Imperatorem laudare,

dare, quod ſcripta ab eo teſtari poſſit oratio.

102, 9. f. καὶ τὸ ἐν μέρει. 11. μικρὸν δὲ ὕστερον] alio quodam tempore paulo poſt, non hac ipſa in oratione. 31. μηδὲ. ult. neſcio, cur ἐςὶ ſit uncis incluſum; putaveritne Morellus, cum id in codd. mſtis inveniret, expungendum eſſe, an ipſe de ſuo admenſus ſit. eſt quidem neceſſe, mallem tamen ἀνάγκη ἐςὶ legi.

103, 4. locum hunc non expedio. & quae in texto eſt lectio, & quae in margine, pariter eſt corrupta. 13. ὅτι redundat more conſueto Graecorum, cum aliena verba recitant. Verba Platonis ſunt. Ἀγαθοὶ δὲ ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. ubi δὲ illud non eſt ſupervacaneum. ergo neque hic, ſed utrumque ſervandum eſt, tam ὅτι, quam δὲ.

104, 30. τοῖς πέλας delendum videtur, niſi forte in eo latet ταῖς ἀπειλαῖς, quod indicio ſit, deeſſe hanc ſententiam: ἃ πρότερον ἐκέκλειςο ταῖς ἀπειλαῖς. omnibus ultro dantibus ea, quae antea minis clauſa erant, h. e. quae vi & minis coacti negabant daturos, & recuſabant.

105, 26. τις videtur delendum eſſe.

106, 2. καθ' ὧν. contra quos. 10. χεῖρον lectio marginis vera eſt. ἐνδίδωσι eſt imperſonale. & ſubauditur ἑαυτὸ ἡμῖν τὸ πρᾶγμα. 13. f. εὐςάθειαν. nam ἠδυπάθειαν novi, nullam εὐπάθειαν. & vocabulum hoc etiam hic loci a ſententia alienius eſt. ſed ne ipſum quidem εὐςάθειαν ſatis reſpondet oppoſito τὰ δυσχερῆ. non enim inter ſe

 dis-

disjuncta haec sunt, sed potius ἡ εὐκολεία & τὰ δυςχερῆ. 15. ἐν certe delendum est, etiamsi ἐκείνῃ serves, verumtamen praefero ἐκείνῃ lectionem marginis. *omnem ejus locum*, h. e. totum orbem imperii Romani sibi parentem. Confirmat hanc lectionem versus 20. ubi de collega imperii Licinio commemoratur, & ditione ejus.

107, 29. potest utraque lectio defendi, & quae in texto est, & quae in margine. praeferam tamen marginalem.

108, 27. malim μή τοι νομίσῃ.

109, 9. διπλῆ & ἰδέα in nominativo. 24 λαβὼν ὁ τοιοῦτος σωμύλος. 30. f. κατ' ἀμφοτέραν τὴν τέχνην. 41. videtur in aliquibus libris fuisse τῆς εἰς τοῦτο τὸ μάθημα ἀσκήσεως.

111, 23. sic distingue: τελεῖν ἀφεὶς, οὕτω παιδεύειν ἐπεχείρει. 33. ἑτέρωσε. *ult.* τὰ γιγνόμενα idem est atque καθόσον προσῆκε. quantum satis esset, pro cujusque aetate & facultatibus, & pro patris consilio.

113, 25. τὸν δὲ.

114, 43. νικήσας] imo vero κινήσας.

115, 1. τὸ μὲν γὰρ τὴν οὐ προσήκουσαν. 35. καὶ τὴν ἑτέρων.

116, 17. καθ' ἕκαστα. 37. possit ὁ λόγος supervacaneum & delendum videri, quia jam praecessit.

117, 10. ὡς] l. ὃς. 37. aut ἐπῆρε τοσοῦτον, aut ἐπῆρεν εἰς τὸ τοσοῦτον.

118, *ult.* παρῆλθον. *praeterieram.*

119, 2. recte Morellus in margine conjicit τι. quod etiam versus 3. confirmat. 27. καταλιπεῖν ἐκ προφάσεως. hostes ex praetextu, i. e. eos, qui odium diu suppressum nunc expromerent, gaudentes, oblatam sibi belli movendi caussam esse. 37. ἐκαρποῦντο. 40. aut προϋποκειμένων, aut προσεσκηνημένων. ult. ξίφη.

120, 1. εὐπορία. 6. ὅπλισιν. 27. ὁπλίσεως. utrumque per ι. 43. τήνδε τὴν πόλιν] Nicomediam designat. v. p. 150, 28.

121, 24. οἰκείας. οὐδὲ πάρεργον appellat quietem Persarum, Constantio ab Antiochia, ubi vivo patre resederat, ad CPlin patris sepeliendi ergo profecto. 32. τὰ τῆς ἀπουσίας. absentia Constantii ab Antiochia, & absentiae caussa. 37. τὴν ὄχθην] Euphratis.

122, 16. ἐκείνῃ, quod in margine legitur, verum est. ibi. est idem atque ἐκεῖ. 20. προσκαθῆσθαι. assidere. 28. f. τὰ τῆς προσδοκίας, aut τὰ κάτα τὰς προσδοκίας. 29. ἑτέρως. 33. χρόνον Morelli probo. sed οὕτως bene habet. 36. ἐκείνοις.

123, 16. τὸν πολύ. 18. ἡ νίκη. 27. f. οὐχ εὗρον ὀρθοῖς.

124, 5. f. καθάπερ ἰχθῦς ἐν δικτύῳ συγκλεισθέντες.

125, 14. θατέρῳ] scil. ἀδελφῷ. alteri fratri, majori puta, Constantio. v. versus 16. 37. οἱ μὲν] Persae. οἱ δὲ] Scythae. v. p. 126, 8.

126, 3. perinde est, ἑτέροις an ἑτέρως legas. 18. προσβάλλει. scil. πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀκούοντας. 24.

 τοῦτο

τῦτο an τύτῳ [Constantio puta] legas, perinde est. 26. malim sic distinguere ; τετέλεσαι πάλαι. Ἐξῆλθε — 27. συμβαλόμενον hic loci est idem atque συμμαχησόμενον. 29. τύτων] redit ad remotius, Romanorum puta, ut ἐκείνων ad propius, Persarum. 33. f. ἔφοδον. 38. respicit ad Thessalorum ad Xerxem transitum, illo Thessaliam invadente, de quo Herodotus. 39. οἰκείας.

127, 4. προσηγορίᾳ] nam barbari ambo audiebant. v. p. 126, 35. 10. de seditione CPtana, quae in A. 342. incidit, v. Valef. ad Ammian. Marcell. p. 48. ubi locum hunc citat. 23. ἐκείνων. 27. ἕλληνας εἰς τὴν. 31. ἔδωκε] scil. ἡ παρενθήκη αὕτη αὐτῷ. *penult.* ἐκείνων] τῶν Περσῶν δηλονότι.

128. 28. recte dat margo τίνας εἰς ταὐτὸν ἄξιον. *quosnam aequiparare par est?*

131, 10. πληθύσης. 24. σεμνύνῃ. οἱ γάρ.

132, 29. recte dat margo ἐναποκεκλασμένων.

134, 6. κατὰ λόγον] uno vocabulo leg. καταλόγων, *legionum.* 37. ἑπομένοις] subaudi μᾶλλον.

135, 3. ὑπολαμβάνει, aut ὑπελάμβανε. quia praecessit ἡγεῖτο. 10. συνέχοι, propter sequens Φρυροῖτο.

136, *antepen.* ψυχὰς] f. τύχας.

137. 10. παρείκῃ. per ει in media syllaba. 11. βραχέως δὲ καὶ περὶ — 14. ὅτι τὸ τῆς φύσεως. 20. προσερχόμενον.

138.

138, 1. recte videtur haec verba Morellus uncis inclusisse, ut aliena. nam αὕτη ἐςὶ προσηγορία dixisset saltim Libanius, si haec scripsisset. 3. ἰσχύϊ. 5. ζάλη in nominativo. 6. ἠπείρȣ.

139, 9. ἐσπάσαντο] hauserint. de poculis traductum est. 32. οἰκεῖαν] per ει. deinde tollendi sunt unci. nihil enim hic est verborum superfluum.

140, 6. ὑποκύψαν. 7. περὶ] malim παρὰ. 13. τὴν] imo vero τόν. 41. potest probari, quod margo subjicit, ut δὲ omittatur.

141, 1. καὶ ἢν μέν. 36. ὡς ȣκ ἀθεεὶ ταῦτα ἐκεῖνος γενεανίευται.

143, 31. ἅπαντας. 32. ὡς] l. ὅς.

144, 1. ȣ̓ς. 12. συμμυχῆ. id est ἐνδόμυχον. *in latebris versantem.* a μύχος, *recessus. penult.* φύσεως θεσμὸν appellat h. l. eam legem naturae, qua fratres inter se amant mutuo.

145, 6. respicit ad Iovis in Saturnum insidias. 23. βασιλειῶν *regnorum.* 39. ἐνεχείρισαν.

147, 2. ὥρᾳ. 39. τȣ̀ς δ' ἐπὶ παρακρȣ́σει. *imposturae ergo.*

AD ORATIONEM QVARTAM,

quae est intercessio apud Iulianum Aug. pro Antiochenis, quibus Imperator succensebat. Locus insignis p. 259, 30. legitur, unde colligitur, hanc orationem a Libanio conscriptam esse,

interea dum Iulianus in Perside est, & praeparatam eo, quo recitaretur coram ipso in castris, antequam adhuc ad Antiochiam accederet, quo commoveretur, ut ad Antiochiam veniret, & ibi hyberna ageret, non autem Tarsum se conferret, id quod minatus erat facturum; scripta quidem igitur est haec oratio, nunquam autem dicta.

151, 3. recte dat codex Ferrar. μέχρι τούτου μοι τῶ ἔπει. 7. ἃ πάντες. duobus vocabulis. 14. πρὸς τοὺς τοῦ νῦν Πέρσου προγόνους. in edit. Ferrar. est πρὸς τοῦ νῦν Πέρσου πρόγονον. 15. οὔτε ἃ Ἀλέξανδρος recte dat codex Ferr. 22. τόλμαν & εἰσβολὴν] videtur transitum Iuliani per Rhenum, & impressionem in copias germanicas Vadomarii & aliorum regulorum significare. v. Amm. p. 269. Tillemont IV. p. 439. 23. διάπλουν] trajectum Rheni. 24. f. ἐνέδρας. insidias. nisi volumus a p. 154, 14. vulgatam defendi, quae tum significabit aliquem Iuliani solennem consessum, nescio cujus legationis audiendae ergo. sed v. ibi.

152 7. προήκειν. 20. μεταβάλλοιεν] subaudi τὴν δόξαν. 28. ἀγρυπνίαν] sollicitudinem & aestum animi, de me anxii, quomodo & qua cum fortuna essem dicturus, quia casus fortunae ut sunt repentini, ita quoque mirifici & inconsentanei, & saepe fit, ut optimus orator despiciatur & displiceat. penult. ἕτερος γέρων] Agamemnon.

153, 1. recte dat codex Ferr. τεύξεσθαι. 22. ἀμελημένης.

154, 10. videtur Morellus asteriscum ideo ad ἀπαντᾷν apposuisse, quia in edit. Ferr. est ἀπαντοῖς. 16. τῇ προτέρᾳ καθέδρᾳ τὴν δευτέραν] rogat Iulianum, ut quemadmodum prima hieme apud Antiochiam resedisset, cum bellum in Persas pararet, ita alteram quoque hyemem, a bello Persico victor revertens, ibidem exigeret. minatus enim erat Iulianus castra & hyberna Tarsum translaturum. quod hic deprecatur. commorationem igitur alicubi in hybernis καθέδραν appellat. 26. καὶ πολίταις est in c. F. 27. forsitan asteriscus hic rursus est additus, quia in c. F. δὲ ξένοις est.

155, 8. τοῖς ἀφιεμένοις] dubium, sitne idem atque τοῖς ἐκπεμπομένοις πρός σε, an τοῖς ἀπερριμμένοις ὑπὸ σοῦ. in cod. Ferr. est ἀφισμένοις. unde efficio ἀφιγμένοις. *ad te profectis nobis.* 10. φωνῇ εἰς [vel πρὸς] τὰ εἰωθότα. 17. ὀρχεῖσθαι. 24. παριών.

156, 17. τεταμένης. a verbo τείνειν.

157, 3. ἀνὴρ λακεδαιμόνιος] Nicocles, quem Socrates ait praefectum fuisse Iuliano adhuc puero, ejusque literis puerilibus. 28. in c. F. est θέλκεσθαι. unde effici debebat θέλγεσθαι. quam lectionem etiam margo Morelli praefert. *penult.* Ἡρακλέους.

158, 9. recte Morellus δι' ὧν. *ob quem.* 22. v. Valef. ad Amm. Marc. p. 391. 34. αὐτὸς Morelli probo. sed etiam ἐπὶ τούτοις leg. 41.

 αὐτός

αὐτός ἔτι] scil. ἐποίησεν Ἀχιλλεὺς nam reconciliatus tandem fuit Graecis.

159, 11. ἀχθόμεθα. 22. παρατρώπουσι non est in c. F. & facile patiar id abesse. 26. idem loco primi τῶν dat τὸν, quod probo. 29. καὶ καπνῦ καὶ κνίσσης recte dat codex Ferrar. 34. ταῦτα] significat ea, quae circa Iulianum & in ejus potestate erant, verbo imperium Romanum, & orbem terrarum, ei parentem.

160, 28. f. Μαγνησίαν, μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας.

161, 1. λάφυρον dat c. F. quod facile possit probari. *nihil eorum omnium, quae victoria ipsi pepererat, retinens pro spolio.* 16. bene habet h. l. vulgata. 32. τῦτο πρῶτον si bene habet, (quanquam suspicor νῦν addendum esse) idem erit atque νῦν πρῶτον. *penult.* σὴν γενέσθαι. *ut tua terra fieret.*

162, 3. τὰ mollius est, quam τὸν, & invidiae devitandae ergo usurpatum. *ea omnia, quae corrumperent remp. eique pestem afferrent.* fuit tamen, cum τὸν suspicarer, & ad Constantium referrem, quanquam de eo contendere nunc nolim. 6. τῦτυ] de morte Constantii. ἐκείνυ] de ejusdem salute & reditu ad bonam valetudinem. 7. ὠχρίων recte dat c. Ferr. in tertia plurali imperf. a verbo ὠχριᾶν. pavebant & pallebant ad rumorem, affirmantem convaluisse Constantium. 8. ὁ δ' ἕτερος ἦν ἑορτὴ, νευόντων —— recte rursus dat idem codex. alter autem ille, periisse Constantium, festos afferebat dies illis, qui voluptatis

&

& gaudii nutus inter se oculis, ultro citroque jactarent. 38. in codice Ferr. est τῦ περὶ δὲ φίλτρυ. unde effici debebat, τῦ περί σε φίλτρυ. ult. ἄρει] f. ἀρχῇ. & id videtur Morellus quoque conjecisse. latina quidem ejus id reddunt, Celsum, ni fallor; designat.

163, 12. recte Morell. ἔφης. 13. recte dat c. F. μαρμαρίνην. 15. ἐχθρὰν. *inimicam tibi.* 17. ἑῴας. 19. ἐποίει] f. ἐπόθει. *appeteret.* 26. σεσωσμένων] suspectum hoc vocabulum. sententia videatur postulare ἐῤῥωσμένων, aut ἑτοίμων, aut ἐσσυμένων. illis valentibus aut potentibus, vel illis paratis, & concitatis, qui templa deorum dirui vellent.

164, 13. καὶ delendum videtur, aut deest aliquod participium. e. c. κατακρίνων. 15. malim ἐκθείης. 26. ἀποκτείνεις. 34. ἐκεῖνο] scil. φῦλον.

165, 30. recte dat c. F, δεινότερα τὰ ἀπὸ τῶν σ. 43. recte Morellus βοηθησάντων.

166, 6. ἐσήξει. 10. τὰ νῦν] scil. ἥκοντα ἡμῖν ῥήματα, quae statim subjicit. 26. videtur Morellus ideo locum asterisco insignivisse, quia eum emendasse sibi visus est. in c. F. est πόθεν μεμισῆσθαι. quod cur mutarit nil video causae, nisi haec est satis idonea, quod eam lectionem non intellexit. 40. τοιύτοις πάθεσιν] ubi singuli quique plectuntur. 44. in c. F. est πεφυνέναι, unde poterat etiam effici πεφηνέναι, quod haud scio, an ab auctore profectum sit.

167, 2. τοιῦτε διδασκάλε] carpit Constantium. 20. recte conjecit Morellus βασιλεύοντος.

168, 20. τῷ νεωργῷ. 21. non improbo συνειλεγμένων. fuit tamen, cum praeferrem συνειλιγμένων, a συνελίσσειν. 23. f. ἀπέσησέ σε. facile σε potuit elidi. 28. πρόσθοιντο si bene habet, accipi debet passive pro *apponeretur*, *adjungeretur*. sin autem προσθεῖντο legatur, erit *apponerent*, *adjungerent*, scil. dii ad superiora mala. fuit, cum conjicerem leg. esse προαίσθοιο. *si praesentires*. 31. ῥαθυμῦντας.

169, 3. ἔσωσε] liberavit a metu excidii, significanda ad eam tua voluntate. 12. recte dat c. F. ἦν, *erat*, scil. Alexander Heliopolitanus, praefectus tuus, qui tuo nomine nobiscum agebat, ad quem etiam ἔφη versu 20 redit, qui locus bene habet. 13. τῶν] l. τόν. 17. τῇ deest c. F. nil refert. 19. μὴ πάντων] haec est prosopopoia Alexandri, nomine Iuliani cum Antiochenis agentis: non omnium omnino veniam dabit Iulianus, sed eorum solummodo, quae in re annonaria delicta sunt a vobis. quae deinde sequuntur τῶν δὲ ἐν τῷ δρόμῳ, sunt Libanii pro urbe deprecantis. 23. recte Morellus καταρᾶτες. 31. κλάοντας ἡμᾶς. ἡμεῖς μισῦντες — c. F. dat ἡμεῖς οἱ μισῦντες. non male. 35. f. λέγω. ἐ πάντα ἀφέντες; *nonne missis factis rebus omnibus*.

170, 10. lectio marginalis, quae est in cod. Ferr. facile se tuetur. pro ἢ ὃ malim οἷον. οἷον τὲς τοιέτες εἰκὸς, scil. ἀπορρίπτειν vel ἐκτρέχειν e praemissis.

missis. 22. sic distingue: θειότατον, ἀπηγωνίζου μοι νῦν) ἔπειτα. 44. significat templum Iovis Casii. 45. significat templum Iovis Philii v. p. 41, 36. & Vales. ad Ammian. p. 331.

171, 2. c. F. dat ἧκε. non probo. 3. μένε τὸ τεταγμένον] id est κατὰ τὸ τεταγμένον, mane in hybernis. illis, ubi manere tui similes fas est, & more receptum. 7. μαχομένου] te jam bellum Persicum exorso & ingresso. v. p. 179, 41. meminimus enim, orationem hanc ad Iulianum pertinere, e bello persico jam peracto prima aestate revertentem, & prima hyberna aut Antiochiae aut in Cilicia habiturum. v. versu 40. & 172, 13. 21. τις] l. τρὶς, *ter*. 27. ἦν] l. ἢ εἰς τοῦτον τὸν ὄρνιν. in c. F. etiam est τὸν, recte.

172, 1. καὶ χειροῦ. 21. sic loquitur, ac si Iulianus partem quandam supellectilis ad Tarsum jam praemisisset. *penult.* κἀκ τῶν ἐναντίων. *etiam a contrariis.*

AD ORAT. DE IVLIANI AVG. IRA AD ANTIOCHENOS.

apud Fabricium Tom. VII. Bibliothecae Graecae p. 207. sqq.

207, 3. διείλεγμαι.

208, 11. δέξαιμεν. 15. nam illud prius ea erat natura, ut posset veniam invenire, & invenit quoque, in quo recte factum est, & nobis de eo congratulamur.

209, 1. αὐτὸν] l. ἂν τόν. 3. τοῦτον.

fiano Imp. illuc accedenti occurreret, eumque nomine urbis falutaret, & adventum ei congratularetur. v. epift. 648, 11. & forfan quoque epift. 525.

173, 16. huic orationi gratiam impertire, id vero eft Mercurii, & Mufarum, & tui fanctiffimi capitis, (donum puta, vel opus.) 27. ἐνταῦθα] fcil. ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡμᾶς. 28. ᾧ γε poteft effe cui etiam (*tibi* puta) vel *quapropter etiam* tibi in mentem venit, metuere, ne alius quicunque fophifta —

174. 25. aut ἅτε leg. pro ὅτε, aut ὅ γε. 29. ἐκ videtur delendum effe.

175, 18. Maximum Ephefium (non Tyrium, in quo erravit Morellus) defignat. 30. χρόνον] imo vero χορὸν *immifcens rhetoribus meliorem chorum*, h. e. ftudium philofophiae conjungens cum ftudio eloquentiae, & hoc illo interftinguens. 36. πρὶν ἢ βοηθεῖν ἔχειν, *antequam opitulari poffes*. 44. f. ἔκκριτον aut εὔκριτον. *difcretum* (ut vulgo loquuntur) h. e. elegantioris, exquifitioris, urbanioris ingenii.

176, 35. πάντως. 40. recte conjecit Morellus ἀπιόντων.

177, 10. φόβον ἐκλύοντες πρὸς δύναμιν. 12. ἀγχιστρόφῳ. 16. ὅτω δὴ καὶ σὲ μετὰ μὲν. 23. recte margo dat συνήθει.

178, 1. τοῖς ἔνθεν προσγενομένοις] opibus hinc, e Gallia, partis, & ad fuas priftinas opes adjectis. nam eft neutrum h. l. non mafculinum. 9. nihil hic loci vitiofum eft, fententia haec: pudore

dore ductus eo, quo te duci nil opus erat, quippe qui cives conservare studebas, sed eos oportuerat illo pudore commoveri, qui tamen eo nil moti sunt, sed prodiderunt barbaris rem Romanam. ad verbum: *loco proditorum, te pudor cepit, qui servare conabaris.* 17. non contemnam lectionem marginis.

180, 7. νόμον an κόσμον legas, perinde est. lex vel ordo & series nuncupationis est in scuto haec, ut imperator nuncupandus in scuto sublimis, manibus militum sublatus, ostendatur toti exercitui, ab eoque, sic in scuto sedens, Augustus universorum clamore consalutetur. 13. virum fortem decebat, non pati sibi invito per vim e manibus extorqueri datum honorem. Constantius enim non modo Augusti titulum ei negabat, sed vel ipsum Caesaris honorem, a se ultro datum, repetebat. huic resistebat Iulianus, & ex ea contentione conflatum est bellum civile, in cujus molitione Constantius exspiravit. 15. significat, Constantium Alemannos magnis praemiis in Iulianum instigasse. 16. non Vadomarium, sed alium nescio quem. v. Tillemont in V. Constantii artic. 59. p. 459. 17. suspendio necavit. 30. recte addit Morellus νίκην.

181, 1. τῶν δικαίων φυλακὴν] quod copiae Romanae in Gallis praesidentes, in tuendis tuis partibus contra Constantium, jus & fas secutae sunt. 3. προσδοκώμενον] subaudi σε καὶ τὸν σὸν στρατὸν. ibid. κατὰ γῆν ἐλθεῖν. & quod tu, quem spes erat pedestri itinere in Thraciam esse venturum,

posteaquam navigatione plurimam partem imperii Romani circumvectus esses, dedisses tui motus sensum [Constantio & ejus parti, atque hominibus in Thracia & in Oriente] nonnisi posteaquam regiones eas, quae tuorum castrorum motum sentirent, jam occupasses. 7. locum hunc non intelligo. videtur legationem significare, a Constantio e castris apud Antiochiam ad Iulianum missam, & eum proficiscentem comitantem; quam fortassis ideo κωμῳδίαν nominat, quia risu eam Iulianus exploserit, atque contemptim habuerit. si recte conjeci, pro πρέπουσαν legendum erit παρέπουσαν. 9. ὄχθην] Danubii puta, per quem Iulianus maximam partem exercitus sui per Illyricum in Thraciam trajiciebat. expediet ad h. l. conferre p. 242, 5. & p. 254, 29. 11. τοῦ ποταμοῦ] Danubium, quod modo dixi, designat. 18. συμβὰν] mortem Constantii. *ult.* ἀναχώρησις] exceptio, excusatio, effugium, defensio sui.

182, 2. f. συστάσας, εἰκῆ τριβομένας. 5. non sunt in potestate eorum, quibus imperare jussi sunt. v. p. 167, 9. ubi male conjicit Morellus ἁρπάζουσι. bene habet ῥαπίζουσι.. provinciales suis praesidibus vespera (ante judicii diem) dona domum mittunt, quibus eos ita obstringunt, ut praesides die ipso judicii necesse habeant, lite iis adjudicanda, a quibus corrupti & emti sunt, summa quaeque dedecora contrahere, quasi servi essent, ad plagas & colaphos damnati. v. etiam p. 192, 27. 26. v. Vales. ad Amm. Marc. p. 426.

p. 426. 35. videtur lectio marginis esse ἐκλείψει. quam nolim contemnere. 38. videtur in libris fuisse καὶ κόσμον φέρει ταῖς πόλεσιν, ὥσπερ οἱ στέφανοι, καὶ σωτηρίαν. 43. recte dat margo τῦ. καταδεικνύειν esse *instituere*, primum demonstrare, auctorem alicujus inventi, coepti, instituti esse, monui ad Aristidem. 44. ἐπαναγαγεῖν, aut ἐπανάγειν.

183, 20. αὐτὸς αὐτῷ καθὶς — 27. bene habet Μελάμπυν. *Melampodem ostendisti puerum*, h. e. tantum profecisti in haruspicina, ut summus hujus artis magister Melampus prae te tiro videri possit.

AD LAMENTATIONEM

super incendio templi Apollini consecrati apud Daphnen, quod templum, Iuliano Antiochiae jam agente, sed antequam Misopogonem suum ederet, fraude Christianorum incensum conflagravit.

185, *ult.* πονηρῦ γειτονεύματος] significat templum S. Babylae, ab ipso Iuliani fratre Gallo Caesare conditum.

186, 4. ἱερῶν μεμνημένυς] memores adhuc sacrorum, ea adhuc cum templis exercentes. 35. f. σὺ δὲ τὺς μὲν Ἀλ —

187, 28. ἐβόα] aut non habemus integram hanc monodiam, & sane e Chrysostomo solummodo excerpta est, qui non videtur totam retulisse, aut, ut in affectu luctus contingit, auctor

 con-

conturbatius effundit animi ſui ſenſa, ſine rerum ordine & vinculis verborum ab alio argumento ad aliud transſiliens. 29. ἐμυκᾶτο aut ἐκάχινε. 31. πληγαὶ δὲ ςέρνων ἀκέονται καὶ οἰμωγή. 35. γενόμενον, in neutro genere. redit enim ad ὄμμα, lamentatio horrifica e ſomno excitat oculum praefecti modo guſtantem ſomnum.

188, 17. καταρώμενος. 19. nihil hic deeſt, quod viſum fuit Morello.

AD ORAT. ADV. ASSESSORES MAGISTRATVVM.

Nam recte *aſſeſſores* vertitur. Agit contra aſſeſſores judicum ordinarios, extra judicium cum judicibus domi eorum privatim agentibus. Orationem hanc, a Morello ad aetatem Iuliani Auguſti perperam, rectius ad Theodoſii M. a Gothofredo relatam, cum ſua nova interpretatione & notulis idem Gothofredus recudi curavit Genevae 1631. Exiſtimat idem, Libanium hanc orationem conſcripſiſſe quidem, verum non recitaſſe, ſed ea praeluſiſſe alteri cuidam, cujus argumentum eſſet, geminum germanum huic, haec inſcriptio. κατὰ τῶν εἰσιόντων, *contra ingredientes in domos judicum.* poſteriorem hanc, breviorem & minus luculentam orationem, ipſe Gothofredus primus edidit. Cur autem ſuſpicetur, Libanium ſatius duxiſſe, illam priorem & copioſiorem ſupprimere, hanc breviorem & ſtrictiorem edere, ipſe ſignificat. neutra dicta

eſt,

est, ambae solummodo scripto consignatae. Saepe Libanius in orationibus personam induit alloquentis Imperatorem, cum quo tamen nunquam coram egit. Sed erat ea formula libellorum, qui tum temporis exhibebantur in secretariis judicum, ut Imperatores tanquam praesentes compellarent. praeterea non raro Libanius & in epistolis & in orationibus idem argumentum bis vel ter tractavit exercendi styli gratia.

191, 1. ὦ βασιλεῦ] Theodosium M. alloquitur. 14. ἂν ὁμολογῆσαι duobus verbis.

192, 1. τὰ ὑμέτερα σώματα] te, Imperator, & quotquot aut ante te gesserunt imperium, aut post te gerent. 18. ἀριστώντων] adhuc prandentibus, scil. praefectis, praesidibus, judicibus. 19. καλοῦντες, vocantes, appellantes eos tam clara & importuna voce, ut in alto cum sint ipsi judices, in superiori aedium contignatione, in atrio autem ii, qui istos appellent & devocent, audiant tamen ipsi, nullo interprete, vel antequam a servo admoneantur, esse in vestibulo, qui eos convenire velint. plane importunum est μὴ, quod Morellus hic intrudit. Gothofredus eadem chorda cum Morello oberrat. κάτω καλεῖν est, eum, qui sit in parte aedium superiori, devocare per servum, seu servo mandare, ut ascendat, heroque significet, esse in vestibulo, qui cum eo agere velit. quare necesse ei esse, ut aut descendat, aut illum ad se adscendere sinat. sic saepe fit in Vita, ut dicat, se ἄνω fuisse, in parte

aedium superiori, seu contignatione editiore versatum esse, coenasse, scriptitasse, lectitasse, cum amicis egisse. v. p. 36, 32. & epist. 1482, 13. 21. τῦ τέλυς] prandii puta. unde fit, ut aut ante finem prandii surgere ab epulis, & nondum saturi tollere mensas necesse habeant judices, aut, si clamantes nil curant, sed eos exspectare sinunt, donec epulas finierint, molestia existat, cum exspectantes illi infra stomachantur, & magistratibus succensent, se morantibus, aut ipsi magistratus fremitum & vociferationes importunorum & jurgia cum servis suis audiunt. praeterea interpellationes istae pomeridianae somnum, qui post prandium obrepere solet, magistratibus eripiunt. 23. δέξασθαι possit ferri, & defendi. malim tamen δράξασθαι. quod est verbum, in hac re proprium. ὕπνυ δράττεσθαι. 27. v. p. 167, 9. & 182, 5. 193, 5. 194, 41. 28. ἑσπέρα καὶ λύχνος] scil. εἰσέρχεται. 30. quanquam duritie quadam absolvi vulgata nequit, potest tamen ferri, & subaudiri δυλεύει. servit ipsis idem balneum, quod magistratibus. vel ἐλλοχᾶται, insidiis obsidetur. 41. κεκρατηκέναι. ut recte edi curavit Gothofredus. 42. malim ταύταις. scil. ταῖς εἰσόδοις κεῖνται. in his ad magistratus ingressibus officiosorum siti sunt greges pecorum, mancipia, villae & alia emolumenta, ut ea aut impetrentur & conserventur, aut amittantur.

193, 9. λέγυσι] locum hunc ad versum 16. non satis clare perspicio. 10. τοιῦτον] scil. cujus

cujus causa necesse sit judici, litem secundum rogantem & depecifscentem dare; tale quid nihil ad judicem ipsum commemorant, in privatis suis cum eo congressibus; sed ajunt solummodo, ad suos clientes se causam ipsorum judicibus approbasse, quo audito, statim inter eos & clientes de mercede sententiae secundum ipsos dicendae convenit. altero die post ejusmodi assiduus aliquis in forum & ad tribunal veniens, commemorat, locum hunc non esse, causae suae pluribus verbis agendae, & evincendae. id privatim jam fecisse domi judicis, eique de aequitate causae clientis sui satisfecisse: quanquam id merum mendacium est; tum assidet ad latus judicis, exspectans ejus sententiam. 20. οὐκ οἴσεις] non perferes, non poteris sustinere & tolerare probra, convitia, calumnias, contumelias, quae tanquam tela ab ore meo in te, tanquam ad metam, convolabunt, quibus honorem famamque tuam configam & lacerabo. 25. τοῖς π. τ. κ. πεμπομένοις] scil. ἐδέσμασι. hinc sunt mensae splendidae & nitentes dapibus missis ad magistratus ab illis, quibus lites adjudicatae fuerunt. 27. αὐτῶν γε τ. τ. ἀναλισκόντων] pendent hi genitivi e praemisso τράπεζαι. nam qui laute epulantur, illi profecto ipsi sumtus in illas lautas res, quibus pascuntur, non faciunt. *ibid.* τὸ μετὰ τὰς πρώτας θύρας] atrium. 28. recte conjecit Morellus μεσὸν, sed male idem κρεῶν pro κεραμίων sufficit. τὰ κεράμια sunt testae, vel seriae vini, amphorae vini. 29. recte rursus,

perire, neque in via ei occurrere. v. Orat. contra ingredientes p. 96, 27. edit. Genevensis. 21. μήτε ἔξω συντυχεῖν] scil. τῷ ἄρχοντι. 22. μήτε ἔνδον εὑρεῖν] scil. τὸν ἄρχοντα. 25. τοὺς] redit hoc ad praefectos, vel praesidiales; aut judices cujuscunque generis. 31. ὅλως καὶ ἀκριβῶς. 36. f. οὔτ' ἐμοὶ ἀπὸ τῶν παρὰ — neque mihi ab illis, quae egi erga illum praeclarum imperatorem — significat, nihil emolumenti ad se ex illa sua cum Iuliano Augusto consuetudine rediisse. patet ergo, hanc orationem dictam aut scriptam potius, non esse, superstite Iuliano, sed aut Valente aut Theodosio regnante. Iulianum hic designari clarum est e p. 42, 31. *antepen.* λελυμένης] *redemta.* cum pars bonorum avi mei adhuc penderet apud fiscum, nondum ab haeredibus redemta praestanda illa mulcta, quae si praestaretur, bona illa haeredibus erant restituenda. nos dicimus: *eingelöst.* *ult.* κερδάναιμι. ne quid lucri facerem hujusmodi.

200, 2. bene habet vulgata, neque audiendus est Morellus, cujus conjecturarum magna pars inanis est. 4. ἐποίουν] scil. tales congressus. *ibid.* rursus bene habet vulgata lectio, quanquam conjectura Morelli prima fronte blanditur. ὁ ἀξιῶν μὴ κερδαίνειν est ipse Libanius. 6. sic distinguendum: παρῃρεῖντό τε. 8. ὅπως] *qui? quomodo? ecquitandem?* sententia haec est: *si ejusmodi congressiones cum praefectis & praesidialibus neque pecuniam & opes conficiebant, ideo nempe, quod is ego essem, qui hoc modo quaestus faciendi nil delecta-*

delectatur, & praeterea pro otio negotia & molestias contrahebant, & tandem studia literarum carpebant atque minuebant: qui poteram illis rebus delectari, quae mihi horum tantorum taediorum causam afferrent? congressibus puta cum magistratibus. 12. τοῦτο] scil. τὸ εὖ πάσχειν. hoc [bene pati & in bonis rebus esse] si habebunt homines a bonis, [legibus puta] nil opus habebunt mea aut alterius cujusquam deprecatione. 21. malim sic distingui: Ἔτι κἀκεῖνο — 22. f. προσήκει ῥηθῆναι. sine καί. quod videtur e fine primi verbi iterato irrepsisse. 29. sic distinguendum: ἐῶ, τῶν νηφόντων ὁρώντων μὲν — ubi, quae geruntur, cum spectant, qui adstant sobrii, non possant sibi temperare, quin temulentorum insolentiam rideant. 34. Praefecti, qui ab ejusmodi conviviis domum revehuntur, illi, qui suis in carrhuchis consident, minus movent oculos vulgi, quia quieti considont, ut eorum temulentia & jactatio ab uno latere in aliud minus conspiciatur. qui autem in equis sedentes domum redeunt, vecti per semitas urbis, nutantes ebrii, sic, ut quovis momento ruinam ex equis praecipitem minentur, consciscunt plebis risus, & voces, & concursationes atque tumultus, magnasque creant offensiones, & imperio dedecus multo majus adspergunt. 38. ἐπαγγεῖλαι] imperare, postulare, flagitare. 39. convivator autem, [seu auctor & instructor convivii] si idem magistratus est, adeoque gratiam largiri potest, videtur haud satis cum dignitate ejus convenire,

sed

sed inaequalitas quaedam atque insolentia esse, a geniali poculorum hilaritate abhorrens, si propinans convivis poculum, non item cum vino etiam gratiam rogatam porrigit. *penult.* nihil hic deest. solummodo pro συμφορῶν leg. est συμποσιῶν. *multis magnae calamitates exsistunt ab ejusmodi conviviis.* v. p. 201, 3. & 4.

201, 1. vera est lectio marginis. θαυμάσουσιν. *quapropter jam non amplius mirabuntur,* — 7. bene h. l. habet vulgata. *quorum malorum vulnera spe tamen praecipiuntur, & jam in antecessum nostros animos sauciant, tametsi nondum inflicta nobis sunt, neque dum nobis imminent.*

SIMILITVDINIS ERGO STATIM HIC LEGAM ORATIONEM ΚΑΤ'Α ΤΩΝ Ε'ΙΣΙ'ΟΝΤΩΝ,

seu contra ingredientes, a Gothofredo primo editam, ad eamque, quae observabo, huc ponam. Conf. Epist. 173. & 760.

p. 75. edit. Genevensis. *antepen.* & *penult.* τὸ utroque loco videtur tollendum.

76, 2. sic distinguendum: συμφέρουσα, (scil. ἡ γνώμη) μέμψιν οἶδα, ὅτι ποιήσῃ. 6. οὐκ αἰτήρηται μέν. 7. necesse est, ut h. l. aliquid desit, de quo tamen inveniendo non modo non desperandum est, sed jam reperto congratulari possum lectoribus. Transposita nimirum sunt a librario vel compactore codicis Augustani, unde Gothofredus hanc orationem edidit, duo folia

qui-

quibus in ordinem ſuum reſtitutis ita decurret orationis ordo: νῦν δὲ οὗτος οὐκ ἀνῄρηται μὲν, μένων δὲ ὅμως νενίκηται (v. p. 80, 20.) *metus ille non quidem ſublatus eſt, ſed manet adhuc, verumtamen, quamquam adhuc ſuperſtes manet, eſt tamen a me victus.* tum ſequuntur ea omnia, quae a p. 80, 20. poſt μένων δὲ ὅμως νενίκηται leguntur, usque ad p. 84, *ult.* καὶ δρόμος, quae verba καὶ δρόμος jungenda ſunt cum verbis δείσαντος ἐπὶ τὸν ἀμυνοῦντα p. 76, 7. unde continuanda lectio usque ad p. 80, 20. usque ad ἐσθῆτα τὴν, quae verba cum v. τῶν ἀρχομένων φορῶσι ſunt copulanda. *non ideo minus tyranni ſunt, quod veſtem civilem gerunt.* 9. e latina verſione colligitur, Gothofredum legiſſe κἂν μὴ συκοφαντηθῇ. ſed ex ſerie orationis patet, bene habere vulgatam, & συκοφαντεῖ primo loco poſitum ſignificare, declaratur a judice pro calumniatore, & pro tali condemnatur; in altero autem loco *ſit calumniator.* ſententia eſt: ita jus & fas invertitur, ut, tametſi accuſator aliquis calumniator non ſit, ſed ſit vir probus, ſententia tamen contra eum feratur, & ipſe pro impuro, improbo, infami proſcribatur: & reus ab illo accuſatus, quamvis noxius ſit & improbus, tamen abſolvatur, & pro viro bono declaretur. 10. ὁ δὲ [ſcil. praefectus, vel comes] κἂν πονηρὸς ᾖ, χρηστός ἐστι. 12. ſic diſtingue: οὐκ ἐλάττους ζῆν ἀξίους, ζῶντας κατὰ τοὺς νόμους, ἀπώλεσαν. *haud pauciores, ideo vitae longioris uſura dignos, quod ex legibus vivebant, perdidere.* 14. καὶ delendum. 19. μολύβδῳ (ſine ι.)

77,

77. 6. τὰ τῶν τεταραγμένων] id est ἃ ἐστιν ἔργα τῶν τεταραγμένων, ut facere solent conturbati. καὶ potest quoque e praemisso πολλῶν subaudiri πλήθει. subsistere substantivum trepidantium. 8. λύπῃ in ablativo. cum moestitia. ἀπάγειν τὰ αὐτῷ] quod habeat patronos & defensores nequitiae & violentiae suae. penult. λόχων vel καταλόγων cohortium vel legionum. ult. ἢ, εἰ βούλει, τὴν στρατιάν. aut, si ita vis, totum exercitum. τιμῆς ἐλάττω] subaudi ἀξίας. hi enim efficiunt ut praedia suorum in agris vicinorum parvo veneant, quia qui praedia habent, a militibus tam acerbis & indignis modis vexantur, ut quocunque pretio ea vendant, volentes a tam molesto consortio quam primum liberari.

78. 5. ἱκετευούσας. ἂν δὲ μέτριος ὁ στρατιώτης κέρμας τ' ἂν δῇ. 15. ἐν ταῖς τῶν μὲν ἀμαθεστέρων ποιούσαις τῷ λόγῳ σοφωτέρους, τῶν δὲ σοφωτέρων τοῖς ἔργοις, ἀφρονεστέρους vel ἀνοητέρους. illis ingressibus, vel conventiculis, quae tardiorum quidem (verbo certe tenus, & ut ajunt) sapientiorem reddunt. revera autem eos, qui rectius antea sapiebant, ad stultitiam corrumpunt. 20. τὴν ψῆφον] vim addit auctoritatemque ejusmodi suffragio, quo judex ita corruptus aliquem aut sontem absolvit, aut insontem condemnavit. 23. τοὺς ἀδίκους] scil. λόγους. 24. τῶν τοῖς νόμοις.

79. 3. τῶν ἀφικνουμένων] earum rerum, quae domum veniunt & militantur his assiduis, malarum caussarum defensoribus. 5. τὰς παροψίδας] fercula, paropsides. 18. οὐδὲ ταύταις] ne in his qui-

quidem, sed plane nudipedes. 20. distinguo δανείζειν, πανταχοῦ μεμνῆσθαι — foenori dare nummos, foenus in omni sermone, ubiubi sint, crepare. 22. παραδιδόναι. 23. τούτοις. 27. τὴν] f. τά. opes adepti, una quoque adepti sunt ea, quae sunt in civitate. rempublicam in potestate habent, & res civium omnes juris sui faciunt.

80, 11. πάντα πολλά] omnia copiosa suppetunt. 13. κέκτηνται. ut sit constantia. 14. καλεῖν] subaudi ἄλλο. 19. δορυφοροῦνται. 20. jam paulo ante demonstratum est, post τὴν addi debere τῶν ἀρχομένων φορεῖν e. p. 84, *ult. non ideo minus tyranni sunt, tametsi vestem civilem gerunt.* v. p. 84, *ult.* quae sequuntur, ibi p. 85. his continuanda sunt.

81, 14. prorsus nihil refert, vulgatane θεμένων servetur, an τιθεμένων legatur. si posterius, referetur ad νόμων, & erit passivum, *positis* vel *latis legibus*. si prius, erit constructio sic facienda: ὑπὸ θεμένων τῶν ἀεὶ κρατούντων. *illis auctoribus legum, qui identidem reip. praeessent.* 17. malim aut γραφαὶ & ἔλεγχοι, aut κατηγορία & τιμωρία, ut sit orationis constantia & similitudo secum. 27. μὲν huic respondet δὲ p. 82. *antepen.* διειλόμενοι δὲ τὰ ὦτα.

82, 8. recte conjecit Gothofredus in margine κάθηνται. 11. τὸν ταύτης ἐπώνυμον] designat τὸν δικαστήν, judicem. 16. post τοιαύτας deest εἰσέρχεσθαι vel εἰσιέναι vel ποιεῖσθαι. 18. δύναται. si bene habet, subaudiri debet κεῖσθαι τὸν

δικαςὴν. persuadere judici ea, quae ipsi persuadere rerum quarumque ipsa natura & ratio nequit. aut, si δύνανται legumus, quae rebus persuadere nequeunt, ut scil. naturam suam mutent, & ex justis injusta, aut ex injustis justa fiant. 23. post ἥκονται videtur deesse ἐπὶ τῷ ὑπομιμνήσκειν παρόντες, vel similis sententia, *gratia commonefaciendi* —

83, 5. κεκραγότες per τ. 7. punctum delendum. cohaerent enim omnia ante αὐτοί τε κἀκεῖνοι καὶ παρ' ὧν — illi nominativi αὐτοὶ. ἐκεῖ pendent e verbo συῤῥέουσι. 23. f. πράγμασι, eae autem literae, quae a manu praefecti rebus vel caussis debentur, nullae usquam sunt. 26. πεινῶσι] esuriunt, quia necesse habent, diu Antiochiae commorari, & caro ibi vivere, exspectantes expeditionem rescriptorum, quae obtinere volunt, interea res domestica perit & quiescit, dum ipsi peregre domo absunt. 27. post διελθεῖν deesse videtur ὃ αὐτὸς ἐγὼ ἑώρων vel tale quid, volo tibi narrare aliquid, quod ipsemet vidi, cum aliquando essem in diversorio praefecti alicujus. si negabimus, aliquid deesse, leg. erit γεγονὸς simpliciter pro γεγονὼς, quod videtur etiam praestare. narrabo tibi aliquid, quod evenit in diversorio alicujus praefecti. *antepen.* ὤν] leg. ὧν. erat aliquando praefectus, qui uno quodam die tam multas dilargiebatur gratias, ut victus tandem multitudine gratificationum, negaret, ultra se posse. quarum postremas [scil. dabat, ἐδίδου] in balneo. ὧν idem est atque καὶ τούτων.

84, 4. ἀπῆλθεν. 10. ἀπεςέρησαν] ſcil. τιμωρίας. 27. ὑφέληται] ſubaudi τις. *ult.* poſt verba δρόμος τῦ inſerenda ſunt verba δείσαντος p. 76, 7. cum omnibus, quae inde leguntur usque ad μένων p. 80, 20. ut ſententia ſit: non enim ideo minus ſunt tyranni, ſi arces non inſident, ſi a ſatellitibus non ſtipantur, ſi veſtem civilem gerunt; ſed tunc non ſunt tyranni, ſi plus legibus non valent in ſtudiis ſuis, cum aliis ſtudent, aliis adverſantur; tunc non ſunt tyranni, cum eadem omnia communia habent cum iis, qui eos norunt & vident.

85, 4. f. εἰ ταῦτα πάντα — ſine negatione. quod ſi autem μὴ hic volumus ſervare, debebimus idem μὴ verſu 1. delere, ut ſit ſententia: ſed tunc ſunt tyranni, ſi legibus plus volunt poſſe, & ſi eadem omnia cum familiaribus paria habere recuſant. & poſteriorem hanc rationem priori praefero. 22. ὑπερενεχθῆναι. 26. οἵδε uno vocabulo.

86, 1. κωλύειν. 16. πεπαυμένων. 23. quamnam hic deſignat orationem? eamne, quae eſt a Morello edita, & paulo ante a nobis pertractata, *contra aſſeſſores*? an λόγος hic ſimpliciter eſt rumor hominum, judicium vulgi de ſuorum praefectorum moribus, quo praefert abſtinentes a congreſſibus clandeſtinis, illis, qui iis delectarentur. 26. καὶ eſt delendum.

87. 1. ἦν δέ ποτε — ſcil. apud aliquem praefectum Antiochiae, & cum eo conſueſcebat, chorus philoſophorum ex Apamea, Iamblichus

puta, Sopater, & qui cum ipsis faciebant. v. Fabricii Biblioth. Gr. T. VII. p. 183, *ult.* & 318, 5. 3. ὁ κορυφαῖος] Iamblichus puta, Chalcidensis quidem origine, sed commoratione Apameensis. 4. συγγενόμενος] hominibus puta. ἀνέστρεφε] scil. πρὸς τὰς θεάς. vult dicere, Iamblichum non satis diu rebus humanis interfuisse ad utilitates & necessitates hominum. 7. auctor sim illis, ut vel legationes solemnes mitterent ad ejusmodi philosophos, quae eos ad se, praefectos puta, invitarent. 19. τοῖς ἐπαγγέλλουσιν] scil. χάριτας. illis, qui gratias flagitant. 25. locus hic de Satyro, histrione comico, non potest aliunde intelligi, quam e Demosthenis oratione de falsa legatione p. 242, 20. edit. Lambini. ubi verba Satyri ad Philippum Macedoniae regem sunt: δέομαι δός μοι etc. quae ibi leguntur, ad quae h. l. alluditur. *ult.* non dubito, post ἀμφότερα deesse verbum ποιεῖν, *& tristitiae facere utrumque*, ut scil. eam & excitet & comprimat.

88, 3. τις h. l. est encliticum. 5. θοίνην. 10. φοβερώτερος] subaudi λόγος. illa oratio, quae se rivos contumeliarum in eos, qui rogatam gratiam negent, immissuram esse minatur. 19. post κακῶς videtur σύνοιδε deesse. sive sibi conscius est improbi & illiciti lucri, corruptelae admissae, continet se metu. pro κερδαίνας etiam leg. est κερδάνας. 20. quare, cum quo quis agit & consuescit, facile fiat, ut is eum oratione sua irretiat, atque decipiat. εἰ δ' ἀφέξηται — sin autem

ab

ab eo alienus sit, & procul absit, (aut ab eo arceatur, & ab ejus accessu atque consuetudine distet) qui quaeso is eum aggrediatur? qui machinas ei suas admoveat? qui suis eum arietibus impugnet? 22. ἂν ἄρχων. duobus vocabulis. 24. ἐκείνοις. 26. τοῖς δι' ἐκείνων] subaudi συντετελεσμένοις καὶ ἐλπιζομένοις ἀγαθοῖς. ult. ἐνεῖναι.

89, 4. cum dudum ordinata constitutaque & definita sint ea, quae ad tributa pertinent, item ea, quae ad forum, item quae ad ludos circenses & omnia spectacula. 8. πενθήσει] f. ὑπερθέσει, *prorogatione*, *procrastinatione*. alia autem repentina gerantur dilatione in aliud tempus. si verbum esset πεύθησις pro πεῦσις, *percunctatio*, posset id hic locum habere. 15. post πρῶτος deest ζημιωθησόμενος, aut ποινὰς δώσων, aut tale quid. novit enim assessor, si quid peccetur, se primum delictorum esse daturum poenas. deinde leg. ὑπὸ δύο τοίνυν τῆς ἀρχῆς κυβερνωμένης. *a duobus itaque praefectura cum administretur.* nam ut post τοίνυν aliquid desit, nil video, quod magnopere necesse sit. potest tamen, si quis volet, ἐπισκόπων, vel φυλάκων, vel κυβερνητῶν, vel tale quid haud incommode addi. 18. εὐφροσύνην ἀνεγεῖραι, καὶ ἀθυμίαν κοιμίσαι. 21. οἶδε] l. οἴδε. *penult.* εἰ οἱ κακίας.

90, 7. ad δυνατώτερον subaudiri debet τοσούτῳ. deinde leg. ὅσῳ. 16. aut τῷ αὐτῷ, *qui* (Iuppiter) *ei*, (praesidi illi puta, quem adulatores obsident, & inflant atque dementant) *hoc impe-*

rium dedisset, aut potius αὐτῷ (sine τῦ) *si Iuppiter ipse sibi hanc provinciam regendam delegisset, atque imposuisset.* 22. κακὸν ἑκάτερον. *utrumque malum est.* 24. νόσον.

91, 2. ἢ] l. ἤ. aut alias ab eo rogassent, sibi fatum idem, atque Midae, contingere. 6. πρὸς σελήνην. *mane solem, vespere lunam adorant.* & sic quoque Gothofredus conjecit. 11. φανερὸς] qui sint πλῦτοι φανεροὶ, dictum est a nobis ad Demosthenem, domus scil. in urbe, praedia, possessiones omnes, quas quis tenet consciis civibus omnibus; sed ἀφανεῖς sunt pecuniae creditae, quas, praeter ipsum & debitores, nemo novit. 14. recte margo Gothofredi dat ἐξίασαν. 20. καί γε] l. ἔκ γε. 22. ταῦτα] juvenes puta literis erudiendi, & opera eos in literis imbuendi. 25. μέγα κέρδος] subaudi αὐτοῖς ἐςι. 28. *contentos esse, injuste partis si frui sinantur.* ult. ἐπιτρεπτέον.

92, 4. qui praefecturas [h. e. suos cum praefectis congressus & familiaritates] habebunt pro aurifodinis, & ex iis haud minus emolumentorum percipient, quam ex aurifodina, si quam haberent. 8. f. τοῖς τῦ ἡμετέρε σόματος ῥεύμασι. *nostri oris* (id est mei) *fluentis aemulum*, i. e professorem eloquentiae in hac urbe mecum aemulantem, & meo gregi meisque studiis insidiantem. 9. αὐξηθῆναι] scil. εἰς τὴν τέχνην. poterat ille literis & eloquentia plus profecisse, si minus frequentasset limina potentium, & diligentius domi libris legendis & docendo atque

com-

commentando dedisset operam. 11. τὴν ἀρχὴν] h. e. praefectos, qui nunc essent, & qui deinceps futuri essent apud nos, sibi & jam esse, & deinde fore magno emolumento, per quod plus habiturus esset & plus valiturus, quam sui collegae. haec enim h. l. est. πλεονεξία, non *cupido plus habendi*, sed ipsa jam, ut ita dicam, *plus habentia*, seu usus praerogativarum, cum quis rerum potitur earum, quae aliis negatae sint, quamquam appetentibus. 12. non literis modo illa ejus frequentatio liminum supremi magistratus offecit, sed ipsum quoque in summum adduxit discrimen gubernatione mutata, vel imperio ad alium imperatorem translato; facultates ejus fisco adjudicabantur, & necesse ei erat, longum iter [hinc ad CPlin] suscipere, [ad recuperandas facultates fisco addictas] & diu ibi manere, atque histrionica agenda magnatibus comitatensibus ludum de se facere, & sic artibus mimicis exercendis obtinere facultatum suarum possessionem. 29. recte dat margo Gothofredi ἔχον τὸ μὲν, ubi ἔχον redit ad πᾶν τὸ λεγόμενον & ad τεῖνον; τὸ autem ad πάθος.

93, 2. f. κατ' οὐδενὸς οὐδὲν ἀδικοῦντος. 3. ὁ bene habet. subauditur e proximo (versu 1.) λόγος. 6. μετὰ] l. μὲν. 10. τῶν] l. τοὺς. 11. πιστευομένους. 19. sententia est: magistratus illi medico indulgebant omnia, & condicebant, quae ille ab se emeret precibus & adulationibus, sed rursus aliis, quorum res agebatur, pro parata pecunia vendebat; & semper ille medicus

habebat aliquid in illis rebus, quas eo modo vendebat, h. e. partem eam ipse ferens. sed sequentia τῶν πωλέντων τὰς τάφους non intelligo. forte ante haec verba deest κύριος ὤν. *neque hoc mirum est, nam compos est eorum, qui vendunt sepulcra*, h. e. medicus ille amicus est magistratibus Christianis, qui ei permittunt, sacrilegia quaecunque committere, & templa deorum & monumenta majorum diruere atque expilare. 22. τῷ] l. τῷ. *ei quidem*, medico puta, de quo hic sermo est, *crescebant opes*. & sic quoque vertit Gothofredus. *antepen*. μακρὰ in neutro. scil. ῥήματα vel διηγήματα. *ult*. comma posterius delendum est, & pro ὅτι scribendum ὁ. Constructio est: ὁ χρήζων τῆς ἰατρικῆς δῆλον ποιείτω τῷ προσώπῳ τοῖς παροῦσιν. ille, qui medicatione opus habet, vultu circumstantibus testatum faciat —

94, 1. ἦν spiritu leni. *fi*. se non aliter sui conveniendi copiam esse medico facturum, quam si solam medici personam gesturus introire velit. 3. sed hoc quoque aequum est, ut magister praetorii, cui exornatio & restauratio atque sustentatio aedificii ejus, in quo praefecti commorari solent, item nutritio ministerialium praetorianorum demandata est, (maitre d' hôtel) attendat huic negotio, & cogat medicum loquacem intra terminos praescriptos manere. 5. ἐπιμελητὴν τῷδε (uno vocabulo) τῷ πράγματι. 7. τοιοῦτον] talem medicum, qualem descripserat p. 93. exeunte, μακρὰ διεξιόντα καὶ χωροῦντα ἐπὶ τὰ τοῖς νόμοις μὴ συμβαίνοντα. 15. patre quidem

dem usus in Syria nato, ipse tamen Romae natus. 16. malim ἰθύνων. 23. ἤρετο. cum spiritu leni, & sine jota subscripto. *interrogaverat. ibid.* περὶ τῦ κατέχοντος] *de morbo, qui aegrum jam captum haberet*, vel *occupasset.* 25. ἦν] l. ἦν. tametsi satis poterat aeger tantum loqui, quantum necesse erat, ad declarandam suam molestiam. ἦν ἐν τῷ ἀσθενῦντι τοσῦτον φωνῆς, ὥστε δύνασθαι δι' αὐτῦ δηλῦν τὸ κατέχον αὐτὸν ἀῤῥώστημα.

95, 6. ἀλλά τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς τύτων ἰδίας. sed sermones caedebant inter se de magistratu vel potestate magistratuum gerenda, & de potestate ipsorum [medicorum puta] sua propria. 19. & ex ampliore gyro, qui rebus urgentibus recte datus est, in angustius spatium contrahitur. 25. f. ῥαστώνης εἶναι τῳ δοκῦσιν ἐνδεεῖς. miror, esse, cui praefecti videantur alia quapiam relaxatione opus habere, qui tamen quotidie geminis epulis, iisque tam lautis, pascantur. 27. ὡς ὀὐκ ὄσης ἐκ τῶν σίτων ἀναπαύλας. *quasi epulis non recrearentur homines*, aut ὡς ὀὐκ ὄσης ἐκείνοις ἀναπαύλας. *quasi praefecti recreationibus plane carerent. penult.* idoneae contentioni animi relaxandae.

96, 8. θυμὸν] iram afferens, seu acerbitatem & vehementiam quandam, cum delectatione. nam alea & alii ludi ejusmodi cum delectant, tum contentiosos quoque & pugnaces, & subiratos faciunt, & partem animi virilem alunt atque exercent. 10. δρόμος bene habet, *stadium, curriculum, palaestra.* vel etiam est prompta & expedita facundia. v. p. 233, *ult.* 28. εὑρῆσθαι]

domi fuisse. penult. οἱ λακόντες bene videtur habere: illi, qui fidem mihi venditam fefellerunt, & me ad dominos suos prodiderunt. diejenigen, die ausgeplaudert und mich bey ihren Herren verrathen haben. λακεῖν est *crepare.* nostrum *klatschen, ausplaudern,* sub fide silentii credita & mandata propalare, sileri jussa ad alios referre. si quid mutandum sit, leg. οἱ λαβόντες. *illi, qui pecuniam a me acceperant, quo me ad heros renunciarent domi non fuisse, quum tamen fuissem.*

97, 4. recte dat margo Gothofredi ἄκλητον, idem recte vertit τὴν πρώτην, *ultro, sponte mea.* 6. ἔλαβε] scil. ὁ ἄρχων, aut τις. ἧκεν] venit de comitatu ad urbem nostram, accepit aliquis ab Imperatore praefecturam praetorii orientis. ex urbe in viam huc se dedit. appulit apud nos, ibi alius praefectus me ad se arcessivit, alius id indignum se ratus est. quid ibi ego? vocanti parui, & ad eum accessi. eum autem, qui me vocare omitteret, convenire omisi. 15. καταβάντα] a carrhuca scilicet, qua vehi per urbem solebant praefecti. quam primum me viderat Cynegius, in urbem intrans in carrhucha, capessendi magistratus ergo, descendebat ex ea; qua in re primus fuit auctor exempli sui. nemo decessorum ejus ante eum id fecerat. 18. οὐκ ἀναγκάσαντας] qui me non vocarunt, neque vim adhibuerunt, ut ad se venirem. οὔτ' ἀναγκασθέντας] scil. προσίεσθαι καὶ δέχεσθαί ἐμε. quos non coegi me admittere. 23. μέγα τὸ πρᾶγμα ποιουμένου] aut pro magno honore mihi imputante, quod me ad se

vocas-

vocasset, aut pro magna insolentia & contumacia, suamque ad contumeliam trahente, si vocanti nollem parere. 29. παρὰ δὲ τὸν, antepen. μετ' ἐκείνης.

98, 6. praetereaque carcerario secreta mandata dare, ut me duriter & crudeliter habeat. 7. διδάσκαλον] significat aliquem praefectum, qui carcerem Libanio fuerat minatus, & aegre se continuerat, quin eum vinciret. 10. ἔπαθον bene habet. *quae perpetiebar*, tam tum, quum ille praefectus me minis & terroribus carceris angebat atque exanimabat, quam, quum cognatus meus ipsum in carcerem detrudebatur. utrumque dolore eum afficiebat. 14. ἄληπτος, tametsi ego illis [praefectis] nullam mei cruciandi, terrendi, exagitandi ansam praebebam, & nullo titulo, nullo crimine illi me corripere possent, at erant tamen mihi amici & necessarii, quos telis suis ferire & perimere poterant. antep. τυχόντων] subaudi εὖ. *si bene mihi cum praefectis esset, suas quoque res in tuto & stabili loco fore.*

99, 1. *necessitate victus, cui cedere nil turpe esset post deos, qui ipsi quoque necessitati resistere non possent, tametsi alias essent tam potentes.* hoc est, una cum diis necessitati servire, deos hujus servitutis quasi contubernales habere. 6. post μὲν videtur οὐδὲν deesse. patribus, qui liberos suos meae disciplinae commendarent, ad me commemorantibus, non magni quidem se facturos esse ejusmodi ad magistratus doctorum conventus, tametsi justi & legitimi vel maxime essent; nisi

alia

alia cogerent eos congressus requirere. verum non superesse sibi alia praesidia, caetera enim omnia auxilia nimis sumtuosa esse. 10. declarans, quo sit erga illos congressus animo, (averso scilicet atque invito,) & cum essent alii doctores, qui haec ad eos non commemorarent, qui ad se accedentes opem suam postularent. 14. τἄλλα] l. τἀμά. *res meae non erant optimo loco futurae.* 23. *mihi ergo, qui hominum omnium minime donis caperer atque corrumperer.* 24. ἔδει *quid opus erat?* 28. τὸ] l. aut τῷ aut τῶ.

100, 1. περὶ] l. παρά. *a summo principe.* 16. verba οὐκ ἂν ἐλύθη sunt interpretatio praecedentium. passa non esset lex tua, Theodosi, sortem eandem, quam Cynegii mandatum subiit; hoc est, non esset sublata. 19. ἀμφοτέρων] meam & Cynegii.

101, 2. ᾔτησε, uno τ. *rogare solet gratiam.* 3. οἱ δὲ] l. οἶδε. novit quidem. 24. ζώνης accipio pro officio, apparitione, cohorte domestica officialium & protectorum domesticorum. *ult.* ἐπανερχομένῳ.

102, 13. ἑστιωμένων aut ἑστιωμένοις. 24. τετίμηται καὶ τετίμηκεν. honoratur quidem per speciem ab eo, a quo vocatus est ad convivium, sed vere, tanquam inferior superiorem, honorat eum, & sic inter se gradus honoris permutant, ut convivator homo privatus subeat locum magistratus, & hic hominis privati. *penult.* ἐπαγγέλλειν] *flagitare, poscere.* saepe in hoc verbo reddendo est peccatum.

103, 15. si λόγῳ bene habet, accipi debet pro *meae huic suasioni.* malim tamen νόμῳ legi. 20. σβέσον. penult. πρὸς delendum, ut e fine vocabuli proximi λαμπρὰς perperam repetitum.

Perlectis his duabus orationibus inter se simillimis, ambas ajo a Libanio profectas, sed forsitan diversis temporibus & ad Imperatorem non eundem scriptas esse. Fieri potest, ut illa superior ad Valentem scripta sit. nam haec quidem posterior sine dubio ad Theosium missa est. multae possunt confingi caussae, cur eadem de re bini commentarii exarentur.

AD ORATIONEM VIII.

quae in edit. Morelli sexta est perperam.

AD MONODIAM SVPER CASV NICOMEDIAE.

scripta ergo est sub A. 354. nam p. 202, 11. ait, eam nuper admodum urbem fuisse, nunc rudera esse.

203, 1. primus conditor Nicomedes. 5. c. F. dat καὶ περὶ τοῖς βωμοῖς. nihilo deterius. 10. ὁπόσους. 15. bellum designat Scythicam invasionem sub Valeriano Augusto c. A. C. 258. v. Zosim. l. I. p. 32. edit. Oxon. qui locus insignis est nostri commentarius. 20. f. ποιμένων, ὃς μεγίστην videtur Diocletianum significare. v. Lactant. de M. Persec. 7, 10. 24. γῦ] scil. ὤφειλε δίκην τῆς τοῦ Οἰνέως ὀλιγωρίας πρὸς τὰς θεὰς

de

de quo contemtu Iliad. IX. v. infra p. 252, 18. 28. c. F. dat τὰ παίδων οἷς ἀθύρματα τῦτο. unde possit effici τὰ παίδων, οἷς ὡς ἄθυρμα τῦτο — 31. f. ὅπω τότε ὡς ὕστερον, ἰσχυύσης, aut ὅπω πόλεις αὐτόθι ἰσχύσης. 33. πρὸς τὸ γένος] subaudi σόν. erat enim Minerva Iovis filia, & Iupiter Neptuni frater. Γένος igitur Neptuni erat Minerva. 34. δεῖξαι] c. F. dat ζεῦξαι. non probo. sed videtur in libris quibusdam δεῖξαι, in aliis ἐρεῦξαι fuisse, unde nata illa prava lectio Ferrariensis libri. 39. τεττάρων] scil. πόλεων. quae quatuor urbes sunt Roma, CPlis, Alexandria, Antiochia. 41. quatenus verendum erat, ne pedibus incolarum aegre faceret, longitudine viae puta, si quibus esset necesse futurum, ab uno fine urbis ad alterum ambulare. 42. λόγον.

204, 14. recte dat c. F. ἀγαθῇ. videtur Morellus ideo locum insigniviſſe stellula, quo testatum faceret, se illum corrupiſſe. 21. περὶ] l. πρὸς. 41. καὶ] subaudi a communi, *necesse erat*, ἦν ἀνάγκη, *eo loci devenire, ut similis esset viator iis, qui festi diei finem obierunt*, h. e. aegre ferre jucundi spectaculi sublationem. *ult.* f. μηδενὶ ἐγγίνοιτο παρεισδῦναι κακῷ, *ut malo nulli liceret clam in eam urbem irrepere.*

206, 8. ἀλῶνται. spiritu leni. *oberrant*. 9. καὶ] quum etiam haec cerneres, qui tot alia cernis horrenda & nefanda. 16. μεθ' ἡμέραν suspectum. num μέρει ἡμέρας βραχεῖ. 26. Diocletiano. *penult.* ᾧ] c. F. ὁ dat. f. leg. ὅς, ut ad δῆμος redeat.

207, 11. πάλαι] f. πᾶσα. caetera hujus loci possunt ferri & excusari. 12. ἄμφω] aedificia urbis, τὸ σχῆμα τῆς πόλεως, & corpora civium ὁ τῶν οἰκητόρων φόνος. 17. τελεῖ simplex dat c. F. quod satis potest esse. 19. ἐπ' οἰχομένω, *ob mortem Apidis.* 21. c. F. δάκρυ. nil refert. 23. τὰ ἀπόγεια. 34. ante τῆς deest ἐκ. qui, prospicientes e mari in terram continentem, aedificiorum olim aliquando stantium sedes oculis & manu designabant & notabant. 37. post ἐξέπληξας videtur deesse τοὺς κάτω. manes inferos terrore consternasti, a fremitu tantae ruinae. 42. videtur Morellus ideo hic asteriscum apposuisse, quia in c. F. haec verba non leguntur: τίς ἄν με πτερώσας ἐκεῖσε κομίσειε.

AD ORATIONEM IX.

quae est pro

ARISTOPHANE CORINTHIO.

Aristophanes hic, Corinthius, a Libanio ad Parnasium Augustalem in Aegyptum missus, ab eo fuerat adhibitus ad sortes consulendas. quod uterque exsilio luit. unde ut revocetur, & honore aliquo auctus patriam & bona ademta recuperet, hac oratione Libanius a Iuliano contendit. Ad Iulianum missam esse, apparet e p. 210, 25. 211, 1. 218, 27. ipse p. 42, 28. ait, a se hanc orationem coram Iuliano habitam esse & ei quaesitum honorem. Ejus occasione scripsit

psit Iulianus illam epistolam, quae a Wolfio p. 321. Epistolarum Libanii edita est, cui respondet Libanius epistola 670. ubi ait, se operam daturum, ut epistola illa Iuliani suae pro Aristophane orationi praefigatur, quod tamen omissum est, a librariis certe.

210, 21. Iam si tempus illud Constantii aerumnosum, quo libere loqui non licebat, non praeterisset (sed praeteriit, quod recte factum est, & nobis congratulamur.) 32. libere dicere licet ea, quorum causa forum datum est, h. e. dies judicii data, in qua causa agitaretur.

211, 2. f. Ἀριστοφάνει εἴ τι τῶν. 5. aut ἐφθείης, aut ἐφθήσῃ, ut aliquis in c. F. emendaverat. 16. τὸν] id est παρά. tenente illo tempore, per illud tempus, quod est perexiguum, quod haec mea oratio implebit, sepone tantisper illam, qua forsitan imbutus ad judicandum accessisti, hoc de homine opinionem, & sic sequere ipsam rem & causam. 21. βέλτιστον] scil. τὸν ἄνδρα εἶναι, si res ipsae hominem ostendent integerrimum, tum tu cense integerrimum esse. ibid. aut μὴ est iterandum. εἰ δὲ μή, [scil. tibi si non constabat eum virum honestissimum esse] μὴ μόνον — *tum tu non solum neglectu, sed & poena dignum habe.* aut leg. εἰ δ' οὐ, μὴ μόνον — 33. μικροτέρων] scil. σχημάτων vel ἀξιωμάτων. Isthmia peragebat, non quidem ut coryphaeus thiasi, sed tamen ut coepulo, ut ita dicam, minore cum dignitate & sumtu. 37. εἶναι] scil. Aristophanem. quamquam Menander Senatui Romano adscri-

adſcriptus erat, perfecit tamen, ut filius magis Decurionatui Corinthiaco, quam Senatui Romano adſcriberetur.

212, 6. ἅπαντα καὶ Φιλοτίμως. 19. ϛολῇ] hierophantae puta. 18. ὃ] recte dat c. F. ἢ *profecto enim.* 23. καὶ ἦν ἄν. 28. ἦν μὲν] l. uno voc. ἥκεν. *&, vitam fugiens in reip. tractatione negotioſam, qui devenit in ordinem militarem?* 29. ὁ μικρὸς] *homo abjectus, ex ultima faece plebis.*

213, 3. ἀναπνεύσας, οὐδὲν μᾶλλον ἐπὶ τῆς πλ. 12. per geſtum veſtis, h. e. per Zonam ſeu militiam. Fortunatianus enim, comes rei privatae, illum officio ſuo, ſeu militiae ſuae adſcribebat, & agentem in rebus faciebat. 21. καταπεσὼν] curru clavulari everſus, in viarum anguſtiis & praecipitiis, aut curſus celeritate. 25. ὀῤῥίων vel ὀῤῥείων, *horreorum*, nam hi *curioſi*, vel *agentes in rebus*, ut appellabantur, erant etiam *frumentarii*. v. Guther de officiis domus auguſtae. Eſt hic inſignis locus, unde illorum Curioſorum partes intelligantur. primae erant, ut magiſtratibus majoribus inſervirent ad nuntios cito e provinciis ad comitatum perferendos: ſecundae, ut horrea publica procurarent, & providerent, ne quid iis neceſſariarum copiarum deeſſet: tertiae, ut ad novos conſules codicillos conſulares deferrent: quartae, ut partam ab Auguſto victoriam per provincias & urbes imperii Romani diuunciarent. 41. Muſonium hunc, Praefectum Pr. Or. alii Muſonianum appellant.

λόγυς ὄντοι, οἷς σύνοισθα τὰ βέλτίω. 36. recte dat c. F. ἐμίσησε, & *penult.* φθεῖρον in praesenti. *ult.* Gallorum bona appellat imperium Iuliani, cujus fructus Galliae solae percipiebant, superstite adhuc Constantio Augusto, quum Iulianus adhuc Caesar esset.

220, 3. ἐκεῖνον] Constantium puta. 13. Constructio est: λέγων [subaudi ταῦτα] εἶπε τι, haec omnia, quae dixi, oratione exsequens dicebat, nullum se dubitare, quin primus sit fructum tantae temporum felicitatis percepturus. nam τις referri debet ad ἐνευδαιμονήσει. (sic enim legi debet, uno verbo, non duobus.) 17. f. οἷς ἐναντίας ἦγε, quibus contrarias & invisas atque exosas spes ipse fovit. 20. f. εὐθηνεῖ, *florent, & bene proveniunt.* 23. aut μετρίῳ aut συμμέτρῳ. 26. ὅτε ταῦτ' ἀγνοῶν ὅτε φαῦλον ἡγέμενος. neque parvi ducens patriae praesidere, & pro ea excubare, & stare veluti πρόβολος, scopulus aut moles portui objecta; aut murus moenia sustinens, aut moles in fluvio vim undarum & laminas gelu coactas frangens. 31. signum interrogationis commate mutandum est. 32. potest φράσαι defendi, si accipitur pro imperativo aor. 1. medii. *considera*; sed malim φράσω *dicam.* quidquid hoc est, semper δύναται in singulari est legendum. *ego vero dicam, unde fiat, ut Aristophanes id nequeat facere, quod praeclarum tamen putat & se dignum.* 36. τοῖς διοικοῦσι scil. publicum aerarium civitatum, cujusmodi procuratione Aristophanes quoque functus olim

erat

mat. 44. ἐπειδ' ἔτος αὐτὸς ταῖς μακραῖς.

221, 1. ἐχόμενα bene habet. τὰ τῶν ἐπίπλων ἐχόμενα sunt idem atque ἔπιπλα ipsa, quicquid ἐπίπλων nomine continetur. 2. Aristophane e Corintho, & re, quam ibi habebat, domestica, vasa aurea & argentea arcessente in Aegyptum & in Syriam, ubi causa ejus coram rapacibus illis lupis agebatur, quorum fames donis erat placanda. 17. τῶν πρώτων] concedere illa functionum genera, quae quod sumtuosissima erant, ideo splendidissima habebantur. verum expediet, ais, sanatis diligentia & parsimonia vulneribus illis, quas res domestica accepit gravissima, nummulis quibusdam denuo collectis, tum tandem illuc, ad functiones scil. capessendas, accedere? Ecquis hoc patietur, ecquis hoc ei concedet otium unus eorum, qui hoc ipsum metuunt ne fiat, ut scilicet respirandi tempus adeptus denuo plumas gignat & ditescat. qui hoc verentur, Christiani sunt. hos enim Libanius sugillat, male sibi ab Aristophane metuentes, homine pagano, & a se gravissime laeso. 25. καὶ] subaudi ὡς a communi. nam si ajes, te simplicem daturum immunitatem, honore privatam, & decere Aristophanem, ea immunitate contentum esse: haec, inquam, si tu dices — 27. τοῦτο] quod tu proponis, nuda simplex immunitas. ἐκείνη] quod ego postulo, immunitate cum honore conjuncta. 34. τῶν ἐκείνων ἀναλωμάτων] dura, sed consueta Libanio constructio,

fenſu eſt uſurpatum, & reſpondet latino *conficere.* *ult.* quae poteſt alia reperiri & demonſtrari ratio, unde dilucidius conſtet, Ariſtophanem quaeſtui non patere, neque ab eo capi & vinci poſſe?

224, 7. non video, ſi, qui nunc accuſator eſt, is defenſor Ariſtophanis fuiſſet, quodnam validius & firmius pro ejus ſanctimonia argumentum reperire & proferre potuiſſet, quam hoc ipſum, quo uſus eſt ad eum infamandum. 23. *ἀνάγκας.* 36. *ῥητορικοὶ* tunc videntur appellati eſſe, qui hodie *Studenten*, *gens de lettres* appellantur, cauſſidicinae addicti. 40. ipſam templorum jacentium reſtaurationem huic demandari, ſcelus non eſſe auſim affirmare. video enim, Ariſtophanem hunc non paucis, qui ei rei nunc praeſunt, vitam ſanctiorem egiſſe. 43. *ἐπ' ἐκείνῳ.* ſcil. *τῷ οἰκοδομεῖν τὰ κείμενα τῶν ἱερῶν.* *penult.* Conſtructio paulo intricatior in hunc ordinem eſt redigenda: *ὁρῶ, ὅτι θεῶν οὐδεὶς ἀπελήλακε τῆς ἐπιμελείας τῆς περὶ τὰ αὐτῶν ἱερὰ, οὐδένα ὅςις ἦν πρὸ τοῦ ὑβρισμένος.* video, deorum neminem arcere & excludere procuratione reſtaurationis templorum ſuorum hominem, tametſi antea fuiſſet injuria gravi & contumelioſa laeſus.

225, 7. poſſit *ἠμμένῳ* pro ſcholio verbi *μεμυημένῳ* haberi, ideoque delendum videri. malim tamen potius credere, deeſſe vocabulum *Μουσῶν*, ut ſit loci ſententia haec: *λόγων ἠμμένῳ, Μουσῶν μεμυημένῳ. literis imbuto, a Muſis initiato.* 8. *Δωριεῦ.* 12. Georgius ille Arrianus eſt, a Conſtantio in locum Athanaſii ſuffectus, ad Tre-

viros

viros a se relegati, unde magna seditio Alexandriae. v. epist. Iuliani, unde constat, eum a furente populo discerptum esse. 17. horum enim numinum omnium mysteria aut ipse Aristophanes, aut pater ejus, Menander, peregerat. v. p. 212, *init.* 18. & Aegypti & alius cujusque provinciae, aeque quaestuosae, atque Aegyptus est, praefecturam ei mandasset pro illo mimo, quomodo ejurationem paganismi & professionem Christianismi coram coetu in ecclesia congressio appellat. 21. licentia ipsi data esset ipsum Constantii caput osculari, qui honor non habebatur nisi principibus e summi principis familia oriundis.

226, 14. τὸ] l. τὸ. 18. ζῇς. *quas vidit eorum, in quibus tu, Auguste, vitam quotidie agis.* 21. ἡ πόλις] Antiochia. 22. τὸ ὄρος] Casium. 27. πολίταις] apud Corinthios. 31. μύστην Ἡρακλεῖ παρισούμενον] Iulianum Augustum designat. 33. altius & alacrius & laetius exsultantem, quam omnes alios. *penult.* ὃ] in c. F. est ὄν. leg. ὃ, *quod tu tamen summi facis.* nam ποιεῖ est secunda persona singularis indicativi medii, Attice pro ποιῇ.

AD ORATIONEM X.

CONSVLAREM,

dictam Calendis Ianuariis A. 363. quum Iulianus Augustus Consulatum iniret. memorat eam ipse Vitae p. 43, 44.

233, 29. nam Constantius erat Iuliani consobrinus. amborum patres fuerant fratres. 40. post τῶν videtur ἐλαττόνων excidisse.

234, 3. post τὸν θεῖον excidit τὸν ἀνεψιὸν, quod non solum in cod. Ferrar. sed etiam in latina interpretatione hic legitur: *patruus* est Constantinus M. *consobrinus* est ejus filius Constantius. 33. καίτοι] subaudi κινδυνεύειν. 39. cum itaque Gallus morte mulctatus esset, caussa indicta, non auditus; sed condemnatus modo, quanquam res a se gestas sic satis probabiliter defendere posset. 41. τοῦτον] scil. Iulianum. *ibid.* κτεῖναι] leg. ἐκτεῖναι. *extendere; num crimina* [Galli Caesaris] *ad hunc quoque* [fratrem ejus] *extendere vellet,* [Constantius] *ille, qui istum* [Gallum] *peremerat. antequam.* ἀφεὶς μὲν ἴσχε] scil. ἑαυτόν. abstinuit quidem semet a caede Iuliani.

235, 1. est cavillatio. 24. βασιλείαν h. l. suspectum est, quia modo praecessit. num βλασφημίαν. sic alias quoque appellat Christianam religionem, tunc in aula Constantii obtinentem. si bene habet vulgata, tunc primum βασιλείαν significabit honorem & potestatem regiam universam; posterius autem, principem & ejus amicos, eorumque mores, qui tunc erant. 28. κιγκλίδος recte est in c. F.

236, 15. λαβὼν] Iulianus puta.

237, 4. recte dat codex Ferrar. ἀνήλωσεν. 19. τοῦτον] etiam hunc Gallicum & Francicum atque Alamanicum; ut ille olim Homericus a Vulcano constructus erat in amplexibus Veneris cubans. 238.

238, 8. ἐκεῖ] f. ἐκείνοις. 14. ante χιλίοις excidit numerus χιλίων aut χιλίων καὶ διακοσίων. 20. ἐλέγχει per ε, in genere neutro. redit enim ad ὕδωρ. *aquam quae prodit & arguit matrum perfidiam erga maritos.* 33. ἐπανῆλθε. *redibat domum.* 42. aut ἀνθρώποις leg. aut τῷ μὲν versu 43. ult. τὸν ποταμὸν] Rhenum.

239, 4. οἰκείων non magis intelligo, quam οἱ κείνων, quod est in c. F. latet hic aliquod ulcus. videtur aliquid deesse. num leg ἀλλ' οἱ μὲν ἔμενον ἐπιλελησμένοι κείνων. *alii* (barbarorum) *manebant* (in Gallia penes Romanos, a quibus capti erant. p. 238, 24.) *obliti illorum* (quae scilicet in patria viderant, habuerant, egerant, amaverant.) 13. f. τὸ μὴ ἔνεργον ποιῆσαι. *nam hoc graue non est, terram incultam relinquere, quae nulla est*, vel *quae nondum culta est.* aut saltim τὸ μὴ ποιῆσαι γῆν τὴν οὐκ οὖσαν. ut *terra* non quaevis, sed solummodo culta sic appelletur. 15. recte dat c. F. δὶς πλῆς. 31. ῥεῖ ἐπέρρεον. 33. v. Thucydid. 2. p. 38. ἑκατέρους] Francos & Persas. 43. τούτων] in c. F. est τούτους. leg. τὴν ἀπὸ τοῦ τοὺς νικηφόρους νικᾶσθαι Ῥωμαίους. *ignominiam ex eo exsistentem, quod victoriosi Romani victi essent.*

240, 9. non improbo αἰρομένης, *surgente, sublevante se, caput attollente.* Fuit tamen, cum suspicarer, ἐρρωμένης. *invalescente.* saepe αι & ε in libris permutantur inter se, item ο & ω. saepe quoque ρ geminatur & rursus simplex relinquitur loco non suo a librariis. 14. quis ille philosophus, quem Iulianus Athenis in Gallias evo-

evocavit, & quem carmine laudavit. ut hic auctor est Libanius. 30. ὃς non redit ad proximum ὁ χαρδαίνων, sed ad remotius ὁ φθόνος. 33. ἐψίλωσε, nudavit omnis Constantius Iulianum. 35. χειρὸς συχνῆς] subaudi a communi ἐψίλωσε. 38. προϊστάμενος] bellum Persicum praetexens, & sibi copiis opus esse, ajebat, adversus Persas, unde unde tandem contrahendis. Sic honestissimo praetextu urbes Gallicas, earumque principem, barbaris Francis & Alemannis prodebat, & in manus dabat. 43. recte omittit αἱ codex Ferrar. 44. κῦμα si bene habet, idem erit atque κύημα partus: uxores, quae vix egressae priore puerperio, nunc iterum gravidae erant. penult. τὸν δὲ] Iulianum autem non haec res impellebat, ut Constantio refragaretur. Qui ergo evenit, ut magnus rex, h. e. e Caesare Augustus fieret?

241, 2. οἱ κρεῖττους] suspectum. num οἱ κρείττους, hoc melius perspiciunt utque tenent dii, quam nos homines. 8. sic distinguo: ἀλλὰ τίς δὴ λόγος ἀληθέστερος? sed ecquae tandem causa verior? jam sequitur responsio. οἷος — sed illud vocabulum corruptum videtur. num οἰωνὸς leg. omen aliquod eos impellebat. 11. mandatum (a diis ad Iulianum) veniebat alterum, simile priori (v. p. 235, 34, 35, 36.) addens purpurae (jam antea datae, ut Caesari) diadema. 14. nam & margaritae sunt proventus maris, item ut purpura. 25. recte dat c. F. εἰκός γε τοι τὰς ἐπιν. 37. τὸν δὲ] illum autem, Constantium puta, nihil a proposito deflectebat; Iuliano scil. Augusti honores ne-

gandi.

gandi. 43. κατεῖχε] scil. Constantium, a bello Iuliano inferendo.

242, 3. post τῷ γένει deesse videtur ἀφίςαιτο. *ne generi suo* [h. e. cognato suo, Iuliano,] *parvis de rebus concederet.* 4. ἀφεὶς τὴν λεωφόρον] v. p. 181, 2. 5. ὁδὸν ἀτριβῆ] a Basilea per Alemaniam, Bavariam, Austriam, seu Rhaetiam, in Pannoniam, secundum cursum Danubii. 10. significat Romana in Pannonia, apud Sirmium, praesidia. 14. tunc demum in conspectum venit repente, quum jam ingressus esset in limitem imperii, quod Constantius sibi proprium reservaverat. 15. ἀφ' ὕδρε] primum graecum non est διαφέρειν ἀπό τινος, sed simpliciter τινος dicitur, sine ἀπὸ. deinde quam turpis & ignominiosa comparatio Iuliani, quem laudare volebat, cum hydro! malam profecto gratiam iniret ejusmodi orator a principe non plane fatuo. ut brevis sim, ἀφ' ὕδρε commentum est Morelli, qui, cum reperiret in codice Ferrar. ὑφύδρε, neque sentententiam vocabuli, neque rationem scripturae inusitatioris intelligens, mutabat, & stultam sententiam sapienti pristinae subdebat. veteres librarii solebant mediis in vocibus spiritus adscribere, ut hic loci factum videmus. nos quidem vulgo ὑφύδρε solemus exarare uno spiritu, sed veteres etiam secundo υ in media voce illum adscribebant. Sexcenties hoc factum vidi in Membranis Constantiniani Ceremonialis, quas in bibliotheca hujus urbis publica quondam versabam. est ergo h. l. ὑφυδρος non anguis, sed homo,

homo, urinator, κολυμβητής. 38. peremit morbo (Constantium) proficiscentem (adversus Julianum puta) 40. non satis habuit, avum impugnare, sed etiam, si fides habenda est Isocrati, majus aliquid in eum ausus est, h. e. eum sustulit. quo factum est, ut simul cum imperio Medorum adipisceretur quoque caussam pudoris, ut libere & oculis rectis Medos intueri non posset.

243, 4. f. τὸ ποιῆσαι τὴν κεφαλήν. 7. τῷ στεφάνῳ μὲν ὀργή, τῇ δὲ ὀργῇ κίνησις, τῇ δὲ κινήσει ὁ σὸς δρόμος. recte quidem vidit Morellus, quomodo legendum esset, verum nihilo magis tamen sententiam perspexit. haec caussa erat, cur dii capiti tuo diadema imponerent, *quo coronae succederet ira*, h. e. quo Constantius, ab accepta fama imperii tibi ab exercitu delati & a te assumti, in furorem ageretur, *& illi irae succederet commotio*, h. e. ut actus illo furore Constantius omisso bello Persico & toto oriente, cum omnibus suis copiis castra adversus te moveret, & in Europam proficisceretur, tecum pugna decertandi certus: *et illi commotioni* [Constantii scilicet, cum castris adversus re] *succederet cursus tuus*, h. e. citissimum illud tuum iter a Rheno ad fines Thraciae per Pannoniam, quod iter dimidio mense peregisti. 9. φησί] deorum scilicet aliquis, qui tibi auctor totius hujus negotii erat. *si tu caedem* [Constantii & civium Romanorum] *horres, nil metue, bono animo esto.* nos dii tibi hanc curam curatam dabimus, hunc scrupulum tibi eximemus, curabimus ipsi nos hanc partem

partem tuae sollicitudinis. 11. bene habet vulgata. quotquot scimus Romanum imperium suscepisse, eorum omnium unus hic Iulianus justissime Europae maximam partem & Asiam illi suo imperio, quod antea jam tenebat, addidit. quo facto nihil prius habuit, quod curaret, nihil antiquius, quam templa deorum & sacra. 20. πατρίδα] CPlin. non quo haec urbs nascentem Iulianum prima suscepisset, nam Nicomediae primam lucem vidit, sed quod πατρὶς vocabulum amplioris significationis est. 31. recte dat c. F. ποιῶν ὁ νῦν ἐγὼ βιβλίον αὐτῷ τῇ μεγάλῃ βελῇ — nam in postremo vocabulo, δεικνύων, quod ille codex etiam dat, dissentio. leg. enim ajo esse ἐδείκνυον. conscribens illam epistolam (ad regem Persarum) quam ego paulo ante magno senatui ostendebam. 33. ἐκεῖνος] Constantius. antepen. κατὰ] l. κάτω. qui autem ad litus vel in litore maris habitabant, incolae tractus maritimi. nam ut τὰ ἄνω terram continentem, sic τὰ κάτω tractum maritimum designant. ἀναβαίνειν proficisci in terram continentem, καταβαίνειν, proficisci ad riperiam (ut aevo medio usurpabant.)

244, 19. Demarati nomine designat Antoninum transfugam. v. Ammian. p. 194. & ibi Vales. & Tillemont IV. p. 442. 25. ταύτην ὅς τις εὖ φρονεῖ. quisquis recte sapit.

245, 1. & operam daturum, ut res quam celerrime confieret. 4. v. Iliad. I. 694. 21. f. τὰς πολεμίας. 25. βασιλέας, ut vir aliquis doctus in codice meo editionis Ferrariensis, vel

βασιλεῖς in accusativo pluralis. 26. ἡ τοῖς ἀγροῖς ταῖς ἀγιστείαις. 38. ταὐτὰ, eadem ipsa. 44. γίγνονται.

246, 3. recte dat c. F. τοὺς θεούς. 7. digiti, cruenti puta. 9. codicillos consulares & aliorum honorum, quibus hi honores conferuntur. 11. in c. F. est χερῶν. fortasse leg. est ταῖν δ' αὐτοῦ χεροῖν [vel τῶν δ' αὐτοῦ χερῶν] ἀκληρώσει τὰ πρὸς τοὺς θεούς. 12. *propterea non convocat ad deliberandum centuriones* — 21. ἑ αὐτοῦ δὴ δύντος ἡλίου. *quanquam ipse sol occidit.* in ipsis noctis tenebris. aut αὐτοῦ δὴ ὅμοιον ὄντα ἡλίου. 23. τὴν ἡμετέραν] subaudi ἀρχήν. nostri imperii finibus sunt accolae finitimi, a mari Britannico inde, linea in directum per Germaniam Poloniamque & Pannoniam ducta, usque ad Pontum Euxinum. 24. τοῖς] l. τῆς. 27. vectigalia annua, quae antea solebant a nostris imperatoribus ferre, ut pacem agerent, & finem Romanum ne vastarent, jam desperantes. 29. civium autem quotquot meriti erant, ut male perirent, illi tyrannidis amore [h. e. studio Constantii, & impotentiae atque libidinis, qua eo regnante res Romanae conturbatae fuerunt] semetipsos pessumdederunt. [h. e. effecerunt, ut in exsilium mitterentur] cum ea perficere, quae speraverant, non possent; & quae metuerant, si deprehenderentur atque arguerentur, [mortem puta] non paterentur, non alio fine viventes, quam cudendis ejusmodi [perniciosis] consiliis, [quae in caput auctorum suorum recidunt &

eo

eos perdunt] v. haec de re Ammiani Marcell. p. 325. & ibi Valef. 34. conf. ad h. l. Herodot. 7. 134. sqq. ego quidem, ait, olim admirabar Xerxen — 37. κήρυκες γὰρ ἠδίκηντο — nam ejus praecones violati fuerant, a cuncta civitate. 38. εὐκαταφρονήτως rationes addit, cur illud suum pristinum de Xerxe judicium damnet. Olim, ait, admirabar, Xerxis clementiam, qui legatis Spartanis pepercisset: nunc autem eam minus miror, cum eam cum Iuliani clementia comparo. non enim poterat Xerxes illis non parcere; primum quia injuria legatis ejus facta erat a cuncta civitate Spartana; cujusmodi injuriae non satisfit morte duorum. deinde civitas ipsa erat ei εὐκαταφρόνητος, vilis, quam facile contemneret, ut quae parum ipsi nocere posset. ejusmodi hostes contemtu ulciscimur; honoramus, si punimus. addit tertiam causam, severebatur eorum duorum Spartanorum, Sperchiae & Bulidis, qui se ultro Xerxi ad vindictam offerebant, fortitudinem. Hae tres causae non sinebant Xerxen ab illo pari fortium Spartiatarum poenas sumere. pessime conjecit Morellus in margine ἀνανδρίαν, quod sententiae plane repugnat. Similis locus est p. 254, 8. καίτοι ἔγωγε — *olim quidem solebam beatos praedicare.* — 39. recte dat c. F. ἠγχένθη, verba. ὁ δὲ redeunt ad Iulianum. Hic autem, noster Augustus — 41. malim συγκαθεικότες: scio tamen ἐν & σὺν in compositis saepe alternare. 42. haec eorundem existimemus esse sociorum & auxiliatorum, qui

Argo in custodia obeunda praestant, [deorum puta.] penult. φυλάττωσι] custodiunt, h. e. observant, rimantur quid agant, quid designent, invigilant ipsorum coeptis.

247, 4. καὶ] adde tacite, a communi repetendum, ὡς, & ut nostrum alter alteri in aurem insusurret, (quod credibile est a nobis fieri) suum de oratore [h. e. de me nunc dicente] judicium, sive praeclarum illud est, sive minus honorificum de ipsius eloquentia: sic illi quoque [dii puta, familiariter cum Iuliano agentes] eum moneant atque doceant, si quis res novas parturit, & conspirationem adversus Iulianum. 6. ἐκεῖνοι scil. οἱ θεοὶ ἐμήνυσαν, honorem deferentes ejus oculis in eo, quod ipsis se conspiciendos offerunt. 19. ἡσύχασας: in secunda persona singularis aor. 1. conquievisti. stulti quidem te apud nos otium agere ajunt, ego vero te ajo bellum gerere. 21. εὕρηταί τι μεῖζον. & eorum, quae ad bellum pertinent, (vel quae viam bello muniunt) repertum est & cognitum, esse aliquid majus atque potentius ipso proelio. 30. aut pro μάχης leg. est καὶ νίκης, aut utrumque sic est jungendum: καὶ μάχης, καὶ νίκης, καὶ τροπῆς. 33. ἐπεὶ] i. interea dum adhuc procedebant in conspectum mutuum ambo exercitus ex adverso. 34. παρ' ἐκείνων] a diis puta. 41. εἰ ἡττῶντο. penult. οὐκ ἀσπίδας οὐδὲ θώρακας, οὐδὲ ἀκόντια.

248, 2. τὴν δύναμιν] id est τοὺς στρατιώτας, cui sequentia ἐχόντας & θέοντας accommodavit, ad rem significatam respiciens. 15. orationem

pro-

prosam ἀρόμῳ designat, ut v. χολῇ vorsam, seu poesin. 17. bene h. l. habet vulgata. in ἄκως λεκτικῶς subauditur λόγως a communi. v. p. 260, 13. ubi ad τὰς ἐπαινετικὰς etiam λόγως debet subaudiri. Iulianum, ait, omni genere orationis excellere, prosa, vorsa, epistolis, dialogis, vel genere disputatorio, carmine heroico, (nam illud est κάλλος ἐπῶν) 25. θατέρᾳ φωνῇ] altera dialecto, graeca puta. nam quamquam latine quoque eum ait nosse, tacite tamen negat eum ita bene latine, atque graece, nosse. v. p. 265, *ult. ibid.* τῇ τελεώτατα. 26. οὐκ αὐτὸς ἐπαινῶν] scil. τὴν ἐμαυτῆ φωνὴν πατρῴαν. non ego graecum sermonem ea laude afficio, ut dicam, eum esse perfectissimum, studio ejus extollendi, sed sequor in ea re judicium Hannibalis. nam ὁ Καρχηδόνιος (ut leg. est versu 27.) est Hannibal, quem e Cornelii Nepotis vita Hannibalis exeunte constat, senem jam literis graecis operam dedisse, & graece nonnulla conscripsisse. 34. posses carere commentariensibus. 36. οὐ πρεσβυτέροις τῆς ἀρχῆς μόνον ἐκτήσω πόνοις. *non solummodo laboribus peperisti & acquisivisti tibi, tuo imperio antiquioribus.* 42. ᾄδεις] *clara voce pronuncias.*

249, 4. victum admodum paucum & tenuem, qui aegre sufficiat vitae extrahendae, graeci *pastum locustarum* appellant. locustae enim dicuntur aëre & rore victitare. 11. nam, quod fieri nequit, ut, qui hoc victus genere utatur, & hunc vivendi ordinem observet, amori flagitioso & turpi serviat, hoc detrahit ejusmodi vitae

253, 3. ναὶς. 6. ὑμᾶς bene habet. *omne vestrum* [ω dii] *studium*. h. e. omne studium, quod circa vos versatur, omnis cultus vestrorum numinum & vestrarum religionum. v. versu 8. ubi ὑμέτερον κλῆρον, *vestram sortem*, *vestrum patrimonium* appellat fana deorum. & versu 18. 7. νεκρῶ τινος φήμην] loco deorum, qui sunt, collocarunt in eorum templis vanam traditionem, famam, commemorationem alicujus hominis mortui, qui nullus est. Christum vellicat. 9. ἔτος] Constantius. 12. assentior Morello ἦν addenti, sive post βελτίων id fiat, sive post κηλίνων. 22. ἔξω] publice, in templis publicis. ἔνδον] privatim, domi suae. v. p. 245, 39. 30. οἷον αὐτ — πάρεστι bene est dictum, significatque idem atque οἷον πάρεστι τῷ φοίνικι, τῷ ὄρνιθι, εἰ δὴ πάρεστιν αὐτῷ τὸ λεγόμενον. quale quid contingit phoenici, avi, si modo verum est, quod ajunt ei contingere. propterea addit ἂν versu 34. ad γέγονε, *esset facta*, vel *evasisset*; non *facta est*, neque *evasit*. sub conditione loquitur, si esset talis avis, inesset ei haec proprietas.

254, 3. quasi si secunda fortuna ad brevissimum aliquod momentum per fenestram capite exserto prospexisset, nobisque se ostendisset, eoque facto rursus caput retraxisset atque auffugisset. 7. praefero ἔτως e margine. 15. πορεύεσθαι] ire iter irremeabile omnibus eundum. 34. τεθέντος] id est καταστεθέντος, καταλυθέντος. 36. ἄνδρα] Heraclium aut Heraclitum. v. opera Iuliani a p. 180. ad 238. & Fabric. B. G. T. VII.

VII. p. 79. 80. apparet ex hoc loco, falli Petavium existimantem a Iuliano has disputationes apud Antiochiam esse conscriptas. Libanius enim hic testatur, eas illum edidisse CPli. 38. Σινώπης. per jota. 41. elegantia literarum suarum cogebat nos fugere conatum epistolas exarandi, aut hoc studium abhorrere, & de gloria ex eo quaerenda desperare.

255, 3. στρατηγὸν] Themistoclem στρατηγὸς] Miltiades. 6. ergo libros suos contra Christianos Antiochiae conscripsit. 15. punctum commate mutandum, & καὶ delendum, ut natum e proximo S. 20. σὺ cohaeret cum τὴν γνώμην versu 21. 26. possit etiam lectio marginis ἐπιθυμῶντα ferri. 28. recte lectio marginalis omittit μὲν.

256, 9. τὸν ὁμώνυμον] id est τὸν ὕπατον. Consulem. nam anno sui consulatus periit Iulianus. 12. post ἐνιαυτὸν deesse videtur εἶναι vel simile quid. *tu autem totum annum esse sinebas collegae* [ejus, qui Iuliano in Consulatu collega erat] *tametsi jam senex ille erat.* ὁ δὲ] Iulianus autem in medio Consulatu occidebat. 14. clare apparet ex hoc loco, quo tempore Iulianus in Persia occidebatur, aut paulo post, Olympia Antiochiae esse celebrata, ergo aestate A. 363. 25. sed esto, tam nullam habuerit Iulianus suae curam salutis, at Venus tamen cur eum non eripuerit, aut Minerva, id vero miror. 28. παλαιάς in accusativo pluralis. *penult.* f. καὶ πάλαι δὲ ηὔδύμετο, ὡς ἄν.

224, 8. f. θεῶν τῶ λόγῳ δέχεσθαι τὰς ἐπινικίας. v. tamen p. 248. (Morell.) 17. ubi etiam λόγῳ deest ante διαλεκτικῶς. 22. ἄλλοις] quibus ipse heros non interest.

225, 1. melius edit. Morell. τὸ χαρίσασθαι, & 3. εἰ καὶ μὴ λόγῳ. 9. malim παραπέμποντες. 22. videtur ad orationem aut τὴν προσφωνητικὴν aut τὴν ὑπατικὴν respicere, orationem certe aliquam, in qua res a Iuliano in Galliis gestas verbis extulerit.

226, 5. τὸ] f. τῷ. 14. recte dat editio Morelli τοσοῦτον πόνον ἀρξάμενον. 15. aut delendum τι aut leg. ἔτι μὴν ἔτι καὶ πρότερον. 20. ἐμένετε] *manebatis*, in auditorio scilicet, ubi tum dicebam, neque me dicentem deserebatis, sed sustinebatis.

227, 1. paulo mollius dat editio Morelli τὴν μὲν ἀρχήν. 14. aut ἔχειν leg. aut δικαιοτέρως, ut etiam Morellus in margine annotavit. 17. Anicii Iuliani filiam, Basilinam, significat, matrem nostri Iuliani. 19. Constantinum M. significat, qui Anicio illi pepercit, victo Maxentio, cum quo ille fecerat. 20. ἐκεῖνον] Anicium Iulianum. 21. f. ἄρχεσθαι. *pati se gubernari*, vel *parere*, praecipiebat suis, ut in Anicii exemplum intuentes ei parerent. *ibid.* ποιεῖ raro significatu hic est usurpatum pro τεκνοποιεῖ, vel γεννᾷ, *gignit, generat*.

228, 10. πειράσεσθαι in futuro. 25. καλούμενον] a magistro intus, in auditorium. 27. μένειν] foris, in vestibulo auditorii. *ult.* ἀκοῦσαι δὲ

ταῦτα, iisdem appellationibus se pati appellari a magistro, quibus alii condiscipuli appellarentur.

222, 14. recte dat edit. Morell. ὁ [illegible] αὐτὸς εἰς τὴν τοιαύτην [illegible] τοῦ διδασκάλου. nisi vulgatam tueri malimus, quod unusquisque suum magistrum διδάσκαλος suos habebat, quod adhuc hodie quoque obtinet, συνδιδασκάλους, quos collegas & collaboratores appellant.

230, 5. ἐμὸν] sibi, Constantio puta. 11. post ἤδη addi debent e codice Morelli haec verba καὶ πόλιν ἐπὶ πόλεως. 15. τὸ recte abest a codice Morelli. post τοῖς λόγοις addi velim μετ. ult. recte dat codex Morelli καθ' ἡμέραν.

231, 2. δὲ] recte codex Morell. δή. 7. post ἐκείνων videtur aliquid deesse. nam εὐλογοῦν vix videtur ad ὁδὸν referri posse.

232, 1. recte codex Mor. βασιλεύειν οἱ τὸν ἀδελφὸν, id est βασιλεύειν αὐτοῦ καὶ τὸν αὐτοῦ ἀδελφόν. 8. aut μένοι aut μένοιεν. 17. recte codex Mor. τὴν δὲ γνώμην [illegible].

233, 19. γε] malim δέ.

234, 8. δεικνυμένη] ostensa, praemonstrata, ab aliis Iuliano, non ab hoc aliis. 11. ἀλλοτρίαν] tolerabilior haec est lectio, quam λύτρα, quod est in codice Morelli. veruntamen ne ipsa quidem sincera. Libanius scripsisse videtur χαλεπωτέρα, etiam altera. Latina puta. 18. f. εὖ φρονοῦντος. 17. aut νεῶν est leg. (scil. τῇ οἰκουμένῃ) aut νεῶν νεοῖς.

αὐτὸν] in c. M. est αὐτῶν. nil refert. 19. μεγίστων. scil. οἱ ἔχματα versu 17. potest tamen vulgata defendi, si refertur ad Iulianum. v. versu penult.

247, 8. v. Tillemont. T. IV. p. 413. qui putat, Treviros & Coloniam Agrippinam designari. 17. recte dat c. M. κατεργάσατο. in singulari. redit enim ad Iulianum. 22. αὐτῶν] l. αὐτὸν. 24. τε] recte c. M. τι deinde comma velim a σπένδεται ad χρόνον transferri. v. p. 258, antepen.

248, 5. in c. M. est ὑβρίσων. f. voluit ὑβρίσαι. Haud scio, Marcellum ne, an alium significet. Marcello successit Barbatio, quem versu 21. designat. quare necesse est, ut διάδοχοι hoc versu commemoratus sit alius. 6. τάδε] recte c. M. τά τε. 16. ἤχθετο non est in c. M. sed male abest, nisi volumus leg. καὶ πρὸς τὴν ἀνάγκην ὀργῇ κατείχετο. sed punctum ante μακρὰν ἔσαι est collocandum. μακρὰν enim pertinet ad δύναμιν: videns Constantius copias, quae cum Iuliano essent minores esse, quam pro tantis coeptis. 21. ἡγεμόνα] Barbationem.

249, 9. post ἔλαπαστ addit c. M. τὰς δὲ διέῤῥηξε. quod probo. 20. ὡς] apodosis huius initii est p. 250, initio capitis 25. cum enim — tum auditis his. 22. ἐπέπρησαν. 25. ὅπως] l. ὁπόσων aut ὁπόσοις. ut aut ad στρατιωτῶν aut ad χερσὶν redeat. penult. potest ἀνίστη resuscitabat, restaurabat bene habere, & ad Iulianum referri. sed tum non habebit ἔμελλεν p. 250, 2. quo

refe-

referatur, & necesse erit aliquid deesse; quod nil erit, si ἀνέςη admittimus. nam tum poterit in ἔμελλεν subaudiri τὰ κείμενα. *Et cum haec nuper desolata loca, quae autem auspiciis Iuliani resurrexerant, viderentur Caesari motus hostium cito esse significatura.*

250,6. non debebant haec a superioribus novi capitis signo divelli. 8. ἀμῶντας cum spiritu leni. 12. recte dat c. M. αἳ τὴν γῆν αὐτῶν ἐποίουν, πολεμεῖν αὐτὸν ἔφασκον. & id quoque latina interpretatio exprimit. 22. ἤκουσεν] verbum ἀκούειν h. l. usurpatum est eo modo, quo solet saepissime usurpari, pro perceptione mentis, tametsi ea a tacita libri alicujus lectione oriatur; verbo, pro discendo. sic creberrime occurrit ἀκούομεν Ὁμήρου. discimus a vel ex Homero. vel etiam novimus ab Homero docti. est ergo h. l. ἤκουσεν didicerat, perceperat, imbiberat, hauserat e lectione veterum historicorum, qui suis, quos laudant, imperatoribus fortes & splendidas orationes in os dant, quas illos recitantes producunt. *penult.* καὶ recte deest codici Morelli.

251,4. codex Mor. τοῖς δὲ ἀφαρ. perinde est, sed idem versu 5. melius dat ἢ πρότερον. 16. recte ab eodem abest δὲ.

252,9. ἀντετέτακτο cod. Mor. *penult.* loco τῷ ibidem est τῇ. & τὴν deest eidem, unde conjicio, Libanium dedisse ἐν τῇ μάχῃ τῇ παρὰ τῶν Κορινθίων πρὸς τοὺς Κερκυραίους ναυμαχίᾳ.

253,7. recte c. M. μεμελετήκασι. 9. f. ἐνέκλιναν. 20. malim καὶ abesse. nam verba

omnia a versu 12. ὁ μὲν γὰρ ad ἐπιτρέψειν sunt in parenthesi interjecta. 23. δὴ] l. δὲ e codice Morelli, & versu 26. καὶ αὖθις συνέμισγον, ex eodem.

254, 1. c. M. ἠπείγοντο. 5. idem ἐπεκαλύπτετο. 8. adde ex eodem post ἦσαν haec verba τῶν κειμένων αἱ νῆσοι τοῦ ποταμοῦ. 14. malim φερόμενα. *ult.* ἄνδρα] cod. Mor. ἄρχοντα.

255, 7. τῆς abest a c. Morell. 15. idem ἀγωνισαμένων. *penult.* deest eidem μάλα χρόνιοι, non probo.

256, 2. recte c. M. πότερον. *utrum.* est hic ὑποφορὰ cum responsione, & altera occursio, cum responsione altera. Sed utrum tu vis? reddiditne Iulianus suos milites disciplina meliores, eos, qui natura mali erant? si hoc ais, magnum ais. quid enim majus est, quam majora humanis viribus efficere. Altera hypophora: At ais forsitan, illis fraudi fuisse segnitiem ducum? 10. tertia occursatio. cui item respondetur. 19. recte codex Morell. addit τις post ἄν.

257, 2. καὶ respectum habet ad reliqua supplicia, quibus eos afficiebat. tribuens hoc victoriae, ut, cum caeteris suppliciis, non item extremo quoque supplicio eos afficeret. 4. μέγαν hic loci est procerum, excelsum statura corporis. 10. recte dat c. M. τῆς λείας. in genitivo sing. 18. ἦν] Constantius puta. *ibid.* διὰ τοῦτον. propter hunc, Iulianum.

259, 2. post δὲ deesse videtur aut αὐτῷ aut λαβεῖν.

260,

260, 1. aut ἀποβαλόντας leg. ut ad πολεμίους redeat, aut οὐκ versu 2. delendum.

261, 11. ἦν suspectum. num ἔχων aut κεκτημένος. 18. vere ingruente. 20. τὸν ποταμὸν] Rhenum.

262, *penult.* ἂν deest cod. Morell. nec valde necessarium est.

263, 14. τὴν οἰκείαν. *patriam*, *penult.* c. M. ἐπίμπλατο. *ibid.* f. δῆμοι.

264, 24. pro λογιστὰς in c. M. est λόγους, quod etiam ferri possit. laterculum impensarum militarium ut appellabantur, in ea insula faciendarum pro alendo milite praesidiario. pro ἣ *quae*, leg. est ᾗ *cui.*

265, 6. ἐπιτρεπόντων] scil. τοῦτο γίγνεσθαι, h. e. frumentum e Britannia in Gallias advehi. 21. f. Φλωρέντιος δὲ ὁ γενναῖος, ὡς μὲν ὕπαρχος ἐδίκαζεν, ὡς κλέπτην δὲ πάλαι εἰδὼς — opponuntur inter se πάλαι & τότε. πάλαι εἰδὼς & τότε εἰληφώς. dudum norat eum, furem esse, sed tunc demum manifesto deprehendebat.

266, 14. designat Sallustium. v. Tillemont IV. 505. 19. λόγοις] designat illam epistolam, quae adhuc hodie legitur in operibus Iuliani, p. 242. ad p. 253. *penult.* locus hic ex edit. Morelli sic debet restitui: κηρύττουσι λύπην ἔτι, καὶ ἅμα μὲν ἔστενεν, ἅμα δὲ τῶν ὑπολοίπων εἴχετο. sed idem quoque partes reip. adhuc reliquas incuratas curare, ut adhuc fecerat, atque amplecti pergebat. τῶν ὑπολοίπων repeti debet non ab οἱ ὑπόλοιποι, sed a τὰ ὑπόλοιπα.

267, 4. τούτων] Constantio & Florentio. 7. Heracleam in Gallia Narbonensi ad ostia Rhodani reperio. sed haec ab h. l. aliena est, debet urbs quaedam in litore Gallico Britanniae opposito esse. 8. ἀνίστη. *resuscitabat.* 10. οἱ προσδοκώμενοι κωλύσειν sunt populi illi barbari, (Saxones, Chamavi, alii) quos esse commeatui frumenti e Britannia arcessiti intercessuros speraverant Florentius & ejus amici. v. Tillemont IV, 433. 12. ἐνσπόνδων.

268, 6. recte dat c. M. στρατοπεδευσάμενος, 12. τὸν] f. τό. 21. f. ἐνεπλήσθη.

269. 19. recte dat c. M. τὴν pro τῶν, pacem Gallorum, h. e. pacem eam cum barbaris, qua Galli fruerentur, non opus habere militibus. 24. ἐχυρὸν, quod dat codex Mor. non est contemnendum.

270, 10. τὸν ἐναντίον recte dat c. M. 17. εἴγε] praefero e codice Morelli εἰ καὶ.

272, 22. recte dat codex Mor. εἴπερ ἐν αὐτοῖς.

273, 13. *Iuliano quidem omnia, quibus putabat furorem ruentium sistere posse, exponente.*

275, 6. recte dat c. M. τὰ κείνου. Constantii puta. qui eum Constantio faciebant. 9. praefero ex eodem πρότερα. *antepen.* f. πράξαντος. illo, Magnentio, adversa fortuna uso.

276, 13. ἀκούσας. 17. ἐκεῖθεν] a Iuliano. ἐνθένδε] a Constantio. 22. verba ἐν τούτῳ usque ad finem capitis possunt ut in parenthesi posita accipi. nam oratio versu 15. in πρεσβειῶν. coepta &

& nondum perfecta continuatur, & novo quasi principio instauratur p. 277, 4.

277, 4. recte dat c. M. καὶ πάλιν. 7. ὡς]. idem codex ἢ dat. perinde est. 8. f. καὶ πρὸς χάριν αὐτῶν. 12. praefero ἐνετρύφα e c. M.

278, 5. recte dat c. M. πᾶν, & 8. γεννησαμένην. in φυλάξαι subauditur τὸν ὅρκον. 18. ἐκολάκευε] Constantio puta. 19. cum omnes omnium in se iras manumque omnem concitasset ejusmodi contumeliosa oratione, meritusque ea esset, ut jure potuisset videri contruncatus esse, si contruncatus fuisset. 21. τῇ. scil. χειρί. si nempe νεφέλῃ servamus. possit quoque ὑπὸ τῆς legi, scil. χειρὸς. sed tum νεφέλης quoque debet exarari. protectus & servatus est, tanquam a nube quadam, ab illa manu, quae prima omnium eum ferire & concidere debuerat. h. e. ab ipso Iuliano. alludit ad nebulas, quibus objiciendis dii Homerici suos heroas laborantes e periculis eripiunt. 23. forsitan sit, qui clementiam hic loci usurpatam minus probet. sed quid agas? ejusmodi est clementia nostri principis; [ut scil. haud raro modum excedere & importuna videatur esse.] *antepen.* ἐφέρετο] Iulianus puta per Germaniam mediam, in Pannoniam & Illyricum penetrans.

280, 15. ὃ] recte dat c. M. οἵ, & 22. τὰς pro οὐκ.

281, 6. ἔθυόν τε] c. M. ἐθύοντο. nil refert. 15. τὸν διάπλουν] copiarum Constantii. in c. M. τὸ διαπλέων. quod si refingis in τὸ διαπλέον, potest

etiam probari, subaudiendo μέρος τῆς δυνάμεως τῆς περὶ Κωνςάντιον. 20. τῷ σώματι. 23. recte c. M. κόμπυς, ut est apud Sophoclem Antigones versu 130.

283, *ult.* praefero ἀποτετμήσονται e codice Morelli.

284, 17. τέμνων καὶ καίων. 19. malim τῇ χειρί.

285, 21. recte dat c. M. πρώτυ. scil. ἀγαθῦ, & 22. ταύτην τε ἐν. & 24. καὶ θεμέλιον, & 28. περιέτηξε (a περιτήκειν) & 29. αὐταῖς (pro αὖ.)

286, 8. αὐτῶν τῶν συγγενῶν. 14. c. M. sic dat ὑτ' ἀπήλαυνε κατεπάδων τε ἐνῆγε. 16. τε non est in c. M. aut omittendum, aut cum γε mutandum.

288, 2. πρὸ primi loco habet c. M. recte περί. 8. f. τὰς δὲ ἀνεσπακυίας ἢ πάντα ἢ τὰ πλείω..

289, 16. c. M. οἱ δὲ τὴν ὐκ ἀξίαν.

290, 11. ἐπήγγελλον per ε in prima syllaba. *postulabant, flagitabant. ult.* c. M. κεκοινωνήκεσαν dat, quod verum erit, si reponas ἐκεκοινωνήκεσαν.

291, 1. pro τύτυ est in c. M. ταύτῃ, unde colligitur, in libris quibusdam fuisse sic exaratum: ὡς ταύτῃ δὴ κρύψοντες (in nominativo plurali) 6. post καὶ videtur deesse ὕδρυς, ut ad hydram Lernaeam alludatur. 9. f. in τεθνάναι definit caput 64. & tum incipit caput 65. a verbis: Μετὰ τύτυς τρίτην μοῖραν κακύργων.

292, 9. praefero, quod est in cod. Morell. πρ. άμενος.

293, 4. poſt δὲ addit c. M. ἦν. pro τε hoc ipſo verſu malim μὲν. 12. c. M. ἅπαντας. non probo.

294, 2. μὲν] hujus loco c. M. recte dat τε. & 18. πεισαμένῳ. *qui nondum paſſus erat.* poſſet quoque legi πειρασαμένῳ. *antep.* ἐποίησε] c. M. dat ἐποίει δὲ. voluit editor ἐποίει τε.

295, 8. recte dat c. M. ἢ καὶ πλειόνων.

296, 2. recte rurſus idem πολλῷ, multo graviora & pejora. & *ult.* recte addit τὸ poſt τι. ſed δεξόμενον minus probo; malim δεξάμενον.

297, 10. ψυχαῖς] imo vero βελαῖς.

298, 3. τὰ χωρία h. l. ſunt τὰ βελευτήρια. 14. in c. M. eſt εὕροις. unde poſſit haec lectio effici: εἰσὶ τοιγαρεν καὶ νῦν πολλοὶ, ὡς ἂν εὕροις. vel, quod praefero ἔτι τοιγαρεν καὶ νῦν πολλὲς ἂν εὕροις. 19. ὡς, ὧν πρότερον. 22. recte c. M. dat ἀποβαίνεσιν ἐπ' ἀγορᾶς ἐμβάλλοντες.

299, 3. ἔθηκεν ἐφ' οἷς εὗρεν. *praeter vel poſt eas, quas invenit.* 5. recte addit c. M. ἀνθρώπες poſt γενομένες. nam poterat alias dubium eſſe, quo pertineret γενομένες, utrum ad νόμες, an ad ἀνθρώπες. 6. τῶν πάλαι. 14. τριῶν] ſunt hi tres, Paulus delator (verſu 15.) Euſebius eunuchus, (verſu 22.) & Urſulus comes ſacrarum largitionum (p. 300, 1.) v. Tillemont. IV. 508.

300, 11. in c. M. eſt κατ' ἐδὲν. mihi videtur legendum eſſe κατὰ τεδε. *contra hunc, in hunc,* Iulianum puta. 24. recte dat c. M. ἐςήξεσαι.

301, 13. ſignificat Maximum Epheſium. 15. ἐξ] l. ἐκ. 18. recte dat c. M. Σωκράτη.

in accusativo. nam utrumque dicitur in eo casu, Σωκράτην & Σωκράτη. 20. c. M. dat Ταύρε. l. Ταυρέε, ut est apud Platonem. In ἐκεῖνος subauditur ταῦτα ἔπαθε πρὸς Σωκράτην, ἃ ἔπαθε. 21. ὁδὶ δὲ] scil. erga Maximum se gessit talem.

302, 9. recte dat c. M. τύπων. antepen. ante aut post ἔχοι deest ἀπολαύειν, vel simile quid.

303, 2. recte dat c. M. ἔργον. nam. δύο non ad ἔργα redit, sed ad λόγυς. 6. τὸ πρᾶγμα] vitae institutum, philosophia. 20. c. M. Συρίαν. nil refert.

304, 2. significat Celsum. 9. πολὺς] celebrabatur a multitudine frequentantium. 18. a verbo αὖθις incipit illa magna lacuna, quae est in editione Morelli, & procedit usque ad p. 318, 14. ubi verba ταυτὶ δὲ ψηφισάμενος (versu 14.) leguntur in editione Morelli p. 304. unde insequentia continuo tenore procedunt usque ad p. 354, 12. Fabricianae editionis, & Morellinae p. 323. ubi tamen facta transpositio. quae aegre verbis potest declarari, nisi quis ambas editiones simul inspiciat, & inter se conferat paginas Fabricianae Morellinae.

354, 12.
361, 12. cum paginis 323, 1. & 301, 1.

305, 10. μεθαρμόσας. per ο. 12. Συρίας χρέα τε λύσας ταῖς πόλεσι. cum reliqua [ut appellantur] remisisset urbibus Syriae, h. e. debita antiqua. ut sic esse etiam a Wolfio editum, in appendice centuriae epistolarum Libanii, quam ille A. 1710. edidit, in adversariis annotatum a

me reperio. Possedi olim eam Centuriam, nunc ea careo; quare non possum alias inde lectiones repetere, quam quas olim inde excerpsi & in schedas retuli. quanquam non dubito, plures inde potuisse excerpi, & eas non contemnendas. *penult.* τῦ πρότερον recte dat editio Wolfii; & id quoque latina interpretatio exprimit: fore, qui segnitiem ei atque ignaviam & imbellem animum exprobret, quae essent in Constantio, decessore suo, notata.

306, 1. recte dat editio Wolfii εἰ ὁ καιρὸς. post εἶχε asteriscum praeferebat, ac si aliquid deesset. sed nil deest. 4. πρεσβεῖαν.

307, 6. recte Wolf αὖ.

308, 12. Wolf dedit κυρίαν. non multum refert. malim tamen hoc, quam κυρίαν.

309, 3. longa custodia, & umbra atque tenebris & situ carceris maceratis, tabidis, & jam ante circum confectis bestiis.

310, 4. καταβάς.

311, 25. recte Wolf. τῶν βυβλίων.

313, 10. Porphyrii opus contra Christianos designat. 19. edit. Wolf. ἡ γυνή. nil refert.

314, 3. aut ὐδενὸς aut ὐδαμῶν. 12. ἐκοινῦτο. communicabat cum diis, referebat ad deos.

315, 17. recte Wolf. εὐχερῶς.

317, *ult.* Tyrum designat.

318, 4. forte Porphyrium designat. 5. τῶν δὲ] Apameenses puto designari. 6. τῦ μὲν] Iamblichus est. 8. τῦ δὲ] Sopater. *ult.* ὧν —] videtur assessores judicum indicare.

 319,

319, 6. recte dat c. M. ἕκαστον. & ad dicentis quodque argumentum crebra adversarii insequebatur e continente objectio incipiens a verbo. ὦ ἑταῖρε. significat libertatem utriusque partis in judiciis disceptandi & jurgandi. 7. μὲν] f. μέντοι. *verumtamen hoc ad omnes* — 9. recte c. M. ἀρχομένης. nunc demum inceperunt omnes in communi vita inter se hanc amicam appellationem usurpare, ab ipso inde Imperatore, usque ad infimum civem. 16. recte c. M. καὶ τὸ δῆλος. 20. locum hunc sic exhibet c. M. τῶν ἐκείνῳ συγγινομένων αὐτὸν ἔχειν μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ θαυμάζειν. quae lectio leniter immutata vera videtur, si scil. pro αὐτὸν, cum spiritu leni, legatur αὑτὸν, cum aspero, & pro ἐκείνῳ legatur ἐκεῖνον. *si nemo posset semetipsum magis, quam eum,* (Julianum) *admirari.* h. e. efferre, se fidere, & sibi placere.

320, 10. recte post βασιλείαν addit c. M. ποιεῖν. 13. διὸ] non satis bene concludit, neque cohaeret. in c. M. est διά. fuit scil. in aliis codd. δι' ἅ, in aliis δι' ὅ. perinde est. forsitan ita dedit auctor: δι' ἃ δὲ, θεῶν οἶμαι καὶ τοῦτο εἰδέναι. *cur autem sic statuerint dii, id scire, ut alia multa, deorum esse puto.* 24. c. M. πλέον. quod saltim est usitatius. *ult.* f. ἴσον aut ἴσα.

321, 3. κομίζοντες] agentes in rebus. v. Vales. ad Ammian. p. 70. 18. ἄστρων] c. M. ἀέρων. non prorsus male, sed praestat lectio Fabricii.

322, 24. εἴσω θυρῶν] carceris puta. videtur significare, tantummodo in vestibulum carceris

illos

illos Antiochiae decuriones esse ductos, non autem ipso carcere conclusos.

323, 2. ἐκάθευδον. 22. transmissis illis poenis, quibus animadvertere potentes in humiliores suae dignitatis violatores solent, ultione rhetoris, seu ea, qua rhetor ab hoste suas poenas repetat, contentus fuit.

324. 1. πρῶτον] praefero πρόσθεν e c. M. 2. quis ille Romnus, quem noster ait insolentia verborum invectum esse in Iulianum? 24. f. ἦσάν τε ἀγαθοὶ, καὶ ἐδόκουν εἶναι, οἱ δὲ ἐδόκουν μὲν, ἦσαν δὲ οὐ τοιοῦτοι. admonet etiam c. M. de vitio lectionis Fabricianae, nam in eo est ἦσάν τε ἀγαθοὶ καὶ ἐδόκουν μὲν, ἦσαν δὲ οὔτοι τοιοῦτοι.

325, 9. f. ὁρᾶν. penult. reverentia ducebatur diuturnae consuetudinis.

326, 12. ἐκόπιζε non magis intelligo, quam ἐκάθιζε, quod est in c. M. sententia postulat verbum significans, *tulit*, *toleravit*. *ibid.* τὸ δὲ μὴ βούλεσθαι [vel θέλειν] δοκεῖν. 16. loco secundi τῶν dat c. M. καί. non male. sed perinde est.

327, 4. recte c. M. ἔδεισε. 7. f. τὴν ἐξ αὐτοῦ τῶν ἠϊόνων. vel τὴν ἐξ αὐτῶν αὐτοῦ τῶν ἠϊόνων. 24. pro βασιλέως est in c. M. βασιλ unde efficere malim βασιλικοῦ. *antepen.* praefero e c. M. ὥσπερ, ut mollius hic sonans.

328, 14. ὁ μὲν] Persa. 17. ὁ δὲ] Constantius.

329, 1. post ἐπυνθάνετο deest aliquid, e. c. παρετάττετο, *prodibat Persa in aciem*, aut εἷλε πόλεις. 9. f. ταῖς αὐτοῦ χερσὶ συντελεῖν. 13. signi-

significat pugnam ad Nisibin. 16. ἤδη] c. M. δὴ. perinde est. 25. f. τὸν μὲν χεῖρον τῆς φύσεως, τὸν δὲ διαθεῖσα βέλτιον. *ult.* ἐν ὅπλοις arcte est cum ἀνδρῶν conjungendum. *viri in armis* sunt homines armati.

330, 2. κώμιδις. per οι, a κῶμος. *comessatio.* 16. recte dat c. M. ἐδυσχέραινον.

331, 26. meliori ordine dat c. M. οὐδὲν ἂν ὀνῆσαι. deinde aut προρηθὲν leg. aut προειρημένον.

332, 26. recte abest a c. M. secundum τῆς.

333, 11. in c. M. est βαρυνομένους, possit βαρυνομένας ferri. 22. f. τὰ τρυφῆς ἐχόμενα.

334, 1. Cercusium. 16. Dora. 19. recte dat c. M. αὐτοῦ.

335, 2. pro ἐτάραξε est in c. M. καὶ καταταράξας. unde effici debebat καὶ καταράξας, a verbo καταράσσω. (ἀράττω, non ταράττω) *antepen.* ἀρτίως abest a c. M. nil refert. *ult.* καὶ non est ante ὅπως positum in c. M. sed post. quod movet suspicionem ejus loco leg. esse δὲ. quia μὲν praecessit. idem codex habet νήφωσιν ἐσκόπουν.

336, 18. c. M. κατατέμνοντες. 19. recte idem τῷ ποταμῷ. id est τούτῳ τῷ ποταμῷ, Euphrate. 26. ἐκείνοις] militibus Romanis, qui cum Iuliano adversus Persas moverunt. *ibid.* οὐ] recte c. M. ὁ. *militibus nostris ille labor omnium fuit difficillimus.*

337, 13. potest ἐχοῦντο quodammodo defendi. *obruebantur*, velut ab aggere. malim tamen εἱλοῦντο, *volvebantur, volutabantur.* 17. post δεινῶν adde e c. M. οὐκ ᾤμωζον, οὐκ ἐδάκρυον. idem dat

dat versu 19. ὁ ῥήματα ἀπέῤῥιψαν πικρά.

338, 11. aut ἀποςρέψειν & ἀποπνίξειν, aut cum c. M. ἀποςρέφειν & ἀποπνίγειν. 15. pro verbis μετ' ὀλίγον dat c. M. οὐκ ὀλίγοι. 17. Pyrisabura.

340, 27. recte c. M. κἂν τῷ βάθει. sed circa τὸ πλῆον videtur τοῦ πόνου deesse. *ult.* recte c. M. ὑφ' ἑτέρων, sed μικροτέρας est suspectum. si *breviorem* voluit dicere, debebat βραχυτέρας dicere. sed *brevitati* locus hic nullus est. fortasse μακροτέρας. quae via esset quidem paulo circumductior atque longior, at eadem tamen aquarum nullis incilibus intersecta.

341, 3. recte c. M. δίψην. 10. videtur Atilium Regulum denotare. 21. f. γὰρ leg. est loco δὲ. *antep.* praefero ἐξεληλέγκτο e c. M.

342, 20. recte dat c. M. Δεδέσθαι, castelli hujus nomen neque Ammianus neque Zosimus edidit.

343, 18. f. τὸ αὐτῶν ἔδρων, milites Romani opus suum faciebant, h. e. strenue cuniculos producebant, intra moenia, h. e. sub navibus suis inversis, quae ipsis nunc loco moenium vel vinearum erant.

344. 1. τοῦ δὲ ὀρυττομένου recte dat c. M. 3. ἀναῤῥιχώμενος. ab ἀναῤῥιχᾶσθαι. 17. post φονεύειν deest haec sententia: ἀλλ' οὐδὲ τούτους μέντοι ἔδει φονεύειν ἅπαντας. nil opus erat Romanis quam occurrentes occidere, quamquam ne hos quidem omnes occidere necesse erat; nam plurimi

primi sese ipsi praecipiti e moenibus ruina exanimaverant. 21. recte dat c. M. οὐδεὶς ἔχειν αἰχμάλωτον & 22. ἀφίεσαν. scil. Romani Persas, aut Persae semet ipsi.

345, 20. sic distinguendum: ἀντικαθιστᾶσι καὶ μὴ, [scil. ἀντικαθιστᾶσι] τὸ φρούριον. geminum erat Persis damnum eventurum, sive id restaurarent, sive sinerent devastatum jacere. nam si prius, magno impendio & longo tempore erat ipsis res constitura: sin hoc, carituri erant magno praesidio. Deinde incipit nova sententia: Οὕτω δὴ λαμπρὸν καὶ μεῖζον ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ πεπραγμένον — *adeo erat hoc facinus nobile & splendidum & humano majus ingenio.*

346, 12. recte dat c. M. παθὸν. & 25. κάλλας δὲ ἅπαν.

347, 2. δὴ] l. δὲ. 4. δὲ] l. δή. 7. f. καὶ τρίτα ἔτι, κάλλει μὲν. 11. Seleuciam & Ctesiphontem significat. 14. οὐ μακρὰν interpres expressit. sed vulgata οὐ μικρὸν [id est μετὰ χωρίου οὐ μικρὸν] videtur bene habere. non modico inde intervallo. 21. recte dat c. M. ἀναπλέοιεν. 23. f. κἀν [id est καὶ ἐν] μέσαιν ταῖν π. in ed. Mor. est πόλεων. quod non damnem. v. p. 348. 7.

348, 6. Trajanum significat. 18. adde e codice Mor. post ἐστι haec tria verba: καὶ ὡς κέκλεισαι.

349, 5. recte abest τῶν a c. M. 13. ὁ μὲν] Euphrates. ὁ δὲ] Naar Malca, canalis factitius, a Trajano factus, per quem Euphrates in Tigridem sese exonerat. ὁ δέ τις ἀπωτέρω] Tigris

ipse.

ipſe. *antepen. aream jubens complanari, in qua ludos equeſtres exhiberet.*

350, 22. ὑφ' ᾧ] quem hic deſignet, non memini. Victorem profecto non deſignat.

351, 1. ἕτερον ἄνδρα] is Victor eſſe videtur. 5. recte dat c. M. καὶ ὃ τῆς χειρὸς. *& qua in parte manus*. ſenſus, quem lectio Fabriciana dat, abſurdus eſt. qui enim ſcire mortalium quisquam poterat, quis ille eſſet hoſtis futurus, a cujus manu Victor eſſet vulnerandus; & ſi ſciret etiam, quid faciebat ad rem, nomen hominis omnibus ignoti tenere. ὃ hic loci eſt idem atque ἐν ᾧ τόπῳ καὶ μέρει. 6. τοῦτο] f. leg. τρίτον. *adhuc quoque tertium hoc addebat.* 17. τει eſt vitium typographicum edit. Fabric. l. τε c. M. 22. idem recte dat ὅπως μὲν, οὐδ' ἄν.

352, 21. c. M. dat καλύψαι ἐξακισχιλίους νεκρούς. ſententia eadem manente. quantum enim terrae ſpatium occupant mortui juxta ſe per ſuperficiem terrae jacentes, tantum occupant iidem ſepulti juxta ſe jacentes. 26. recte dat c. M. τὸν Κτησιφῶντα. eſt enim non hominis modo, ſed urbis quoque nomen generis maſculini.

353, 6. τούτων] redit ad Perſas. ſed videtur aliquid h. l. deeſſe. f. ſic leg. eſt: μετὰ θαύματος τῷ αἵματι χρωσθέντες οἱ κτείνοντες &c. *& horum* [Perſarum] *quaquaverſum oculos cum ſtupore circumferentium ſanguine inquinati occiſores horum ſeſe lavabant ipſo fluvio.* 14. καθεκάστων per α. ſubaudi εἰσβολῶν. & ea, quae unamquamque irruptionem Perſicam in ſolum Romanum conſecuta

ſunt,

ſunt. 17. praefero κᾀκεῖνα e c. M. 21. idem recte dat εἴρετο. 26. verba ὡς ἐπὶ πολλῷ τὰ τότε ἐνίκων non ſunt Perſarum confeſſio, ſed ipſius oratoris judicium. cujus tamen ſententia non ſatis eſt clara. εἰπεῖν (verſu 25.) eſt idem atque *confiteri*, *aſſentiri*, *affirmare*, συναινεῖν. dixerat modo. ſi quis Perſas interrogaret, vellentne, ſi fieri per rerum naturam poſſet, neque clades intuliſſe Romanis olim a ſe illatas, neque accepiſſe nunc a Romanis acceptas, affirmarent illi ſine dubio, ne ipſo quidem rege ſuo excepto. Iam ipſe auctor ex illo concludere: ὡς [id eſt ὥστε] ἐπὶ πολὺ τὰ τότε νικᾷν. (ſic enim leg. videtur) unde conſequitur, res tum geſtas [a Iuliano contra Perſas] *ad multum* (ſcil. μέρος) h. e. multis partibus vincere, ad dolorem ſcilicet Perſis creandum. *antepen.* ante εἰς deeſt ἐκ. Conſtantius in nulla non expeditione a ſe contra Perſas ſuſcepta coactus eſt ad induciarum poſtulationem deſcendere. *ult.* ὁ δὲ] rex Perſarum puta.

354, 5. non improbo αὐτοῦ. ſed etiam αὐτῶν probum eſt, quod habet c. M. v. ad Polyb. p. 316. 8. Hormisdam ſignificat. 11. κοινῶσαι τῷ βασιλεῖ τὸν λόγον] in his verbis deſinit. p. 322. edit. Morelli, & in iisdem incipit. p. 301, 1. quae igitur ibi p. 301. 302. 303. 304. ad verſum 18. leguntur, ea inter finem paginae 322. edit. Morell. & initium p. 323. interponenda ſunt. nam a verbis παρὰ πάντων, in quibus p. 304, 18. fragmentum illud deſinit, incipit rurſus p. 323, 1. extrema clauſula. v. infra p. 361, 13.

355, 1. quotus quisque est is, qui, cum vellet militibus suis planum & testatum facere, quantum imperatoriis suis artibus terrorem incussisset hostibus, & quantam ad trepidationem eos adegisset, tum nollet legatos ab hoste de pace conciliandae missos ad exercitum producere, ut in concione militari conditiones oblatae publice audirentur? 16. τε] malim μὲν. 21. τῆς οἰκείας] viginti millia designat, ad Tigridem praemissa. v. p. 332, 20. *ibid.* τῆς συμμάχε] socios Armenos designat, de quibus ibidem exposuerat. 22. τῆς μὲν] redit ad Armenos. 23. τῦ τὸ ἔθνος ἔχοντος] Arsacis puta. ἡ δὲ.] redit ad Romanae militiae illam partem ad Tigridem ablegatam. 27. πρὸς αὐτὺς] Persas puta. *ibid.* f. ἡ τῶν ἡγεμόνων. 28. recte dat c. M. ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους φιλονεικία. *ult.* ἅτερος κινῇ] Procopius. ἅτερος μένειν] Sebastianus.

356, 12. malim δὲ. 15. κάλλιον γὰρ ἦν] subaudi τῷ πυρὶ ταῦτα ἀφεῖναι. 16. recte dat c. M. ταὐτὸν δ' ἂν εἰκότως ἐδρᾶτο. tantundem fuisset, etiamsi superstites relictae essent naves, & igni non consumtae. Totus locus ita est reddendus: Naves, secundum prius illud ejus consilium, igni sunt permissae. praestabat enim eas igni, quam hosti, cedere. quamdiu enim decretum & fixum manebat, domum redire, tantumdem erat naves aut comburere, aut salvas servare. semper inutiles manebant Romanis; tametsi prius consilium non obtinuisset, quod erat na-

ves comburere, ſed poſterius viciſſet, quod erat naves ſervare.

357, 18. negat Romanos in illis navibus jacturam feciſſe; cum eas amiſiſſent, quibus nil poterant uti, etiamſi ſervatis. Perſae autem damnum in illis erant paſſi; hi enim poterant uti ſervatis. *antepen.* de cibis ſuis cum fiducia apponebant captivis ſuis, quia certi erant, non defuturos ſibi eſſe commeatus in regione tam ubere. πρόσθεσις eſt appoſitio ferculorum.

358, 1. f. καὶ πολὺ φαυλοτέρας. *& multo deteriore.* ἐν μέσῳ] h. e. ἐν τῇ ἀρχῇ, ἐν τῇ εἰσόδῳ καὶ συνόψει. 4. deſignat Niſibin aut Singaram. 8. recte dat c. M. καὶ χρυσὸς. 9. τινος deeſt eidem. 22. ὑπιέναι τὸ δόρυ dicitur aliquis, cum haſtae hoſtis ſeu e plano, ſeu e loco ſuperiori (ut equitis) ſecum pugnantis ſubit, ut intra haſtam ſit, & ipſe quidem hoſtem gladio ſuo ferire poſſit, hoſtis autem haſta ſua, telo eminus utili, in eum, qui nimis prope jam acceſſerit, uti nequeat.

359, *penult.* ſignificat, mendacem eſſe illam a Chriſtianis ſparſam famam, Iulianum a telo quodam Perſico temere emiſſo peremtum eſſe. nam a ſuorum manibus & ſcelere eum ait periiſſe.

360, 24. recte dat c. M. δραμὼν. redit enim ad δόρυ.

362, 2. pro ſecundo ἡγοῦντο recte dat c. M. ἤδη. facile id e priori ſubauditur. 17. recte dat c. M. τῷ φαρμάκῳ. 22. αὐτῷ dat idem codex. nil intereſt. 27. χρόνον] malim πόνον.

363,

363, 23. v. Thucydid. 2, 65. *antepen.* ὅσον dat c. M. fuitne in codd. quibusdam ὅσον ὄφελος ἦν.

364, 17. fic leg. e c. M. ἀποκρινόμενος, τοῦτο δεχόμενος, ἕτερον ἀναβαλλόμενος. 21. f. ἐσπάνιζον, καὶ ἡ τοῦ καὶ δεινοῖς ἤδη συγχωρεῖν ἀνάγκη περιειστήκει. & neceſſitas nunc tandem circumſtabat vel ipſis nefandiſſimis conditionibus ſubſcribendis.

365, 15. recte dat c. M. ἐπήγγειλαν. *imperarunt, poſtularunt.* 20. aut μέρος addendum eſt ad τρίτον (nam hoc ſine illo ſic nude dici pro *tertia rei parte* non memini) aut potius leg. eſt τρύφος *fragmentum.* 21. delenda ſunt ſigna parentheſeos. nihil hic neque interjectum eſt, neque omiſſum, neque redundans. quicunque dimidiatum ſcutum, aut fragmentum haſtae, aut alteram ocream ex humero dependentem referebat ex illa expeditione, ille Callimachus audiebat, h. e. dicebatur egregie dimicaſſe. 24. f. ταῦτα ἂν ἀνατρέψαντος. & hoc quoque interpres latinus expreſſit. *penult.* τούτοις] his meis auditoribus, coram quibus loquor.

366, 16. recte praepoſitum οὐκ habet c. M. ante v. ἐπιεικέσι & 19. ὦ τέλους τ. δ. ἀναξίους recte dat.

367, 11. τοὺς τάφους] eccleſias Chriſtianas. Pagani enim tam impuro nomine eas tunc appellitabant. 12. ἑκόντων, *ultro, ſponte ſua.* 27. aut deeſt παρέξειν ante vel poſt προσδοκώμενον, aut potius leg. eſt προσδοκώμενα.

368, 1. οἱ μὲν] Maximus Ephesius, Procopius & similes, qui ob Iulianum morte multati sunt. 11. recte dat c. M. ἴσχυσεν ἄν. *o quantum virtutis illo superstite valuisset & obtinuisset.* 12. post ἐξ ὐρανοῦ deest aliquid, e. c. νῦν δ' ἀνέπτατο, vel νῦν δ' ἀνέςρεψε, vel simile quid. quae, regnante quidem Iuliano descenderat e coelo, nunc autem, illo sublato, rursus illuc reversa est. *ult.* sic restitue e c. M. ὐχ ἵνα ἀπολαύσαιμεν, ἀλλ' ἵνα, οἵων ὐκέτ' ἀπολαύομεν, εἰδότες ςένωμεν, γεύσας ἀφείλετο. caetera omnia bene, modo ad γεύσας nonnihil adhaereo. sine dubio post h. v. deest ὁ δαίμων, deus (vel sors) eum nobis eripuit, posteaquam ejus gustu levi vix imbuerat, non quo eo satiaremur, sed quo ingemisceremus, intelligentes, quantis bonis in posterum frui negatum nobis sit.

369, 18. delenda signa parentheseos. 19. f. ἱερείοις. quibus enim victimis, & quo thure placati sunt dii, eorum pretium nunc est dependendum, quanquam ignis dudum ea depavit. *ult.* c. M. dat καὶ δεῖ γεγυμνωμένον. haud scio, an recte, &

370, 2. πιεζόμενον. quibus admissis, ita erit versu 5. leg. διδόναι, καὶ ἀναγκάζεται. ut constructio sit: δεῖ γεγυμνωμένον καὶ πιεζόμενον διδόναι, καὶ ἀναγκάζεται ὁ τοιοῦτος διδόναι. 9. recte dat c. M. κάταπτείνηται.

371, 4. clare loquitur hic locus, sub Valente dictam hanc orationem esse, si dicta unquam fuit, certe non ante A. 365. exeuntem. 9. αἰρῦσι,

αἰρεῦσι. a verbo αἱρεῖν. 22. terrae hic motus contigit menſe Iulio A. 365. v. Tillemont V. p. 78. *antep.* qua de urbe Romani imperii loquatur, Romane, an CPli, an Alexandria, an Antiochia, non dixerim. propendeo tamen illuc maxime, ut exiſtimem Alexandriam hic deſignari, non Antiochiam, quia in oratione, qua eos refutat, qui ſe importunum appellaverant, negat, eo terrae motu quaſſatam Antiochiam, quo Cyprus inſula eſſet vaſtata. ſed ille terrae motus, qui Anno Chr. 365. evenit, Alexandriam graviſſime afflixit. (v. Tillemont l. c. & Fabric Bibl. Gr. T. VII. p. 199, 16.

372, 1. recte dat c. M. αὐτῷ. Iuliano puta. hae ſunt illi quaſi inferiae, a Terra aut a Neptuno certe oblatae. vulgata αὐτῇ non poteſt alio, quam ad γῇ referri. ſed vide, quae oratio ταῦτα τῇ γῇ παρὰ τῆς γῆς. ſed recte vidit auctoris mentem interpres, ut αὐτῇ quod operae Fabricii dederunt, malim ipſorum errori, quam conſilio editoris, imputare. in ταῦτα ſubauditur γέρα. v. verſu 12. 7. malim εὐθηνεῖν. 10. recte c. M. τὸ μήπω τεθνάναι.

373, 1. aut hic μέμψεσθαι leg. aut verſu 4. χρήσασθαι, id quod etiam ibi legitur in c. M. 5. recte abeſt ab eodem codice τι. *antep.* ſic diſtinguo: ταυτὶ μὲν ἐκεῖνος ἄν. [ſcil. λέγοι.] *haec ille quidem dicat forſitan.* ἐγὼ δὲ τούτοις ἔχοιμ' ἄν τίνα προσθεῖναι? *ego vero quaenam his adjungam?* reſponſio ſtatim ſequitur ἓν μὲν —

374, 6. εἰσαγαγὼν, *post introductam a se felicitatem.* 16. ἐκείνε utrumque redit ad γῆρας βασιλέων.

375, 3. c. M. sic: εἴτε φίλτρον, εἴτε φόβος μὲν ἐπεῖχε. forte dedit auctor: εἴτε φίλτρον, εἴτε φόβος, [subaudi ἦν, vel adde, si mavis, ἐποίησεν, per me licet] ὁ μὲν ἐπεῖχε — 11. recte cod. M. τῆς λύπης ἡμῖν ἀφαιρείτω, καὶ πρὸς τέτῳ (in dativo.) 20. non modo τε, sed totius loci hujus ratio ipsa monstrat, aliquid deesse post ἄξιον.

376, 2. τῇ] scil. μορφῇ quae h. l. est *elegantia.* 12. ἕδεσιν. *statuis.* v. p. 305, 17. 14. ἐκείνε. 19. c. M. dat δὲ, loco δή. *antep.* recte c. M. προσέγραψαν. unde sic leg. & distinguendum est: λέγονται γὰρ αὐτὸν εἰκάσαντες κεραυνῷ πυρὶ εἰκάσαι. γράψαντες γὰρ κεραυνὸν, προσέγραψαν τὔνομα.

377, 4. c. M. τῦ Πλάτωνος. nil refert. sed tamen pari modo paulo post versu 7. τῷ Πλάτωνι legitur. 8. post σκόλια recte addit c. M. τέτῳ παιᾶνας. subauditur ποιεῖν δεῖ. 22. f. μᾶλλον εὔλογον.

378, 10. ταυτὶ dat c. M.

AD ORATIONEM DE VLCISCENDA IVLIANI NECE ex editione Fabricii T. VII, Bibliothecae Graecae.

146, 10. δὲ] l. σοὶ.

147, 8. χειρωθεῖσαν,

148, 18. punctum plane delendum, & οἱ δ' in unum vocabulum est contrahendum οἵδε *hi eorum*. inter se ista opponuntur. *penult.* comma signo interrogandi est mutandum. nam τῷ interrogat. *quonam? quanam re?*

149, 9. lacunam illam olim implevit nomen aliquod proprium hominis Christiani. 10. τῷ σφῶν αὐτῶν ἄρχοντι] Iovinianum designat.

150, 14. potest στρατείαν defendi. *expeditionis hujus suae se non poenitere*. sequentia tamen monstrant στρατιὰν leg. esse, & p.

155, 8. transtulerunt Scythae [h. e. Gothi] in patriam suam ingentes Romani imperii opes, magnam felicitatem, opus longi temporis. *ult.* f. δακρύων πηγὴν, οὐχ ὑπάτου στολήν.

157, 4. δευτέραν]. ἐπανάστασιν. puta Eugenii. nam prior illa rebellio erat Procopii. 9. ἐλπιζόμενον. mortem speratam fugiens, h. e. formidatam, cum metu exspectatam.

158, 2. τραπέζης καὶ σκηνῆς τοιαῦτα. 5. φόβος, quod codex manuscriptus dabat; non debebat mutari. nam bona ea est lectio. terrae motus significatur. φόβος est omne, quod homines, quia exhorrescunt, refugiunt. *penult.* ἔμελλον. ὅδε ὁ φόβος —

159, 4. f. οὐκ ἐπιθέντες. cum negatione. 8. ἐλαύνεσθαι] exagitari, circumagi, tanquam a furiis, ut nullo loco possit consistere.

160, 9. queritur militibus deletis & consumtis eo necessitatis deventum esse, ut coloni ab aratro abstracti armarentur, & militiae adscri-

berentur. 19. ἐγὼ δὲ —] sequitur ἰάσω, quod huic adhaeret, p. 161, 6.

161, 3. μελλήσοντος.

163, 1. αἰσχύνοιντο. 7. recte dat c. M. ἔδειρα, *excoriassem.* quod supplicium erat Persis usitatum, ut ex Herodoto & ipso Libanio constat, qui horruisse quosdam Persicas δορὰς ait p. 339, 7. (p. 315, 20. edit. Morell.)

164, 21. τοῦτο] scil. τὸ φονευθῆναι τὸν βασιλέα. sed malim τοῦτον (scil. τὸν φόνον.).

165, 1. τίνες. *ult.* paria cum Lynceo praestitisse, mentis tamen ille perspicacia, non oculorum, qua hic celebratus est.

166, 1. emendandum erat ἥρητο. 13. εἶθ' [uno vocabulo] ὑπὲρ *adeone ergo* — est ab εἶτα. *itane vero* — *& jam nos.* 17. εἰς τὸ τὰ τοιαῦτα.

168, 13. τοιοῦτον. 14. στρατιαῖς. ubi στρατιαὶ sunt *legiones.* 18. πρὸς τὸν μέγιστον. *penult.* μίαν] *unam eandemque omnes latebram subeuntes.*

170, 4. πεπονθότων] subaudi σχέτλια, vel ἀνόσια.

171, 2. videtur hic aliquid deesse. τοὺς συνεργήσαντας vel συνειδότας τῷ ἀπεκτονέναι vel simile quid. aut legendum est τοὺς ἀπεκταγκότας vel ἀποκτείναντας. *antepen.* τὶ οὖν τοὺς σὺν 'Αγαμ.

177, 4. δὴ] l. δεῖ. 6. οὔτε delendum.

178, 7. post ἄγουσαν deest, aut saltim tacite supplendum est (solet enim hoc quidem in ejusmodi re omitti) λέγουσαν vel φάσκουσαν. αὐτῶν redit ad Persas, ἐκείνων ad Romanos.

179,

179, 1. τὺς αὐτὺς] eosdem milites, qui nunc Scythas fugiunt, & exhorrescunt, & metu eorum per antra latitant. 4. ζῶντας. in accusativo plurali.

AD ORATIONEM IN EOS DICTAM,

a quibus Libanius molestus, vel superbus potius & gloriosus & importunus fuerat appellatus; a Fabricio item T. VII. Biblioth. Graecae p. 179. ad 207. editam. Conjuncta ea est quodammodo cum superioribus orationibus ad Iulianum extollendum comparatis. nam in ea defendit suum studium tempora Iuliani praesenti miseriae temporum praeferendi. quod ei studium molesti vel superbi & gloriosi & importuni nomen invenerat. βαρὺς est, qui nimia & importuna sui & laudum suarum ingestione alios praegravat. sane negari nequit, immodestum jactatorem sui Libanium fuisse. pag. 206, 12. commemorat Imperatores. Sunt illi procul dubio non Valentinianus & Valens, sed Gratianus & Theodosius. Nam p. 200. cap. 25. attingit ingentem illam Romani cladem exercitus, quae Valentem sustulit.

180, 10. μετὸν. 15. aut ταυτὶ aut ταῦτα. 22. καὶ εἶχον.

182, 6. pro οἷος malim οἷ: quo. quem in locum, ubi desideam, vel confideam, ingressus in praetorium, παρὸν, quanquam licebat honestiore, alti-

altiore, digniore in loco confidere. 13. codicillos quaeftoris fignificat, a Iuliano fibi tributos. 20. aut ἐρχοίμην aut ἔλθοιμι.

183, 22. τῷ μὲν] abavo. v. vitam p. 2. 24. προμάθοιτο in duo vocabulo eft dividendum προμάθοι τό. 26. θατέρε] avi materni, nam maternum defignari, non paternum, declarat p. 184, 1.

185, 2. ἐπεσόμισα. 17. καίτοι —] hic deeft aliquid. f. ἀνθρώπε οἷε τε [vel εἰδότος] ὅπε ποτ' ἦν πάντα τόπον — hoc, quod illi dicunt, molefta & taedii plena jactantia & inculcatio fui decet hominem qui folet, aut novit, ubicunque eft, omnem locum implere — 26. τῦτο] confcientia acceptorum ab alio beneficiorum. 27. ἐκεῖνο] commemoratio & exprobratio eorum. *antep.* τὴν ἐμαυτῦ. fubaudi πόλιν. difpiciamus, an non bene fim de patria mea meritus, eo, quod vinculum rupi. *ult.* Conftantium defignat.

186, *antepen.* f. πονηρὸν ἂν ἦν τεκμήριον.

187, 10. diftinguo fic: τί δ'? ἐν ταῖς ἀῤῥωςίαις, ἔςιν εἰπεῖν, ὡς τὰς μὲν — quid autem? poteftne jure affirmari me, morbo aegrotantem, — 16. τὴν φορὰν (quod h. l. tantumdum eft atque εἰσφορὰν) *hanc collationem, contributionem.* v. p. 333, 30. edit. Morelli.

188, 14. non fatis intelligo hunc locum. fortaffis hoc vult: fe faepe queftum effe de clamorum illorum importunitate, cum alii locos quosdam Platonis aut Demofthenis, quos interpretaretur identidem, divinos, egregios, perfpicuos,

cuos, admirabiles praedicarent; alii obscuros, humiles, languidos, jejunos esse dicerent. quae sunt inter se multum dissita judicia. 18. prologi appellabantur illae oratiunculae, quibus interpretationi alicujus auctoris praeludebant. 20. ἐςὶν ὅτε τολμᾶται.

189, 5. aut τῦτο leg. aut servato τύτων addendum est ὐδὲν ad ὐδεὶς. 23. ἀηδής.

190, 10. τύτοις. 20. πολλαὶ αἱ θυσίαι. *penult.* ὕτως. *omnibus omnino miseris commune auxilium.*

191, 17. *iis, qui antra semetipsis*, seu *corporibus suis, impleverunt.* designat monachos, anachoretas. v. indic. Gothofredi ad orat. de templis, v. *monachi.*

192, 5. orationem Liban. a Bongivoanni editas p. 85. 10. ἐζήτησε (a verbo ζητεῖν.) 16. f. ἀλλ' ὅπυ ταῦτα ἐςὶν ἔτι. 22. significat possessores glebarum decurionalium, qui eas haereditate avita quondam accepissent, ad eam paupertatem decidisse, ut tueri glebas illas diutius nequirent, sed necesse haberent, eas vendere, hominibus peregrinis, sed opulentis.

193, 12. μίσει. (a nominativo μῖσος.) *non tam odio patriae suae.* post τῆς ἑαυτῦ [subaudi πόλεως] deest aliquid, quod clare patet e praemisso ὐχ ὕτω. e. c. deesse ὡς δέει τῶν τῆς βυλῆς ταλαιπωριῶν. vel simile quid.

194, 7. οἱ μὲν ᾤχοντο ἀπιόντες.

195, 1. ἦν] f. ᾔει. *ibat ereptum.* 7. τοῖς οἰκείοις. 14. τύτων δ' οἱ μὲν.

196,

196, 3. post θαυμάζων figendum est punctum. nam εἶεν est sententia per se perfecta. *hac hactenus.* 9. ἤσχαπτον. nam aoristus secundus in usu non est.

197, 2. συσσωρευκότες. *cum coacervarunt.* 5. δόρυ λέγουσιν. duobus vocabulis, iis, qui se milites ferant, & militiam suam prae se ferant, parata esse splendidissima matrimonia. 10. ὡς οὐκ ἐσομένων. transpositis vocabulis: 12. σημείων] significat illa sic dicta labara, signa Christianorum militaria, quibus χ prima litera nominis Christi est intexta. 13. ἑρμῆν] eloquentiam. 14. μούσας] poesin. 24. ὦ βέλτιστοι. *ult.* πράγμασι, κακοῖς οὖσι, συνάχθεσθαι.

198, 20. f. εἰ παρῆν, καὶ ἑώρων. 23. συμφοραῖς.

199, 11: ἀλλ' ἐγὼ μέν. 16. contigit illa Cypri clades A. C. 365. v. supra ad p. 371.

200, 1. τοσαύτη. redit enim ad θαλάττη. *penult.* nulla inter eos coorta de pretio redemtionis contentione, h. e. emtores statim, nulla interposita licitatione, dabant tantum, quanti venditores indicabant.

201, 16. ἤξίους. 20. τὰ παρ' αὐτῆς. *dona sua.*

202, 20. vexat doxologiam Christianam.

203. 1. f. καὶ γάρ, εἰ οὐ δίκαια, μηδὲ σιωπᾶν ἐχρῆν, εἰ δὲ βαρὺ τὸ πολλάκις ποιεῖν, ἃ ἅπαξ προσῆκεν, ὁρᾷς — *etenim si recte ista non fiunt, ne tacentur quidem recte: sin autem importunitas est, ea omnia saepe iterare, quae semel recte fiunt, vides —*

205, 2. ταῖς εὐτυχίαις. patria mihi videtur ideo infelix esse, quod felices videt secum eos homines, non paucos numero illos, qui, relictis civitatibus suis & domibus (si modo illis unquam suae domus fuerunt) & ea relicta conditione, in qua ne insomnium quidem jucundum illis inter suos versantibus occurrebat, aequum censent, se, peregrini qui sint, civium tamen capitibus insultare.

206, 7. f. ἓν μὲν τοῦτο, τοσοῦτον ὄν, ἐπειδὴ λέγειν, ἕτερον δὲ, οὐκ ἔλαττον. Ἤλπιζον — *Unum hoc erat id, quod cum esset tanti momenti, me induxit ad dicendum. Accipe nunc alterum, neque id illo minus. Sperabam nempe —*

207, 6. γράφειν suspectum. num τρυφᾶν. *voluptati & luxuriae atque deliciis se rursus dedit.*

AD ORATIONEM XIII.

ANTIOCHICAM DICTAM.

Nunc tandem aliquando licet nobis e diverticulo rursus in viam, hoc est, ad collectionem a Morello curatam orationum Libanii reverti, & illius paginas sequi.

332, 20. ὅτι, ἃ χρὴ ἁπάντων ἑτοιμότατα καταθεῖναι, δέον εὐθὺς, εἰς τοδε — quod quae oportet quam libentissime & promtissime dependere, ea, quum statim debuissem, ad hoc diei prorogaverim.

333, 12. & 16. pro μὴ utroque loco leg. est μὲν. 19. τῶν ἔργων, οἷς προσάγουσι τὸν λόγον — *illis*

τὴν μνήμην. nunc tamen existimo, servari posse vulgatam. ut apud Latinos quoque *voluntas* est studium alicujus erga aliquem, animi propensio. 29. post χόρης videtur ἐκπεμφθεὶς deesse. 31. Νεμείε] quasi dicas *Pastoralis*. 40. μεθίςαται] scil. ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου. v. p. 336, 43. *pen.* ἄν τι] l. uno verbo ἄνδρα.

342, 5. ὅσων. 9. γε] l. τε. *ibid.* κασιώτῃ. per duplex jota. 10. μειζόνων. 16. recte Morellus ὡς δὲ. 24. πρὸς delendum. 26. f. τῶν Ἡρακλειδῶν τινας ὅτε ἐκ τῆς Ἐλευσῖνος ὑπὸ — sed, ut verum fatear, Heraclidas ex Eleusine ejectos esse ab Eurystheo, non memini. cecidit quidem ibi Eurystheus dimicans adversus Heraclidas. & cur si ex Eleusine sunt ejecti, Eleos in Asiam secum adduxerunt? Quid Eleis cum Eleusine? Ergone ὅτε κατὰ τὴν Πελοπόννησον ὑπ' Εὐρ. ἠλαύνοντο leg. 32. ἂν] f. οὖν vel νῦν. 37. οὐκ ἐρίζει in indicativo. nos soli sumus illi, quibuscum contendere non audent, quae sunt penes alios praeclara. *ibid.* sic lego & distinguo: σεμνά. Συνηγάγομεν γὰρ εἰς ταυτό. 39. bene habet κρητικῶν. idem est atque Κρητῶν. si quid tamen sit mutandum, malim Κρητικὴν. 40. βασίλειον. *regium*, aut certe βασιλέων. *ult.* καὶ Δία.

343, 9. ἐπεποιήκει. 15. aut τῇ δὲ πανηγύρει, aut αὐτῇ δὲ τῇ πανηγύρει. 25. προελέγετο. sine σ. *imperatum, mandatum erat. ibid.* τὸν est delendum, ut perperam ex αὐτὸν iteratum. 30. *admiratus, quod secum congredi maluissent, quam praetereuntem* (παριόντα) *capere.* haec est sententia

ver-

verborum; in qua tamen adhucdum haereo. num λαθεῖν *quam latere praetereunti.* videtur. 34. τῆς ἐνοικήσεως] scil. χάριτας. 36. post δὲ punctum est ponendum. nam haec duo verba σημεῖον δὲ perfectam dant sententiam. 40. *tanto magis elucescet nostros majores diis caros fuisse.*

344. 1. νεμομένους. *depascentes*, h. e. incolentes, possidentes & fructus ejus percipientes. 4. f. τοὺς μὲν ὅπως μὴ τρέσωσι, τὸν δὲ ὅπως μὴ τραχυνθείη. *efficientis, ut nostri quidem nil metuerent, Persa vero ne saeviret.* 11. τὰς σατραπείας etc.] locum hunc non intelligo. 13. f. ἐπὶ τῷ τόπῳ [subaudi τούτῳ, quod omitti solet] πρὸς τῇ κλίνῃ σαῖς. aut πρώτῳ alias delendum est, ut vitiosa scriptura v. τόπῳ. 14. αὐτῷ. 20. f. πλησίον που τῆς Ἀρτέμιδος τὸν ἀδελφὸν ἱδρύσατο. caeteris omissis. 24. recte conjecit Morellus πρόρρησιν. 25. ἐμποιεῖν. ingerere animo. *ult.* ὑπὸ] l. ἀπὸ, & ποιούμενοι.

345. 6. τόν. 7. ὡς ἐκ Π. 9. ἀμιγῆ. 22. στρατείας. 24. βασιλείᾳ. 27. aut τοιούτῳ σχήματι aut τούτῳ τῷ σχήματι. 30. πάντες] f. παῖδες. 43. θεραπεύων] scil. ἑαυτὸν vel τὸ σῶμα.

346, 7. recte Morellus conjecit αὐτῷ. 10. πρός. 14. post ἄλλοις deesse videtur δῆλον ποιῶν, vel simile quid. 19. κατειλημμένος. per τ. 21. χώραν.

347, 10. ἀντελάμβανε. 22. ᾔδει. *norat.* 31. ἐξέωσε. 38. Euagoras scil. coactus fuerat domo exsulare, quae eadem sors Seleuco quo-

que obvenit. *antepen.* ἐπεὶ δὲ τοῖς. *ult.* ἐπεσκάσατο.

348, 15. Ἀντιγόνε δ' ἤδη κειμένε, aut Ἀντιγόνε δ' ἐν δίκῃ κειμένε. 22. Wesseling ad Diodor. Sic. II. 441, 91. 27. δεδεγμένων. *cum arae accepissent ea, quae fas erat.* 32. τὴν delendum. 33. καταπετόμενος. per ο in quarta syllaba. 38. ἀναβιβάζει.

349, 1. εὔφραινεν. in imperfecto. 13. post ἐξεχεῖτο pauca quaedam verba desunt. e. c. τὰ δὲ τείχη ὑπογράφων, *aratro designans urbis novae moenia.* 21. recte dat margo ἐπίμπλατο & Ἀργείων. 23. τήμερον] f. ἵμερον. propter vetustum loci amorem, qui non sinebat eos ab illo abesse. 35. recte Morellus προσθέντες. 36. significat, morem fuisse, hanc urbem, quo distingueretur ab aliis cognominibus, appellandi Antiochiam Seleuci.

350, 20. f. τὸ ἐν Ἑλικῶνι, ὅπε κρήνην ἐκδοθῆναι φασὶ — 26. γε] l. τε. 33. αὐτίκα τέμενός τε ἀπεδέδεικτο. *statim lucus definiebatur atque consecrabatur.* & sic quoque Valesius emendavit ad Ammian. Marcell. p. 329. 39. num παρὰ τῶν Βραγχιδῶν ἐκ Μιλήτε. Branchidarum oraculum apud Miletum olim fuit percelebre. 41. ὑπισχνεῖτο. *ult.* ἐκείνων. deorum puta.

351, 15. καθ' ἑκάτερον. 16. εἴ τις aut ὅστις. 20. καθεκαστης uno vocabulo. 22. f. ἐστὶ γὰρ ἐπιόντι μὲν Φοινίκην τὰς ἐκείνε πόλεις ὁρᾷν, ἔξεστι δ' αὖ ἐπιόντι καὶ Συρίαν ταυτηνὶ, τὰς ἐκείνε πόλεις. 26. παραλαβών. 27. πόλεις. aut alias hic servata

vulga-

vulgata, necesse erit versu 28. τὴν Περσίδα legere. 36. τὸ ἴσον] jus, jurisdictionem. idem quod σκῆπτρον, quod modo praecessit. sed vereor, ne coacta haec interpretatio, & usus v. ἴσον hic parum cum graecae linguae ratione conveniat, nisi malumus dicere, τὸ ἴσον hic loci significare, dedit urbi idem faciendi potestatem in alias urbes, quod ipse fecerat. Posuerat autem sceptrum Antiochiae, h. e. imperandi & vetandi auctoritatem. concessit ergo Antiochiae, ut in alias urbes ipsa eodem jure uteretur, quo Seleucus ipse in eam utebatur.

352. 4. τὴν ἀφήγησιν ἐν δυνατῷ (id est δυνατὴν) 13. ὁ χεῖρας τῶν εἰρ. 18. εὐδαιμονία. 25. τὸ] l. τῷ. 35. recte Morellus τὸν conjicit. 42. τῇ δὲ duobus vocabulis.

353, 1. 2. hic loci nihil video, nisi hoc, corruptum & mutilum esse locum, unde sententia integra extundi nequeat. 3. ἀνελεῖν] *oraculum pronuntiare*. 15. ἀνασπάσαντες. 26. ultima litera hujus versus delenda est, ut perperam e proximo ἡ repetita. 29. τοίγαρ δή. *ult.* τοῦτό γε] scil. τὸ εἰς θεούς. vel τὸ περὶ τοὺς θεοὺς τῆς πόλεως φιλότιμον.

354, 1. πρὸς τὸν Κάσιον ἐκεῖνοι Δία τοιοῦτον, οἷον Πτολεμαῖος πρὸς τὴν Ἄρτεμιν. καὶ μεθίσασαν. (subaudi αὐτὸν) *incessebat etiam illos* (Romanos puta) *ejusmodi quoddam erga Iovem Casium stu..iu.., quale olim Ptolemaeum incesserat erga Dianam; & jam e sede atque fundamento suo Romani Iovem nostrum emoverant.* 4. ἀφιείς. 16. ἐμήνυνα τὸν περὶ τῶν

κρειττόνων λόγον. 19. ἰὸ] l. εἰ. 27. τῦτο μὲν] non sequitur ei respondens τῦτο δὲ, ut suspicer, h. l, aliquid deesse. 41. aut ἐκτᾶτο leg. aut deest aliquid.

355,9. ante ἐνῆν deest aliquid. si nihil aliud, certe ὅσον, vel ἐφ' ὅσον. *quatenus licebat.* 10. punctum ex hoc versu in proximum subjectum deducendum est, & post ᾔθει collocandum. 11. designat Antiochum Epiphanem. 15. ἐπαναγκάζοιτο] egregie & presse exprimit nostrum, *wenn sich etwan einer zunöthigte;* hoc est, si a quoquam injuriis & contumeliis sponte illatis tam arcte premeretur & angeretur, ut facere nequiret, quominus eum ulcisceretur. si quis necessitatem defensionis inevitabilem admoveret. 23. τὰ πράγματα *res*, aut τὰ χρήματα, *opes*, aut τὰ θρέμματα, *greges.* 24. f. μετὰ τῶν ἄλλων, ἃ προσαπολώλει, τὰς ἐπιμιξίας ἀναιρῦν. (redit enim ad λῃστικόν.) 25. aut ἀνέκοψεν, aut συνέκοψεν. 27. ταῖς πόλεσι. 30. εὖ παθόντων. duobus vocabulis. 31. κεχειρωμένος (a χειρῦν) *victus*, *domitus.* 32. ὁμώνυμον. 33. δὴ] l. δὲ. 41. οἷς] l. ἧς. *majorem posteris tradere urbem, quam accepisset.*

356,4. αἷς. 9. potest μᾶλλον subaudiri, quod saepe omittitur. malim tamen ῥᾷόν ἐστιν legi. 13. τὸ ἐπίκλην] scil. ὄνομα προσγιγνόμενον. 17. ὐκ ἐστιν ὃς ἄμοιρος ὤφθη. 19. τῶν πολιτευσαμένων. 26. ἥκοντας (in accusativo plurali) 35. in μὴ quid lateat, non assequor. sententia subjicit οἰκοδομαῖς aut δαπάνῃ.

357, 1. recte dat margo ἐζώνην. *ibid.* τῆς τῶν ἐν ὐρανῷ βυλῆς. 4. perinde est μεμαχημένης servetur, an μεμαχημένη legatur. ego vulgatam servo. *si belli discrimen adiisset.* 12. f. δι' ἴσων παρῆν vel προῄει. *per similes vetustis principes procedebat.* 18. τήν τε ὑπάρχ. vocabulum αὐτοῖς, quod hoc versu legitur, redit ad Romanos. ita Romani non modo conservarunt Antiochenis pristinam dignitatem, sed etiam eam dignitatem, quae Romae ex vetusto ritu & more dignitas habetur, adjecerunt, & jus illud quoque civitatis vetustum, quo Metropolis Asiae erat, ei non ademerunt. 24. aut in πρὸς est vitium, aut versu 26. in δεικνύτω. ego posterius statuo, & ἀρκείτω subjicio. *adversus eos autem, qui civitatem a pristino splendore decidisse existimant, sufficiunto res praesentes.* aut δεικνύειν ἀρκείτω, aut saltim δεικνύσθω. *ostendantor, proferantor*, aut δεικνύσω. *proferam.* 32. σκοπείτω δέ τις. 37. μὲν huic respondet δὲ p. 361, 19. 38. f. πόλεως ἐπ' αὐτῆς [scil. τῆς βυλῆς] ὥσπερ ἐ. τ. ῥ. 42. καὶ ἔτι περαιτέρω. *ult.* καὶ μετὰ τῆς.

358, 2. f. πατρῴων μεγάλων ἐκληρονόμησαν. *ingens patrimonium acceperunt haereditate, fortunae quadam beneficentia.* 5. aut ὐ est delendum, aut pro ὐ πολλὰ leg. ὐκ ὀλίγα. *parsimonia & quaerendi diligentia opes non modicas pepererunt.* 21. f. ἐπὶ] l. ἔτι. *ibid.* εἰσάγοντες. 23. aut ὐκ ἐς τέλος ἄγοντες. *non ad finem perducentes*, vel non patientes exitum sortiri, aut ἐς τέλος ἀνελόντες, *plane tollentes.* 26. ὁ γὰρ ἀ. τ. κ. ἕπεται] subaudi τὸ ἥδεσθαι.

ἥδεσθαι. *nam quae laetitia alias quaestum factum consequitur, ea hic* — 37 aut plane delendum est τῶν, aut αὐτῶν leg. 41. non videtur hic locus satis emendatus. non enim video satis clare oppositionem, inter τὰ ἀεὶ ποιούμενα & τὰ εἰωθότα. duo haec eadem sunt, at sententia tamen disjuncta postulat. ergone οὐκ ἀεὶ ποιούμενα legemus, *ea quae non semper fiunt*, & κάλλιον, quanquam formatione comparativum est, sensu tamen pro positivo h. l. accipiemus, pro *eleganter*, *praeclare*, *scite?* 44. λειτουργίας. nam λαβέσθαι genitivum adsciscit.

359, 1. παράδοξον] f. πάροδον. *multi saepenumero profusione sumtuum a se factorum effecerunt, ut ipsis aditus patefieret, ad ejusmodi munera saepius edenda, utpote sumtum sumtu conferentes.* 5. recte dat margo τὸ πλείω. 7. recte conjecit Morellus ἤ. 9. παρὰ an περὶ praeferamus, nil refert. 12. recte dat margo νομίζοντες ἀνεπίφθονον, [subaudi εἶναι] τὴν οἰκείαν, ἐν οἷς ἕξεσιν, ὡς ὑψηλοτάτην ποιεῖν. *invidia carere, si quis patriam, quibus liceat, rebus omnibus extollat quam altissime.* 20. συμφέρουσιν suspectum est. f. συνέρρουσιν. id est συῤῥέουσιν. *confluunt.* sed ἐῤῥεῖν tamen plerumque malo, diro, inauspicato sensu usurpatur, qui ab h. l. alienus est. num συμφεύγουσιν. 27. βεβαιοῦντας. 31. f. πρόχειρον. *facile, expeditum, in promtu est.* 34. recte conjecit Morellus πρόκεινται, quod idem h. l. est atque ἔκκεινται.

360, 1. recte dat margo σὺν τρόμῳ cum tremore, trepidatione; pavore. non ea (curia Antioche-

tiochena puta) convenit apud praefectum territa & exanimata metu. ἐκ αὐτῇ legas, an ἐχ αὐτῇ non multum interest. 3. sed illi, penes quos decernendi & imperandi est auctoritas, curiam verecunde & reverenter arcessunt. h. e. ipsi praefecti. 5. ἀρπασθῆναι] decipi & in errorem abripi, & ad temere assentiendum deflecti, aut festinatione consultationis, aut minis, aut magnitudine potentiae, aut verborum lenociniis. 7. παρεωραμένε potest admitti, sed νικῶντος bene habet, & sollicitari non debet. vobis autem, cives, si qui arriserint, & bonam apud vos famam adepti sint praefecti, illi sibi videntur virtutis coronam meruisse. 16. recte dat margo ἀπειθεστέρων. non ut, qui vicissent & domuissent homines paulo duriores, quam par erat, & pertinaciores, qui difficilius se ad parendum adigi patiantur. 17. εὖ] l. ἐν. φρονήματα ἐλεύθερα sunt homines liberaliter educati, liberaliter sentire & loqui docti & assueti, nobiliter & decore liberi, atque alte, non superbe, cogitantes, non facile facientes injuriam, sed neque patientes. 18. τε post ἐπαίνε delendum, ut perperam natum e proximo v. τετυχηκότες. 23. αὐτήν. cum curia ipsa se diviserit in tres ordines. 26. apparet ex h. l. ςρατηγὲς fuisse dictos, qui ordinis cujusque decurionalis principes essent. 29. παῤῥησία. 31. καὶ τὸ γῆρας. 33. συμπαρακαλᾶσι καὶ προάγεσι, καὶ προτρέπονται θαῤῥεῖν. 40. χρηςὲς τε γὰρ εὖ ποιῶν οἶδε καὶ δεινὲς εἰπεῖν. *novit enim, se beneficium hoc tribuere non modo viris bonis & eo dignis,*

 sed

sed etiam disertis. 42. πάθος] f. πεῖθει. ult. ἐν αἰδοῖ. duobus vocabulis.

361,1. recte dat margo εἰσπέμπον. 7. ἐνίυς verum est. 9. ἐπ' ἐκείνῳ] scil. ἐπὶ τῷ ἐθνῶν ἄρχειν. v. versu 5. possit quoque ἐπ' ἐκείνῳ, vel ἐπ' ἐκεῖνο legi, item ἐπ' ἐκείνων, scil. τῶν βασιλέων. sed praestat vulgatae acquiescere. 10. τῷ μὲν γὰρ & 11. τῷ δὲ — quorum altero declararunt, se honoribus duci, & gaudere rep. gerenda & civium salute tuenda: altero autem, se majoris facere alieno subesse imperio, modo patriae vivere datum sit, quam, eo omisso, aliis imperare. 32. στάς, quod est in margine, aeque ad στάσιν, quam ad στάσεις trahi potest, quod posterius malim. 34. τὸ φθειρόμενον] schema Thucydideum, pro τὴν φθορὰν, vel τὸ φθείρεσθαι *in eo, quod res pereunt*, aut *in eo, quod perit & corrumpitur, reperiunt delectationem.* 35. προσβαλόντες, [simplici λ] ἐπ' ἄλλον [ut recte est in margine] ἀποδραμεῖν, subaudi ὅτῳ τυχὸν δώσουσιν. *postea quam alicui, quemcunque primum sors ipsis objecerit, pestem adsperserint, aufugiunt ad alium, eumque arripiunt, ut malum ipsi dent.*

362,7. recte Morellus εἰ conjecit. 18. f. φυλάξαι & τῷ [scil. δήμῳ] παρ' ἡμῖν. 19. lectio marginis nil deterior est vulgata in texto. 23. ἀστοσύνη verbum, si bene memini, novum & a Libanio primo confictum ad latinum *urbanitas.* 37. ἐς δάκρυα. *excidit populus in lacrymas.* v. p. 400, 21. 38. τῦ τότε κρατῦντος] videtur Valens esse, qui si est, neque in eo fallor, necesse est, ut haec

haec oratio sub Theodosio sit conscripta. 39. f. ὀργὴν. Valens certe admodum iracundus erat. 40. pro ἁ leg. αἱ. *hi quidem*, Antiocheni puta. pro ἐπὶ autem leg est aut ἀπὸ, aut ἐκ, aut ἔθει, aut ἐπιτηδεύσει, ex eo, quod ipsi soliti erant ad misericordiam propendere, aut quod misericordiae ipsi studerent, supplicabant. *penult.* aut τετευχέναι, aut τετυχηκέναι.

363, 10 τὸν ἐκ τῆς Σελεύκε. significat Eugenium, de cujus seditione, quae evenit A. 303. v. Tillemont IV. p. 45-46. & praeterea, quae Noster hic de ea commemorat, p. 399. 20. & 410. possit quoque legi τὸν ἐκ Σελευκείας. 12. κατηνεγκαν. 25. purpura a signis deorum detracta (nam exstabant passim in templis signa deorum purpura amicta) hac sibi purpuram confici curabat, atque induebat. 35. τῶν δεσποτῶν] tum enim communio erat imperii inter Diocletianum & Maximianum Augg. 36. ἡ αὐτοπιςία τῶν ὁρωμένων est certa fides e testimonio oculorum collecta, cum persuademus nobis ea fieri, quae oculis subjecta videmus, quae est persuasio certissima. 39. comma post βελὴν est collocandum. *hoc esse consilium existimantes, hostem moenibus excludere.* 41. τε delendum, aut cum πᾶν mutandum.

364. 3 τέγυς. sine σ in principio. 14. aut ἐφύλαξαν leg. ut sit sententia: quas Atheniensium virtutes conservarunt illi, quos haec civitas Athenis accepit colonos. aut leg. ἐφύλαξεν [ἡ πόλις puta] ἐν οἷς ἐδέξατο συνοίκοις [vel συνοίκες]

O 5 nam

ἀνεῖσθαι subaudiatur, aut servata vulgata, ad μόνα erit addendum εἶναι. pen. in καλλύντων vitium est, aut καλλιεπούντων leg. aut κατορθούντων, aut tale quid.

370,22. ἐπ' αὐτό. 25. f. ὡς ὅθεν τις ἄν. 33. aut delendum τι, aut transpositis verbis leg. τελευτώσα τό τι προσθεῖναι.

371,9. οἷ] non improbo. malim tamen ὅσοι. 10. γε delendum, ut natum e proximo γεγόνασιν. 25. σώμασι] subaudi γίγνεται vel συμβαίνει. 36. f. διατείνοντι, ut si velit longitudinem illam emetiri hominibus aliis juxta alios ita stantibus, ut proximi quique sese extremis digitis contingerent, cubitis utrinque, quam longissime fieri potest, projectis; magno is sit hominum numero opus habiturus. 39. δεινῶν] f. δεῖσθαι vel ἐνδεῖν opus esse. 41. neque παραιρέσεσιν, neque παραινέσιν (quae est lectio marginis) intelligo.

372,2. sed mons Casius est ad septentrionem urbis, non ad meridiem. 11. recte conjecit Morellus ὑποκειμέναις. 18. ὑπωρείας, per ω. & sic quoque versu 27. 23. ἡρινῶν. 35. τὸν] l. τῶν. 40. f. συντετραμμέναι. 42. παριούσαις aut προϊούσαις, τό.

373,4. ἣν ἡ τοῦ π. σχ. 5. recte Morellus conjicit εἰς (pro εἰς) 7. τὸ χωρίον] in quo scil. nova urbs est condita. 25. perinde est, ὅσον an ὅσῳ legatur. 27. ἀπαντᾷ. 32. προσειλήφει] f. προσείπομεν, aut προσειρήκαμεν. v. versu 19. 36. περιπνέουσας. redit enim ad κίονας. quod est voc.

gene-

generis communis. 41. peculiari, singulari oratione de hoc argumento est dicendum.

374, 15. lectio marginis nil est vulgata deterior. 16. γεφύραις δὲ πέντε. 18. recte dat margo ἐκείνοι δ' αὐτήν. 26. ὅτι] l. ὅτι. 29. f. ὥστε ὅστις ἢ διχόθεν ἢ τετραχόθεν ἴσην, quicunque gaudet urbem habitare aut oblongam aut quadratam, ille sciat, se gaudere rebus minutis, & de exiguitate gloriari. 33. aut οἷαν ἂν aut οἱονεί. 42. f. παρήσω, ὃ με μικροῦ παρῆλθεν ὅτε τοῦ μήκους τῶν στοῶν π. ἐμν.

375, 1. f. κατὰ ταὐτό. 2. τῇ μιᾷ συνθεὶς, ταύτῃ τὸ πρότερον μῆκος — 6. θεώμενος] hic aliquid deesse videtur. 12. ἑκάστῃ μοίρᾳ in ablativo. 41. qui servi diuturna malorum & molestiarum quasi disciplina ad labores perferendos induruerunt, quum vix naso extremo prospexerunt in forum, ut qui caput e fenestra vix exsertum repente retrahunt, ita resiliunt e foro domum, celerique fuga se recipiunt. 43. ἀπαντήσειεν] subaudi οἱ πολῖται, οἱ ἄνθρωποι, οἱ φίλοι. *antepen.* ὥσπερ ἐκ μακροῦ πλοῦ.

376, 1. ὠφελείας] l. ὁ φιλίας. 2. ἀνθ' ἑαυτῶν, ὑφ' ὧν κεκώλυνται. excusantes ea, a quibus fuissent impediti, quominus officio satisfacerent, & a se culpam illuc rejicientes. *pro se causantur causas impeditionis.* 10. ἐν αὐταῖς] imo vero ὑπ' αὐταῖς. *sub illis*, tectis puta. 14. καθ' ἑκάτερον τοῖχον. *ad utrumque angiportus latus.* 22. οὕτως] l. οὐ. *adeoque non ad voluptatem magis, quam ad ea, quae in vita sunt maxima & gravissima, vim*

habet

habet — 24. ὁ μὲν —] redit ad hippodromum, post ἄρκτων desunt quaedam, videtur aliquid commemorasse de venatione circensi ursorum, & de certamine curuli equorum: nam quod de impletione e Borea ait, id ad equos pertinet, & eorum celeritatem. 29. τὸ δὲ] θέατρον puta. 31. τοῖς πολλοῖς. 36. ἀναγκάζοντα. 42. μὴ ὃ] aut μηδὲν leg. aut μηδαμῶ.

377, 3. πάντα. 5. ἐνέστηκε] l. εὖ ἕστηκε. 6. ἀπ' ἐκείνων. 28. f. ἐρρύη. 31. τριωροφίας. aut alias leg. τὰς εὐδαιμόνων οἰκίας τὰς πλουσίας καὶ τριωρόφους. 33. ἐν δημοκρατίᾳ πᾶσι τῶν νόμων. 37. f. τὸν γείτονα. *vicinum in causa vel culpa esse, cur id ei eveniret.* 41. ἐπισκοτούσης.

378, 5. ἐρέπτεται vel ἐρέφεται. *tectum accipiunt, tecto muniuntur.* 11. recte conjecit Morellus ἴσασι γὰρ, ὅτι ὅσα. 37. πολλὰ] l. πολλοί. 42. ὅτι uno vocabulo.

379, 2. aut καλοῦσα leg. aut καλούμεναι. 9. aut ἐμπορείων aut ἐμπορίων. utrumque dicitur ἐμπόριον & ἐμπορεῖον. *forum mercatorium.* 11. ἐργαζόμεναι in genere foeminino. 16. εἶναι] l. ἐστί. 29. ἐξ ἐλαττόνων] l. ἐξελαύνων. 35 νικᾷ, καὶ μόνα ταῦτα ἰδεῖν ἄξιον καὶ ἀκοῦσαι. 40 f. καὶ δενδράδας ὑπεραίροντες. 41. λουτρῶν πολυτεχνίαι, aut πολυτοιχίαι. *structura balnearum multis parietibus constans.* aut potius πολυτέλεια.

380 8. recte dat margo προάστειον. 11. post ἅπαντα deest aliquid. 13. f. μὴ βοᾶν οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ δεῖ σκιρτᾶν, καὶ ἀναπηδᾶν, καὶ κροτεῖν. 16. ἄλλα paroxytone. *alia.* 19. f. ἄλλα ἀλλαχῇ περιστρέ-

εἰσρέΦοντα τὸν θεατήν. *antepen.* ὁ delendum. *ult.* f. ἀπολλύναι τοῦ πλήθους τὸ θαῦμα. *ut multitudinis admiratio corrumpat excellentiam formae.* h. e. ut prae admiratione multitudinis desinamus elegantiam admirari.

381, 11. num τὴν Κυτιλίαν. v. Reimar. ad Dion. Caſſ. & Weſſeling epiſt. ad H. Venema. 15. videtur hic verſus ex aliquo tragico deſumtus eſſe ἡ γῆ τοιαύτην ἔτεκε ναμάτων Φύσιν. 32. Φαίνειν] aut Φθάνειν, aut βαίνειν, aut Φανῆναι. 34. καὶ delendum. *penult.* ΔάΦνη etiam altero loco debet nominativus eſſe.

382, 6. αἰωρουμένης. noſtro auxilio ex aliena humanitate ſuſpenſo. 18. τὰ μὲν οὖν καλά. 21. λουτρῶν μὲν γὰρ τῶν δ. 22. ἔχει. 24. τῳ ſine accentu eſt exarandum, utpote encliticum. 35. τῆς ἐπωνυμίας. qui ornatus majores & inſigniores ſunt, quam ut poſſint ex propria quaque tribu nominari. 38. ἔρις τὸ παρ᾽ αὐτοῖς. *magna eſt inter tribules contentio, ſuas cujusque tribus thermas eſſe lautisſimas.* 43. τούτῳ; ſcil. τῷ χρήματι τῶν λουτρῶν.

383, 9. f. στήσας εἰς τὸ ἀπ᾽ αὐτῆς ὕδωρ, ἐπισχήσῃ τοῦ ῥέοντος. h. e. τοῦ ῥεύματος. *ſi labrum collocaveris in aquam ex eo* (fonte) *demanantem; & tum ſuſtinueris effluxum.* paulo obſcurius rem enunciavit, ſi modo locus ita eſt integer. Sententia haec eſt paulo uberius enarrata: ſi ſumſeris labrum vacuum, & fonti, unde aqua exſtillat, ex alto in profundum defluenti, id labrum ſuppoſueris, ſiverisque aquam tam diu defluere in illud labrum,

labrum, donec impletum fuerit, atque tum obturaveris orificium fontis, & represseris effluxum; putabis, labrum adhuc vacuum esse. nam pro καὶ νῦν leg. est versu 11. κενήν. 11. ἱκανῶς non admodum placet. sententia flagitat ἐμφανῶς aut ἐναργῶς. 12. λαμφάνεται] sententia postulat ἐμφαίνεται, aut βλέπεται, aut καταλαμβάνεται, *oculis cernitur.* 14. ὑποκαῦσαι. 15. προευφραίνει. 32. εὐθυμοσύνην suspectum. non satisfacit εὐσχημοσύνην.

384. 4. μέσα. 13. γε] l. τε. 15. ἁδρὰ *copiosa, conferta.* notandum hic, ἐκείνων referri ad proximum, divites puta, τούτων ad remotius, pauperes nempe. 21. μὲν] l. καὶ. 22. γνοίη δ' ἄν τις. 28. f. ὥστε πρὸ ἑκάστου — *ut coram unaquaque (paene dixerim) domo sit gemina officina, altera e regione alterius, & tabernae ligneae geminae sibi oppositae, tectae desuper cratibus virgulteis.*

385. 12. recte conjecit Morellus τελευταίαν. 14. aut ὡς ἂν εὐπαθήσοντες ἐν νυκτὶ, aut ὡς ἐνευπαθήσοντες ἐννύκτια (scil. εὐπαθήματα) 18 εὐτρεπίσαιεν προαπεσταλμένων, τά τε γὰρ ἄλλα ἐν χερσί. *nam & reliqua omnia edulia praesto & in manibus, in promtu sunt, & pisces* — 33. κοινόν. 37. ἅπαντα πολλὰ bene habet. *quaecunque fert & pascit fluvius. ea omnia magno numero praebet.* 38. post τοσοῦτον subaudi μόνον. quod saepe omittitur.

386. 3. ναυτικοῖς] dubito, sitne Libanio an librariis adjudicandum. potest πορθμείοις subaudiri, & in scriptore minus terso atque recentiore feram; sed Libanius videtur ἀκατίοις scripsisse.

6. f.

6. f. ἔπειτα κοινὸς ἀμφοῖν ὀχετὸς ὁ ποταμὸς κ. *deinde communis ambobus* [tam fluvialibus, quam lacustribus navigiis & mercibus] *canalis fit fluvius, Orontes*. 18. ἄπορος. 36. ἀγυιά] l. ἀγορά. 42. omnium certe velorum, quae super aequora vexere naves, ventis expansa, portus hic unus longe plurima composuit, h. e. naves onerariae longe plurimae in hunc portum invehuntur.

387, 13. f. φαιδρότης, ἢ χειμὼν ἡλίους σταθεροὺς προξενῶν. *non hyems soles calidos conciliens*. 17. ἥδιοι. 30. παριόντες. *superantes, antecedentes*. v. Vales. ad Amm. p. 6. qui etiam sic emendavit: 38. ἐν δήμῳ] suspectum hoc, obscurum quidem mihi. Estne sententia: nocti aliis in urbibus major habetur honos a plebejis, dormientibus puta. nam hic sunt noctes vigiles & streperae. 41. *nonne hic otium est & oportunitas negotiatoribus ad divitias perveniendi? & potius sapientia nonne otium est ad gloriam perveniendi? adspirantibus ad sapientiae opes, nonne hic est locus eas adipiscendi?*

388, 4. *nonne auctores ludorum Olympicorum honoribus Iovi habendis & majestate ludorum superavimus?* 12. τότε] l. τό γε. 13. νομίζειν] subaudi δεῖ. 18. πάρεισι. a παρά & ἴεναι *ire*. 29. κατέδει. (a καταδέω.) hic gratia magnitudinem devinxit, seu urbis amplitudinem moenium obligavit & adstrinxit gratiae & suavitati. 30. aut μέμνησαι, aut λῆσαι versu 31. 35. f. οἷα τὰ ἐν ἄλλῃ. *viderunt enim, cujusmodi essent aliae regiones*.

Videtur haec oratio Antiochica sub Constantio dicta esse. v. p. 318, 18.

AD ORATIONEM XIV.
DE SEDITIONE ANTIOCHENA.

Habita, vel potius solummodo scripta & exhibita est Praefecto praetorio or. A. C. 387. de tumultu Antiocheno sub Theodosio multis agit Tillemont V. p. 263. sqq.

389, 15. τὰ ἐχ ὑπάρχοντά κινῶν. sunt studium oratoris, quod ad scribendum, ad proficiscendum, ad agendum contulit.

390, 16. significat supplicium de Theophilo & Domitiano A. 354. sumtum. v. Tillemont IV. 395. 396. supra p. 36. *fine*, & 396, 28. 40. νόσε delendum cum commate post ποιέμενος. *ult.* τά] l. τε.

391, 18. cum homines a rebus occurrentibus aegritudinem & molestiam accipiunt, quanquam ipsi saepe homines pestem ultro sibi consciscunt culpa & stultitia sua, non divinitus immissam, at nihilominus tamen dii tolerant homines, cum falsa & improbe conficta crimina in se spargunt. 20. recte dat margo: ἀλλ᾽ ὅμως οἱ μὲν τιμωρ. illud οἱ μὲν redit ad ἀνθρώπους uti etiam λυπῶνται & αὐτοὶ — ἀπολλύνουσι. sed οἱ δὲ ἀνέχονται redit ad deos. 41. & tametsi quis Alexandrum defensurus hoc inprimis urgeat, Thebanorum in eum contumelias fuisse enormes & intolerabiles, rursus tamen occurri potest ei sic, quae Alexander in eos exempla ultionis statuerit, ea fuisse crudelia atque immania: sic possit quodammodo vulgata defendi, mihi tamen, ut ve-

verum fatear, placet, secundi ὑπὲρ αὐτῦ loco legi κατ' αὐτῦ. ab illa in Thebanos crudelitate si abstinuisset Alexander, satius id ei fuisset. non enim consentaneum erat ejus defensioni dicere: δεινὰ τὰ λεγόμενα. sed vel maximum & primarium in ejus criminibus dicere δεινὰ τὰ γενόμενα. 43. *suntne ea, quae Alexandriae fiunt, tolerabilia, illa multa & spissa?* 44. τὰ πολλὰ καὶ πυκνά.

392, 3. significat Maximum tyrannum, qui Gratiano Aug. caedis auctor fuit, postea ipse a Theodosio fuit peremtus. 10. τὸ μή. ὅτως εἰ καὶ μή — *ita vos, quamquam non verbis scriptis, re tamen ipsa* — 14. Valentem designat. v. p. 413, 8. 16. Procopium notat. 21. σῶμα urbis sunt tecta & moenia, πλήρωμα autem cives. 24. φανέντος] videtur Themistium designare. 39. πολλῷ.

393, 1. δόξαν ὅτω καλὴν ἀνέλκε. 6. recte addit margo δὲ. sed πλῆθος malim servare, quanquam ad sententiam πλῆθος & πλεῖςον h. l. perinde est. 8. τῦτο] scil. τὸ ἤπιος εἶναι καὶ φείδεσθαι καὶ συγγινώσκειν. id quod ex tota sententia superioris orationis colligitur. v. etiam versu 12. nam si ad proximum χαλεπὸς καὶ ἀπηνὴς εἶναι, referretur, deberet φυλάττεσθαι *cavere*, legi. sed φυλάττειν *observare, tueri, sequi* verum est. 10. sine dubio Iulianus Apostata vulgo dictus hic designatur. sed ille, qui veteri Romae novam opposuisse dicitur, est Constantinus M. 11. f. τῇ Ῥώμῃ τῇ παλαιᾷ τὴν νέαν. v. p. 412, 37. Constantino adjungit Constantium p. 413, 33. 16.

 fratres

fratres ejus erant hi tres, Dalmatius, Iulius Constantius, (pater Iuliani Aug.) & Annibalianus, v. ad h. l. Tillemont IV. p. 287. 24. συνεστηκότων. 30. ἐκεῖνος εἰς φιλανθρωπίας λόγον. 34. f. οὐ μέντοι τοῖσδε μόνοις. 36. recte dat margo τὰ ἐκείνων, res Constantini & filiorum ejus atque universae gentis illius. leg. igitur erit locus hic: ὑπὲρ τοῦ ὅπως χωρήσει τὰ ἐκείνων. quae futura esset fortuna gentis Constantinianae.

394, 2. f. ἐπ' ἐλέγχοις φόβον [aut ψῆφον] ἐπάγουσι [vel ψήφῳ ὑπάγουσι] θανάτου. 4. designat Constantinopolin. 7. v. p. 410, f. 18. nihil habet inconveniens lectio marginis ἄνω ποταμῶν ἱερῶν πηγαὶ τὸ πρᾶγμα. negotium hoc [animadversionis puta] tuae in nos evadet illi simile, quod vulgo dicitur in proverbio ἄνω ποταμῶν ἱερῶν πηγαί. *rivorum sacrorum fluenta retrorsum eunt*. non *fontes*, sed *fluenta*, *latices*, sunt hic loci πηγαί. 20. τι] l. ἦ, *certe*, *sane*, aut ἦ, *fit enim*, *profecto erit*, aut εἴη, *esset enim*. 40. τε] l. δε. *penult.* f. ὡς αἰτεῖς, ἃ μὴ δύνανται νῦν, οὐδ' εἰ πάνυ β. aut ὡς εἰσπράττονται, ἃ μὴ δύνανται τελεῖν, οὐδ' εἰ πάνυ β.

395, 7. recte Morellus conjecit in margine εἰ μὲν ἐν ἀρχαῖς. 12. ἱκέτευον σὺν δάκρυσι. 14. lectionem texti, an marginis sequaris, perinde est. 24. f. τῶν τέως νενικηκότων. 33. de seditione Beryti coorta & de malis eam consecutis, nil reperio ab historicis traditum.

396, 7. videtur in codicibus quibusdam fuisse εἶτα καὶ ὅλως ἀφανισθῆναι. 11. f. ὁ τε δρόμος ἔσται αὐτοῦ — & quae circus flagitat [seu

 flagi-

flagitare solet] ea crebris convitiis postulabantur. sententia verborum χρυσὸς πολὺς ἦν haec est: saepius audiebam voces minaces & atroces de auro (lustrali puta. v. ad p. 427. antep.) spargi, aurum, aurum, iterum iterumque appellitabant. 18. τὸ κωλῦον] subaudi τὸ κωλύειν. *id quod conatum impediendi reprimebat.* obstaculum hujus rei exsequendae. sed videtur aliquid deesse. f. sic dedit: ὅτι τὸ κωλύον ἦν ἀσθενὲς, τὸ δὲ δρῶν ἰσχυρότατον. *quod vis intercedere audentium erat imbecilla, vis autem auctorum tanti facinoris multo acerrima.* 20. *malus ille genius cogebat unumquemque id spectare, quod coram eo erat, & in ejus oculis fiebat, idemque spectatorum neminem patiebatur vel hiscere.* 42. τὰς ταῖς εἰκόσιν.

397, 2. τοξόταις ἐφεστηκότα τρεφομένοις. 12. ὑμῶν. 21. τὰ ἀπὸ τ. λ.] scil. βοηθήματα. 24. auctores incendii indicarunt ipsa vulnera eis inflicta a tegulis in eos conjectis a defensoribus aedium violatarum, ut facile possent judici poenaeque permitti. 26. nihil hic deest, quod suspicatus est Morellus. nam ad illum nominativum πολλαὶ ὁδοὶ subauditur a communi παρέδωκαν τῷ δικαστηρίῳ. multis viis reperiri poterant, & reperti deferri violatores majestatis sacrilegi. 44. καὶ τὴν ἀκρ.

398, 2. ἥξεις. 14. καταδίκης] *multae urbi irrogandae.* 24. recte dat margo εἰ μή τις. qui tantum absunt ab insolentia, ab audacia, a contumelia aliis inferenda, ut potius domi latitent, obscuri & ignorati omnibus, habeantque diis gra-

tiam, si modo vivere sinantur. 25. occurrit argumentationi. forte erunt, ait, qui tibi, Auguste, ideo suadeant, urbem direptioni permittere, aut gravem ei mulctam irrogare, quod si viros occidere nefas sit, spes tamen lautae praedae ex rapinis affulgeat. His respondet sic: ne apud ipsas quidem matronas est mundus aut supellex domestica. 30. ἐκεῖν] est rursus hypophora. cui respondet versu 33. ἐάν, ἐν.

399, 11. τοῦτο πεισόμενοι] ut aere multentur. 14. τοῦτο] illos extremum supplicium esse meritos. 16. τῶν ἐκείνων κεφαλῶν idem est atque τῶν ἐν ἐκείνοις κεφαλῶν. *reliqui sunt ad poenam decuriones, & eorum principes.* 18. f. μηδενὸς ἔχων αἰτιάσασθαι χεῖρονος, πολιτείας. *quos si quis occidet, quum nullius criminis reos agere queat, repetet ab iis poenam gestae reip. non maleficii.* 20. sic distinguo: καὶ τὸ πρᾶγμα, φυγεῖν ἄξιον καὶ νῦν εἶναι δοκοῦν, ἔτι ἔσαι φοβερώτερον. *res, quae jam nunc videtur digna, quae abhorreatur, tum multo erit horribilior.* scil. decurionatus. 24. ἠναγκασμένον] scil. purpuram induere coactum a suis militibus Eugenium, de quo jam supra commemoravit p. 363, 19. Diocles, quem Noster appellat, est Diocletianus vulgo dictus. 27. v. p. 2, 28. 32. προσήκει. 41. ὃς ὑπάρχον ἐνταῦθα πέμπει. 44. recte dat margo ἄξιος. redit enim ad θάνατος. v. Valesf. ad Ammian. p. 107.

400, 3. μνημονεύων & εἶπε redeunt ad Strategium; αὐτὸν autem & χρήσηται ad Constantium. 9. constructio sic est formanda: ἐγὼ δὲ νῦν μὲν

παρῆ-

παρήσω; ὡς καὶ ἐκεῖνο τὸ εἰς Θεόφιλον ἀδίκημα ὕβρις ἦν εἰς βασιλέα, ἐχ ἧττον ἢ τῦτο τὰ νῦν εἰς σὲ ὦ βασιλεῦ. 11. αὐτὸς ἐκεῖνος] Constantius pari tecum fortuna usus est, o Theodosi. 12. μεμψαμένη τι] subaudi αὐτῷ. quod tamen additum malim. aliquid eorum, quae a Constantio ad se profecta essent, aegre ferens. v. p. 413, 35. ubi pro Edessa Emesa appellatur.

401, 6. τὰ τοιαῦτα] id est πόλεις μικραὶ, καὶ ὐδενὸς ἄξιαι ἀπολλύμεναι καὶ τελέως φθειρόμεναι. ibid. ὥσπερ ἐν χαρᾷ] subaudi, *est parum damni.* 30. sic distinguo & lego: μεμαθηκότας, διὰ χρόνε Ῥωμαίοις (in dativo) ἔργον αὐτῶν ἀποδιδὲς. *reddens longo tempore post Romanis opus suum.* Erat opus Romanorum, persequi hostes. Hoc opus diu omiserant, sed Iulianus longo tempore post id illis reddidit. 40. *si plures punies, quam Celsus jam dum punit, constabit, Celsum segnem in exsequendo officio fuisse.* 41. καὶ μὴν τιμῶν ἀνὴρ ἄξιος. *atqui tamen honore dignus est Celsus.* 42. ἀλλὰ μικρὸν] hypophora. at ais illum punitorum numerum irae tuae parum satisfacere. Respondet versu 43. σὺ δὲ — at tu tamen non modo capite plexos debes cogitare, sed etiam exsilio damnatos, aut qui sponte sua auffugere. *ult.* γεγηρακότων.

402, 5. *qui hodie aliquem increpat, quod jumentum & agasonem nimis magni conduxisset, is idem die post tantidem conducit.* 9. f. αἱ δὲ πρόσθεν [aut πρὸ τῦ] ἀπὸ — 11. recte dat margo ταῖς τῆς π. *quae autem viae olim ex rure in urbem ferebant,*

bant, multas ad unamquamque urbis portam ferentes, eae nunc ex urbe exeuntia [h. e. homines & res alias] *multis modis & multas in partes dividunt.* 14. ἢ vel εἰ legas, perinde est. 27. ϲπάνει. *morbi vincunt* [superant auxilium aut naturam] *penuria medicorum.* 37. τὸ μὴ μεμενηκέναι. *metuit, quod non manserit in urbe.*

403, 9. f. ὐκ ἀςεῖον ἔπος, aut alias ὐκ erit omittendum. & sane σκῶμμα per se nil est laudabile, sed σκῶμμα ἀςεῖον in elegantiis habetur. 23. primum τὴν cum τῶν est mutandum.

404, 1. praefero ex margine τὰς δευτέρας, τὰς — nam inter ἀπ' ἐκείνων & ἐπ' ἐκείνας nil interest.

Placet hic loci, ob argumenti similitudinem interponere animadversiones nostras ad illam orationem, quae prima est in editis a Bongiovannio Libanii orationibus. Illa sic inscribitur:

ADVERSVS EOS, QVI METV IMPERATORIS ANTIOCHIA EXCESSERANT.

2, 7. ταῦτα] f. ἑαυτοῖς. aut αὐτὰς αὐτοῖς. 12. v. Ammian. p. 522. conf. infra p. 8, 4. 13. τὸ πεισόμενον] scil. τὴν λῃςείαν. possit quoque τὸ πεῖσον. scil. λῃςεύειν.

3, 6. σεμνοί τε] scil. ἦσαν vel ἑωρῶντο. praestabat tamen, tale quid additum esse. 20. ὁ δ' ἐκ λιμῦ [scil. θάνατος] καὶ πᾶσι [scil. συνέβαινε] *omnes omnino moriebantur fame.* 26. ὐχ οἷαί τε παρέχειν [vel διδόναι, vel πορίζειν, vel tale quid] ἦσαι.

33.

33. sine dubio ἀπεχώρησεν praestat. 34. ἑαυτῶ an ἑαυτῆς legatur, non multum refert.

5, 16. f. ἢ ἐς ὡς ἠδικηκότας, ἐκ ἠδικηκότας, καὶ ῥαδιώσασιν. 27. τὸ ἐνυικῶν] scil. μῦσος. nisi tale quid deest.

6, 15. v. Tillemont V. p. 252. & 260. antepen. aut γίγνεται, aut ἔλαθε γίγνεσθαι.

7, 18. ἠγῦντο. 24. ἐθανάτων. me appetiisse mortem, ultro eam arcessivisse. 28. τῆς τῶν πολλῶν.

8, 6. τὰ μικρὰ potest haberi pro ἐπεξηγήσει vocabuli τὸ ἄςυ. videtur tamen potius aliquid deesse, e. c. διαρπάζοντες, aut φέροντες καὶ ἄγοντες τὰ μικρὰ — 26. εἰδότες pro ἰδόντες.

9, 1. ἄλλοσε. 14. δήσαντες τὰς διφθέρας] rebus in vidulum compositis. quod Paulus φελώνιον appellat. nos *Rentzel*.

10, 3. δὲ] l. τε.

11, 19. sine dubio praestat lectio ἐφήψατο. & 22. ἦσαν ἂν ἀδείας.

12, 10. *postquam de die mecum fuissent, de nocte clam & subito se ex urbe ejecerunt, me relicto, nil dubitantes, quin certo certius mihi pereundum esset, nulla via salutis relicta.*

13, 7. τὰ δεύτερα est ὁ δεύτερος πλοῦς, reditus ad ludum literarium & pristina studia. nam τὰ πρῶτα erant fuga ab illis. 9. f. ἢ ζήλῳ τῶν μεμενηκότων, μεμφόμενοι τῷ — obsessi potius a suavitate quadam otii, quam ab aemulatione eorum, qui assidue in consuetis exercitationibus manserunt; queruntur de nimia celeritate nuncio-

 rum

rum e comitatu, aut quascunque tandem torporis sui caussas comminiscentes. nunquam enim desunt illis ejusmodi commenta & excusationes frigidae. 24. urbi scilicet ereptum erat nomen metropoleos, & ad Laodiceam translatum, clausa balnea, theatrum, circus. v. decretum Theodosii apud Liban. Morell. p. 407. & Tillemont V. p. 271.

AD ORAT. XV. (XIII.)

POST REÇONCILIATAM CVM ANTIOCHENIS GRATIAM.

406, 4. post ἕτερον videtur γέγονεν, aut συμβέβηκεν, aut tale quid excidisse. 10. f. τῇ δὲ διὰ λόγων ταύτῃ δικαίως ἂν εἴη μόνῃ (in ablativo) χρωμένῃ. 23. f. — ἐρῶ. πονηρὰ ἐγένετο περὶ βασιλέα χρηστόν. 26. οὐκ ἀποσειομένη. *non excutiens jugum parendi. ult.* τ' ἐν] aut τὰ ἐν aut τὰν.

407, 5. recte conjecit Morellus κιγκλίδι. 26. λόχον. *cohortem.* 35. τετρωμένον, *confixum. antepen.* ὡς delendum, aut ὅμως leg. *nihilominus.*

408, 25. δέδωκεν marginis bene habere, argumento est sequens αὐτῷ. nam aut hoc stante illud recipiendum est, aut admisso δέδωκας, etiam σοι leg. erit pro αὐτῷ. sed orator a principe sermonem subito ad auditorem avertit, rursus ab hoc paulo post ab auditore ad principem reversurus. qui mos est oratorum perfrequens. 38. ἐν] l. ἄν. *penult.* novi saepe comparativum cum superlativo promiscue haberi. malim tamen h. l. ἀφορητότατον.

409.

409, 4. cum tamen ille (Theodosii pater) post se reliquisset, (filium) qui esset poenas a violatoribus ejus sumturus. 18. πολλά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ — 20. recte dat margo ἐμβλέποντες. sed etiam praemisso καὶ leg. καὶ ἐμβλέποντες — 21. ἀπέχονται.

410, 5. v. p. 394, 7. 26. ἐκείνην] humanitatem, clementiam. 27. ταύτην] appellationem, cognomen, quod tibi datum est ex humanitate tua, ut appellarere *humanus*, aut *clemens*, aut *ignoscere facilis*, hoc tuum cognomen noluisti redarguere, & planum facere moribus tuis, illud falso & mendaciter & per adulationem modo tibi esse impositum, aut a te tibi arrogatum. 38. designat Diocletianum. 39. νῦν] l. ἐν. *debebat Diocletianus, imperator alias fortissimus, & qui Romanum imperium virisque & armis, velut fortissimis moeniis sepsit, eadem mente praeditus esse, & hac laude ornatus, ut non temere saeviret caedibus.* 41. *sic enim*, illa nimia & coeca ad sanguines civium spargendos festinatione, *factum est, ut meus pater* — 43. τετμημένη. *cadaver truncum, una cum amputato capite sepeliret.*

411, 3. ἄρτον. 14. aut hic post εἰδότων, aut versu 16. post ἔχοντες deest ἀπεκρύοντο. 18. ἐπέθηκαν. negotio finem imposuerant. negotium autem illud erat repressio & interemtio militum illorum tumultuantium. hos omnes fuderunt & sustulerunt ante noctem concubiam. 20. ἀρχῆς] f. ταραχῆς aut ὁρμῆς. 21. post ἁμαρτόντας videtur deesse κολάσαντας, aut τιμωρησαμένους vel simi-

ſimile quid, *punitores autem eorum, qui deliquerant.* nam hic accuſativus poſterior, omiſſus a librario, non ad proximum τὺς, cum quo ἁμαρτόντας aptum eſt, ſed ad ſuperius illud τὺς, quod verſu 20. legitur, referendum eſt. 24. τῶν ἐν τῇ βυλῇ πρώτων] ſcil. ἀνδρῶν. privavit viris in curia principibus. 32. εἰ δ' ἐῴκει σοι. ſcil. ille, Diocletianus. *ſi vel parum tibi ſimilis fuiſſet.* 43. γεγένηται. 44. τῦτον. *non hunc modo*, Diocletianum, *vincis, ſed etiam* —

412, 8. τὺτῳ. 15. ἡ μὲν] leg. ἦν. 17. μὴ] l. μήν. 22. f. ἀνάγκην ἔχων διὰ τὴν αἰσθ. 38. deſignat Conſtantinum M. 41. τῶν] l. τῦ, aut τῦ τῶν. 42. ῥῆμα. ῥήματα μὲν γὰρ —

413, 1. ne geſtu quidem contumelioſo ullam ejus ſtatuam dedecorarunt. βλέμμα παροινίας eſt illa forma, ille geſtus corporis, quem petulantes, laſcivi, ebrii de ſe conſpiciendum dant, cum aliquem deridere volunt, eique contemptum ſuum ſignificare. 8. ſignificat Valentem, Valentiniani fratrem minorem natu. v. Weſſeling ad Itinerar. p. 131. 15. major quidem facta contumelia Valenti, quam Conſtantino, ſed rurſus tamen haec ipſa quoque pariter minor erat, quam contumelia Theodoſio facta, quemadmodum illa Conſtantino facta cedebat Theodoſianae. 17. ταῦτα. atqui erant tamen in eorum conſpectu ſtantes Valentis, in quem hae contumeliae per literas ſpargebantur, ſtatuae. dicitur Valens h. l. ταῦτα ἀκηκοώς, quamquam ille probra non audiverat, ſed legit ſolummodo.

ἀκύειν

ἀκȣ́ειν saepe de omni genere perceptionis, quae mente & intelligentia fit, universe usurpatur. 28. κρατȣ̃ντα τῶν αὐτῶν. *dominantem illis ipsis*, quibus isti dominati sunt, Constantinus puta & Valens. 30. aut ἀφαιρεῖν οἷς leg. aut certe ἀφαιρῆ. deinde pro τὸ leg. aut τȣ̃ aut τῷ. 35. p. 400, 12. pro Emesa Edessam appellaverat recte. nam Edessa est in finibus Syriae sita, extra Syriam, sed Emesa est urbs ipsius Syriae, & in media Syria sita. 44. ἐπισήμῃ τȣ́τῳ καταδεδεῖχθαι, χαριζομένῃ τισὶ δαίμοσι τὰ τοιαῦτα δαίμοσι. dicuntur haec reperta & constituta a sapientia quorundam, quae gratificaretur quibusdam geniis talia appetentibus & sectantibus; qui sapientes viri illos genios pascerent ejusmodi probrorum mutuo spargendorum petulantia.

414, 9. καιρȣ̃ καὶ τȣ̃ πλήθȣς. 11. ὁμολογῶ. 13. ȣ̓κ ὀρθῶς, cave ad sequens ἀμαθεὶς referas, pertinet enim ad ἄρχων. si quis praesidialis aut vir potestate praeditus, male ille rempublicam gerens, ad poenas sumendas, & dolori suo satisfaciendum accesserit. 16. ἀλλότριος. ἀλλ' ȣ̓χ ἡμῖν γε. 20. ἐκείνῃ] Edessae tu certo certius ignovisses, si loco Constantii fuisses. at Constantius non sane videtur nobis veniam daturus fuisse, si loco tuo fuisset. 28. nolebat Vespasianus permittere, frumentum ex Aegypto & Africa Romam devehi, superstite adhuc Vitellio, & quo evectio frumenti impediretur, ipse Alexandriam se contulerat e Syria. v. Tacit. Histor. 3, 48. 29. hoc non intelligo. videntur Judaeorum

capti-

captivi quidam e castris Vespasiani aufugisse, quos ille retractos e fuga diris suppliciis interemerit. 32. προάστειον. 36. ἀποδιδράσαι est h. l. tertia persona singularis optativi aoristi 1. activi, non autem infinitivus. ibid. ἠδίκηται. *qui a saevo domino aufugerit, ille magis injuriam patitur, quam facit. nam quae coactus facit, illa imputare cogenti possit.* h. e. fugit quidem, & hoc crimen est: sed crimen hoc invitus committit. possit ergo crimen illud a se amoliri, in eum, qui coegit committere, retorquere. 40. *Lapsus ergo est in poena sumenda criminum minorum. qui ergo recte laudetur ob clementiam & ignoscendi facilitatem in majoribus?* 42. quis autem Theodosium accusare potest inopiae annonariae ab ejus saevitie & iniquitate effectae? quis eum appellare potest auctorem famis, a qua multa hominum millia sublata sunt. Pecuniam exegit. Hoc verum; sed non ideo statim haec appellari debet crudelitas & immanitas, cum princeps tempori servit, opes flagitanti, eoque imperium Romanum amplificat, & hoc lucratur commodi, ut periculum imminens a reip. cervicibus depellat.

415 6. cur ergo quaereret Vespasianus, quod jam habebat? cur juberet caede & ferro grassari? jam, antequam id imperaret, factum erat, vel priusquam Vespasianus de seditione vel verbum inaudiret? sic utcunque enatavimus hunc locum de Vespasiano, qui tamen nondum satis liquidus mihi ubique est, ut necesse sit adhuc acrius atque diligentius de illo cogitare.

9. τόξον

9. τόξων hic dixit pro τοξοτῶν. *sagittas* nominavit loco *sagittariorum.* 13. non facile erit, qui te dixerit, cives occidisse, neque finis nos in eo metu vivere, ut vereantur, ne adhuc caedem civium imperes. nam illos paucos, qui peremti sunt, ne commemorare quidem dignum est. 21. multi multa enumerarent suppliciorum genera, quae verebantur ne civitati essent subeunda. 27. ἀφῖκται. *hic homo nobis ex Avibus advenit*, h. e. augur est, recens ex avium patria huc venit. omina cantat, futura praesagit. 30. Antiochenis autem tumultuosius instantibus, & vim meam vaticinandi exagitantibus, identidemque sciscitantibus, undenam ea vis ad me pervenisset. 33. me ad unum te, tanquam ad aquilam, respicere, & ex uno te, & ex alio nemine, augurari. 34. εὑρεῖν, me reperire & eruere occultum futurum e rebus jam gestis. 37. aut ἴδῃ, aut ᾔδει, aut εἰδείη; *sciat, teneat.*

416, 13. καὶ γράμματα λύσιν. 26. f. καὶ τἀναντία β. 31. ἴσωσαν. interim tamen eos scire velim hoc, gratiam eos rogasse imperatorem, quam ipse ultro daturus erat, etiam nullo intercessore. 32. ἔδωκεν ἄν. redit enim ad Theodosium. verbum μεταγγέλλειν videtur idem significare h. l. atque μεσιτεύειν, ὁ ἐν μέσῳ (vel ὁ ἐν τῷ μεταξὺ) ἄγγελος εἶναι. διαπρεσβεύειν. 38. τῇ περὶ τῶν . Φ. *in uberiori illa enarratione indultorum vel gratiarum concessarum.* 42. περὶ τῆς ψυχῆς.

417, 6. Κοίας] l. κοίας. olim quidam per mortes illegitimas invadebant in alienas facul-

tates

tates; verum qui fructus e bonis Antiochenorum hoc modo poterat fisco obtingere, & nunc est, & erit in posterum haeredibus condemnatorum, quia principes, qui identidem sunt, discunt, haud expedire, possessores bonis ejici. 7. post ἀεὶ deest aut τῶν κληρονόμων, aut τῶν κεκτημένων. 8. punctum delendum est. 12. f. εἰδότος, bene gnaro, nimirum Theodosio. 15. τῇ διὰ] leg. νὴ Δία, post πόλεως subauditur γίγνεται τὸ εἰρημένον. *ita etiam in forma, si fas est ita dicere, urbium evenire solet, tum ita accidit, ut desideretur id, quod paulo ante erat, nunc autem periit.* illud νὴ Δία non aliter potest h. l. reddi, quam *si ita fas est dicere.* 16. μένοντος in duo vocabula est dividendum, μὲν ὄντος. 17. εἶτα δ' ἀπολωλότος. *ibid.* duae urbes, quibus secunda erat Antiochia, sunt Roma & Constantinopolis, tres autem, quibus par erat, dubito, quae fuerint, una certe erat Alexandria. sed duas alteras adhuc quaero. Ni fallor, erant Carthago, metropolis Dioeceseos Africae, & Treviri, metropolis Dioeceseos Gallicae, vel Mediolanum. 37. aut in duo vocabula est dividendum ἀνελών, ut sit ἂν ἑλών, aut leg. εἰκότως ἂν ἀνελών. 38. ἐξ ὧν οὐκ ἀνήρηκεν idem est, ac si dixisset ἐκ τοῦ μὴ ἀνῃρηκέναι αὐτήν, aut ἐκ τούτων, οὓς μὴ ἀνῄρηκεν ἐκ τῆς οἰκείας.

418, 2. σε, *adeo ut nemo vitio tibi sit daturus, etiamsi tu novum nomen, e gente tua ductum, des & imponas urbi, atque pro Antiochia Arcadiam appelles, vel Honoriadem.* v. versu 39. 8. μεταθείς,

θείης, aut μεταδῶντα. 7. εἰπεῖν] f. αὐτεῖν. in erroribus nostris reliquis, hoc unum sapienter vidimus, debere nos abs te similem gratiam petere, ei, quam modo audivisti ex me dicente. 12. οἵαις. *cujusmodi accessionibus tu Daphnen quoque ornasti.* 17. significabat suburbium, quod in ripa Orontis boreali situm ambiebat mediam urbis partem, quae erat in insula sita, quam insulam duo brachia Orontis efficiebant, supra urbem discedentia, infra urbem coëuntia; cujus brachii australis in sinistra ripa erat explicata urbs ipsa Antiochia vere & proprie sic dicta, in qua Libanius habitabat ipse. 18. aut plane delendum ἐπ' aut cum σε mutandum est. 24. locum hunc non intelligo. *conserves id, quod nascitur e lampade Dei, propter quam libentissime videbas nostros legatos*, haec mihi obscura. satis quidem hoc video, primam partem significare posse haec: conserva illum morem, cujus te observantem esse decet, & consequitur similitudinem eam, quae tibi cum solis radiis intercedit. sed posterius membrum *propter quam* — non satis perspicio. 26. ὁρῶν. existimans, in legatis nostris te videre urbem ipsam, tametsi longe a te dissitam. nam ἀφεστηκυῖαν h. l. idem est atque ἀπῦσαν. 28. f. εὐφημούμενος, ut respondeat proximo δοκῶν ὁρῶν. 30. μέγα. 44. ἔνδον τε σῦ καθημένυ, tum, quum nobiscum es in urbe —

419, 30. recte conjecit Morellus ἠνίακεν. 44. τῦτο] scil. τὸ ἁμαρτάνειν. *ibid.* τῷ] l. τῶν. *iis autem, quae ab Ate seu Noxa proficiscuntur, fieri*

 nequit,

nequit, ut libera atque incontaminata sit tellus.

420, 11. f. τὸ μὲν ἑαυτῆς δράσει. opus suum *faciet.*

AD ORATIONEM XVI (XIV.) IN FLORENTIVM,

vel potius pro cauponibus & institoribus. Male referunt hanc orationem ad aetatem Iuliani. nam scripta est sub Theodosio, post reconciliatam cum Antiochia gratiam. v. p. 423, 24. & 35. ubi princeps φιλάνθρωπος est Theodosius. item 430, 35. ubi βασιλεὺς Πασῶν est Valens. v. Prosopographia nostra Libaniana, ubi de hoc Florentio duce Antiochiae, aut si vis, Praef. Praetor. Or. plura damus. 33. δεῖν hic loci non est oport*ere*, sed *vincire*, compedibus, custodia, carcere constringere. alias δέειν usurpatur.

422, 3. loco secundi οἰκίας leg. est αἰτίας. v. p. 425, 29. 9. τὸν] l. τῶν. 14. τοῖς] scil. γέρασι. honoribus, opibus, juribus, conjunctis cum praefectura sua. 16. τῷ θρόνῳ] honore suo, seu illa ipsa praefectura. 19. καὶ] subaudi a communi ἔτω διακηκότα. 24. αὐτῆς bene habet. *qui semet ipsi vendiderant ejus inimicis.* 37. λαχόντα. *sortitus diem*, h. e. die dicta, & data venia accusandi atque defendendi rei.

423, 1. πατέρα τὸν αὐτῆ] forte ille Nigrinianus fuit, Consul A. 350. 2. τῷ πολιτευομένῳ] est idem ille αὐτῆς δεξιός, de quo coeperat p. 422, 17.

17. dicere. 4. f. οἷς εἰς ἃ ἂν βȣλομένοις ἦν, ἐψηφίζετο. *ad quorum sententiam & libidinem pronunciabat.* 5. Iam persuadebant haec quoque mihi, ut qualis esset Florentius, ex his primis notis & vestigiis obscuris, velut eminus, agnoscerem, & pro damno haberem consuetudinis exercitationem cum homine virtutis immemore. 9. idem mihi suadentia, h. e. ut consortium Florentii fugerem. 13. post ποιῆσαι deest ἐκ, vel παρὰ, vel ἀπό. 14. τȣ̃θ' ὑπέμενον] scil. a lictoribus pecunia se redimere. 19. defatigatione prioris advocante & adducente posteriorem ad verberandum. 22. ἐκεῖνος] pater Florentii, Nigrinianus. 25. f. ταῖς ἐκείνων αἰσχύναις νυττόμενον [vel tale quid] μηδετέροις ἕψεσθαι, neque patri, neque Tatiano, patris successori, neque Proclo, Tatiani filio, qui omnes pariter, ut Florentius, Duces Antiochiae fuerunt. scripta igitur est haec oratio post Proclum comitem orientis, h. e. post A. 384. 32. ἀποχρῶν] subaudi μῆχος καὶ σόφισμα εἰς σωτηρίαν καὶ ἴασιν. 37. ὡς οἴονταί τινες] scil. ȣ̓ δεῖν αὐτὸν προσειπεῖν ἀνδροφόνον. 38. ἀλλ' αὐτὸ τȣ̃το] scil. ἀνδροφόνον προσερȣ̃μεν αὐτόν. *illud ipsum nomen* HOMICIDAE *ipsi impingemus*, & adhuc gravius atque atrocius. 39. ἐστ] l. ἔτι. sed quodnam illud atrocius est nomen, ipso Homicidae nomine foedius? *Carnifex, Tortor.* nam non perimebat homines modo, sed etiam cum tormentis. 40 ȣ̓́τω] sic simpliciter, vetusto more, gladio (v. versu 38. ξίφει, & versu 41. μιᾷ τομῇ, *uno ictu*) quam hoc novo more, plagis τῇ

ἐν ταῖς πληγαῖς διατριβῇ, illa mortis, quae per verbera fit, lentitudine & extractione.

424, 6. τοῦ] l. τῷ 13. punctum tollendum. *non quidem ab omnibus, at a non paucis tamen.* 19. τὸ παραιτούμενον] more Thucydideo idem est atque ἡ παραίτησις. 22. ἂν] l. αὖ. 25. recte habet lectio vulgata. *alia officia, unde ipsis collegiis appellatio exsistit.* ut ῥαβδοῦχοι, πελεκοφόροι, viatores, manclaviarii, &c. 29. τούτοις ἐν μίξει] sententiam video. sed verba quae dederit Libanius, non assequor. sententia haec est: non vinum merum modo, sed etiam aromatibus conditum.

425, 1. ante τούτοις deest σὺν aut πρὸς. his annumera officiales praefecti, aut ducis. 4. quibus officinae [cauponae & tabernae] omnes sunt fundi, h. e. loco praediorum fructuosissimorum. nam quae venduntur ab opifice quoque, eorum ipsi partem ferunt. 7. cohortem autem praesidialem quid putas? num contentam esse — 13. καὶ] f. δὲ. 15. ἀγείρειν est commendicare stipem. 17. ad emungendas miserorum civium crumenas satis est illis esse aut leonem cicuratum, quem circumductitantes monstrent. 23. Βάκχον. 25. cui autem dandi multo major est necessitas, vel, quem quominus muneribus placent, multo minus cives facere possunt; is est *Curiosus* — de quo genere Valesius ad Ammianum. Nostri eos *Inspectores* appellant. 32. is si vult, necesse est, ut vel integerrimus quisque, & a delicto alienissimus peccaverit. 33. aut cum Morello est faciendum, cujus conjectura

ra margini adscripta probari potest, aut pro ἢ leg. est ἢ. 34. sic distinguo: λῦσαι δὲ τὰς αἰτίας καὶ ῥᾴδιον, εἰπεῖν οὐκ ἔστιν. tametsi perfacile sit crimina purgare, dicendi tamen facultas negatur. 35. quum domum redeunt ad uxores suas, narrant illis, incussos sibi terrores & minas supplicii extremi esse a praefecto, vel curioso, gladiumque suis cervicibus intentatum. μάχαιραι igitur hic loci est commemoratio minarum supplicii, gladio ab ipsis sumendi. 37. debebat quidem haec insolentia insistere in curiosis, neque ulterius procedere, neque ad homines istis adhuc inferiores descendere. jam vero qui cuicunque tandem officio comitatensi adscriptus est, aequum censet, & sua persona dignum, se ipsum quoque juribus iisdem, quibus curiosos, perfrui. 39. ἔτος. 40. μαστιγώτεροι in plurali dicit, tametsi πᾶς praecedit. quia πᾶς multitudinem declarat. 42. ὑπὲρ] f. ὑπό. ab his ipsis quoque inflicta multa vulnera, & expressas lacrymas memini. pers docebat enim Libanius in Senaculo. multae quidem, ait, orationes mihi recitanti interpellatae atque interruptae sunt a lamentationibus, & vociferationibus miserorum vapulantium.

426, 8. στρατιωτικά] v. p. 425. 30. ubi κάγκελα appellat. 4. verum, erat hoc malum, tametsi grande, ferendum tamen quodammodo, & tolerabile prae eo multo maximo, de quo nunc exponam. nam de quibus adhuc questus sum, sunt illi milites, quanquam ignavi illi & imbelles, & militum nomine indigni, at milites tamen, habitu

 bitu

nis. sed tempus est, ait, ea a me commemorari, quae fiunt, quum duces aut praefecti decedunt, & locum faciunt successoribus. 15. f. καὶ τραπέζαις, πίθοι, ταμιεῖον. κενοῖ μὲν — cum quis decedit dux aut praefectus, nihil relinquit in hospitio, neque in mensa, neque in cadis, neque in cella quicquam. sed vendit tamen eadem successori suo pro plenis & refertis, quia pari rapina ipse quoque acquisiverat. h. e. quia & mensas suppellectile vacuas triclinari, & cados vino vacuos, & penum rebus omnibus inanem ipse pro plenis & instructis redimere a decessore suo necesse habuerat. 17. ὠνεῖται δὲ ὁ τὴν ἀρχὴν. ea redimit successor, intuens avido desiderio in illam diem, qua ei licebit successorem suum rursus pari venditionis mimo deludere & emungere. 20. taceo stipem gratuitam, quam caupones in mendicos quia erogent, facere nequeunt. 24. τοῖς προσαιτοῦσι. nam tametsi hoc genus etiam unum aliquod genus impendii est, at est tamen spontaneum, & affert erogantibus voluptatem. 25. f. τοῖς λαμβάνουσι. non enim diras imprecantur illis, qui hoc impendii genus a se ferunt, quemadmodum aliis tortoribus, qui nummos invitis exprimunt, mala omnia & pestes omnes in caput imprecantur. ἀλλ' εὐφραίνονται διδόντες. sed gaudent largiri, vel largiendo, dextris suis, ut ita dicam, cernentibus, in manus mendicorum coecas, ideoque errantes. Manus coecas appellat eas, quia mendici, cum stipem accipiunt, non inspiciunt, quid sibi detur,

qui quidem modesti & pudentes sunt, & errant saepe, imputantes ei, qui multum dedit, parum, & contra. 30. ego hoc nullo in loco habeo, neque in numerum admitto; nam ne ipsi quidem caupones hanc largitionem unquam pensi habuerunt; sed ecquis est, qui nesciat, columnas pro vetustis & ruinosis novas cum horum cauponum damno reponi, aut tardius opus procedere. videtur enim versu 32. pro ἀμαχυτέραις leg. esse βραδυτέραις: currus, qui columnas illas advehunt, aedificiis publicis substruendas, tardius trahi a jumentis queritur, institores maxime premi onere aedificiorum publicorum exstruendorum. 33. ἀμφω] quae sint illa ambo; statim subjicit. Oportet enim eos aut semetipsos ab artificiis & officinis suis illuc transferre, ubi columnae sunt erigendae, & cervices atque humeros suos illis supponere, aut, si artes suas diligenter exercent, & ab iis desistere nolunt, per alienas operas, mercede conductas, vices suas laborum in opere publico exstruendo peragere. pro εἰ hoc versu leg. est ἢ. caetera h. l. bene habent. 34. τέτων] scil. τῶν τεχνῶν. si mordicus adhaerent opificio quisque suo, & illud omittere nolint, debent ἐκεῖνο illud facere per homines mercede conductos. illud ἐκεῖνο designat erectionem columnarum novarum, in loco vetustarum, h. e. omnem restaurationem & exstructionem operum publicorum. 37. hic queritur, mercatoribus impositum onus, curandi, ut aquaeductus sint mundi, & a sordibus liberi, coenoque

noxae non sunt dissimulatione transmittenda, in quibus eam, quam jam nunc dicam, invenio iniquissimam. qui enim aequum sit, praesidialem rerum edulium, pretio non nisi dimidio soluto, quod alii minores integrum dependere debent, laute epulari? 34. ἐπάχθη. quem jussus erat felicem reddere, eum in miseriam deturbare, & jura sibi abs te, Imperator, concessa convertere in quaestum, & auctarium rei familiaris. 37. ἀγοραίων. 39. λῃστεία καὶ καυχᾶσθαι ὑπὲρ ὀνόματι μεταθέντας. & tum super tam infanda depraedatione vel gloriari, tanquam de praeclaro aliquo facto, cui scilicet pro vera sua & propria nominis infamia, tui ministerii honorificum nomen immerito imposuere. 43. προσαγορευειν aut προσαγορεύη. 44. & cum de ejusmodi compendiis seu lucellis percunctantur suos coquos, [seu audientes a suis coquis, quantum in ferculo quoque, quantum in sulla, vel aprina, vel cervina, & aliis, minus dederint, quam alii cives, largitione dimidiam pretii partem honori & gratiae magistratus condonante] non occulunt caput prae pudore, non optant sibi terram dehiscere, quod seimetipsos pudeat, qui ea lucrentur, quae lucrari cordatum alium quemcunque privatum si quis apud eos deferret, atque reum cupiditatis faceret, o quas esset voces, editurus ejusmodi index iniquius! o quam invidiose esset ejusmodi fraudis crimina majestatis aspersurus! & nihilo minus tamen, quarum fraudum illi erant poenas ab illis sumturi, audent, cum iis ipsis fraudibus sese

sese implicant, affirmare, se alios ad officium revocare, & castigationibus sapere docere.

429, 5. ἑτέρους. 8. τεθεαμένον. id quod etiam videtur Morellus voluisse. *eum, qui viderit saepius Tiberim.* 12. καλλέσαντα μανθάνειν. 14. incursiones non in vites, quemadmodum Lacedaemonii dicuntur a Thucydide in vites Atticorum incurrisse atque saeviisse, sed in vinum ipsum. 22. βραχιόνων. mandare hoc malum [fustigationem vel verberationem cauponum & mercatorum iniquis ponderibus & mensuris utentium] brachiis quindecim, h. e. totidem viris robustis, lictoribus. 25. τοὺς πεπορθημένους] caupones; quorum cellae vinariae nunc a suis ministerialibus, velut agri aliqui hostiles, infestis animis depopulantur & exinaniuntur. 27. ὅσος τις. *quantum temporis ipsis effluxerit a legis illius promulgatione.* sed videtur haec quaestio a re aliena & inutilis. quid enim expediebat hoc interrogare? quid id ad rem? aut cur ab iis percunctaretur, quod ipse optime norat, qui legem ipse tulisset? quare putem excidisse τῆς ἐλευθερίας, vel τῆς ἀδείας post γράμματα aut post χρόνος, quamdiu liberi & tuti fuissent a pristinis illis incursionibus & depopulationibus suarum cellarum, post promulgatam a se illam legem. 28. εἰσὶ] l. εἴ τι. num quid pristinorum scelerum vel ausorum sit correctum & in melius mutatum. designat ausa officialium praetorianorum in cellas cauponum ut in agros hostiles invadentium. 30. τοὺς κανόνας] mensuras & pondera a rep. statuta & sanci-

sancita. 31. & sic demum eos pro malis habere, qui, quamvis injuriam nullam acciperent amplius, a qua cogerentur fraude uti, nihilominus tamen pergerent nequam esse. 32. ἀφεὶς] id est ἐφεὶς. 35. malim προσίθης. in secunda persona sing. praesentis indicativi activi. 37. eodem ipso die caupones a tuis ministerialibus & corpus habent verberum saevitie laceratum, & cellas suas depopulatas. quid? quod saepe usu venit, ut illi ipsi lictores, qui ejusdem diei horis antemeridianis aliquem cauponem verberassent, ob mensurarum iniquitatem, horis iidem pomeridianis adirent ad ejusdem cauponem, & ex ea vinum biberent gratuitum, interim ejulante & plorante uxore cauponis ob mariti infortunium, dum illi iterum atque iterum infundi calices alios ex aliis juberent. *penult.* sed audio, Florentium sic mihi occurrentem. Caupo tuus, ait, non ob mensurarum iniquitatem vapulavit, sed ob probrorum protervitatem, quibus totam civitatem proscidit, & qui debebat causam suam dicere, nil curans crimen suum purgare, alios accusavit. ideo caesus est.

430, 1. declamavit caupo in eorum mores, qui se (cauponem) clamoribus in amphitheatro notassent, eoque effecissent, ut a lictoribus arriperetur, & ad praefectum causae dicendae ergo pertraheretur. 2. haec sunt ipsa cauponis verba, quae ei vitio dabantur, esse in illis vociferatoribus circensibus homines seditiosos, qui tumultuositate sua vel tranquillos & sedatos ci-

ves ad tumultuandum impellerent. 4. refutatio haec est illius objectionis. Quid tum? estne tam grave & infandum, eos commemorare; qui mentibus talem insaniam injiciunt? 6. ταῖς ψυχαῖς. 13. τὸν Ξέρξην (scil. εἰ ἠρώτας) πῶς ἀγαπῴ — si interrogares, qui factum esset, ut Xerxes sibi gratularetur, si salvus modo abiret, vel rebus omnibus amissis: audires tu tum Atheniensium nomen & virtutem atque classem, τὸν Ξέρξην h. l. idem est atque περὶ τοῦ Ξέρξου. 15. si nihil deest, debet comma poni post ἔλεγεν, & tum a communi subaudiri ἥκεν ἄν. si quis de Lesbo commemoraret, audiret ille ea, quae vel proverbium ipsum luctu digna ait. sed locum hunc parum intelligo, & adhuc minus alterum de Siphniis, videtur aliquid deesse. 18. κινηθέντας οὐ κατὰ κόσμον. 30. τὸ bene habet, est idem atque κατὰ τὸ, περὶ ἡμᾶς. scil. ἦθος καὶ ἐπιτήδευμα. cujus erga nos studium & voluntatem quae aequet, alius cujuscunque voluntas alia nulla est, τὸ περὶ ἡμᾶς est Latinorum, *de nobis, quantum ad nos pertinet, ratione nostri.* 33. κατεσκάφθαι] videtur de animadversione Theodosii in Antiochenos tumultuantes loqui, quae metuebatur. sed Theophili nomen in eo negotio nullum usquam reperio. nam Theophilus ille, qui in tumultu Antiochiae A. 353. discerptus est, hic non videtur nominatus esse. 35. παίων] l. majori litera prima ὁ Παίων βασιλεύς, imperator e Pannonia oriundus est Valens. unde clare patet, hanc orationem Theodosio regnante, & post

sedi-

seditionem illam Antiochenam, qua eversae sunt Theodosii statuae, scriptam esse. nisi mavis Diocletianum, quam Valentem, intelligere. 36. quae fuit ejus de plebe opinio? non ea, quae nata fuit e turbulentia? h. e. nonne ita de plebe existimavit, ut necesse erat eum existimare, qui nosset atque meminisset ejus temeritatem, audaciam, turbulenta & tumultuosa coepta. 40. πατρᾳλοῖαι. (per αι in fine) 41. εὐδαιμονίζοντες] vel ἑαυτὰς, vel τῦτο, *qui se felices beatosque putent*, vel *quibus haec magna videatur felicitas, si ad limina histrionum excubare sibi liceat.* 42. ἐπιταχθεῖεν. *& histrionum jussa haud secus atque mancipia accipiant*, aut etiam ἐπιταχθῶσιν.

431, 10. tolle asteriscum, nihil hic male habet. solummodo ad ἑαλωκέναι subaudi a communi ἂν ἦν: *sed necesse fuisset causa cadere & condemnari.* 11. ἐλπίδες] scil. τῦ ἀποφεύγειν. 15. *ecquid novi est*, aut *estne res nova & inaudita, accusatum accusare?* 22. f. τῇ νηΐ. ὁ δὲ ἐρέσσων ἀναιτεῖν. 30. τα] l. τό. 42. προθείη sine σ. sed alterum proximum προσθείη versu 43. bene habet. *quod tali marito antehabuerit adolescentulum petulantem, & ad adulterium caedem adjecerit.* 44. φόνον.

432, 2. εὖ] l. σύ. *tu autem vir.* 3. sic distinguendum: ἀπολογίαν τὸν κάπηλον? ποίαν? 6. σὺ δὲ ἀντὶ τῦ μισεῖν τὰς εἶναι κακὰς ἑλομένας. tu autem, cum debebas eos odisse, qui mali esse ultro maluerunt, quam boni, omissis partibus tuis, existimasti, oportere eum de medio tolli, qui quam laudem eorum praedicaret, nullam inveniebat.

niebat. vivit ille quidem adhuc, & salvus superest, deorum quodam beneficio; at tu tamen, hoc nolebas; nam alias non jussisses tot manus, in ejus dorsum plagis desaevire. 13. ταύτην] divide in duo vocabula ταῦτ' ἦν. *si vera haec erant.* 17. ἢ τῦ τὸν λέγοντα εἶναι. 19. f. ὐ περὶ πάντων, ἀλλὰ μόνον περὶ τῶν παρόντων ἐν τῷ θεάτρῳ. 26. f. ὀλιγάνθρωπον. *negaret, se in urbem venisse multitudine hominum redundantem.* 30. f. τὸ πλέον τῦ παρόντος. *vel ipsius praesentis coetus partem maximam culpa exemisse, eo quod dixisset.* τινες. QVIDAM. 32. f. καὶ μὴν ὁμῦ τε συλληφθεὶς νυκτὸς ἦν ὑπὸ τοῖς πλῦοις quid? quod, comprehensus nocte & lecto extractus & subito abreptus erat in numero damnatorum, & una quoque, eo ipso momento temporis, sine ulla mora, plorabat sub flagris. adeo scilicet illis necesse erat dicta esse, & quidem de hominibus pessimis, ea quae ne dicta quidem unquam fuerant. nam reus & condemnatus & supplicium passus caupo, ne adductus quidem in conspectum judicis fuit, neque ab eo interrogatus. Nihilo itaque ille vel plus, vel minus tulisset poenae, etiamsi verbum non dixisset, quam revera tulit, si meritus erat hanc poenam flagitio illo in mensuris admisso. satis poterant verberum in corpore notae ostendere animadversionem praefecti, ob quam arreptus esset. 39. ἴσχεν. rem autem ita, ut suspicor, eventuram fuisse, documentum hoc est maximum. nam alii quoque verberati, tametsi nihil neque interrogati erant, neque responderant,

 mer-

mercedem tamen medicis dependerunt obligationis vulnerum suorum a verberibus judicii acceptorum, & paribus lamentationibus suorum affecti sunt, atque hic caupo. & uxores liberosque jusserunt domum ire; quia nulla spes superesset, fore, ut ploratus eorum judicis severitatem leniret, aut quia jam supplicium de se sumtum esset, & res jam peracta; sero ergo venire auxilium.

Videri possit aliquid fini orationis deesse. pro certo tamen id affirmare non ausim.

AD ORATIONEM XVII. (XV.)
IN LUCIANUM.

Scriptam eam esse circa A. 386. apparet e p. 437. 13. ubi Arcadium appellat in spem imperii crescentem.

433, 1. solebat praefectorum & comitum atque praesidum ad urbes, quibus rectores veniebant, adventus praenuntiari per eorum viatores. quo facto, qui ipsis bene vellent, aut eos promereri & gratiam apud eos inire studerent, ipsis ante urbem occurrebant, eosque in urbem deducebant. Idem honoris Luciano quoque a se exhibitum hic ait Libanius. de occursione ante portas urbis hic agi patet e p. 433. 10. post τῷδε videtur οὐκ ἀρκουμένους aut οὐ στέργοντας deesse. *non satis habentes, tam paucos Luciano occurrisse.* 15. significat, eos moderatores acclamationum publicarum, de quibus jam superiori oratione non

parum

parum questus erat. κράκται appellantur in Ceremoniali Constant. 17. τόπον] non in theatro, sed in campo ante urbem, v. p. 436, antepen. 18. ὑπ' αὐτῷ recte dat c. F. & 23. παρέλιπεν. Lucianus puta. 25. idem codex recte dat ἐ ποιήσας pro ἐποίησε. quanquam toti mensi non nisi quatuor exemit dies, quibus solis interdixit se conveniri; caeteris omnibus permisit; idem tamen vesperae plane vetuit ad se adiri. 26. codex Ferrar. ἐπεικῶν. nil interest. 28. τοῖς eidem deest. videtur ergo in quibusdam codd. fuisse τῇ μεγάλῃ βυλῇ. 30. edixit, ut illum ipsum diem, qui tamen ex lege praescripta introitus habebat, illi non haberent, qui paulo tardius advenirent, h. e, ut qui paulo tardius ad Lucianum accederet, & non cum tota salutantium caterva introiret, ille excluderetur, vel illo ipso die, qui tamen consecratus esset salutationibus. pen. delendus asteriscus, qui multis locis hujus editionis male allitus est.

434, 1. pro ποιῶν dat c. F. εἰπών. voluit εἴπω in conjunctivo. dicamne? vultis me dicere, utrum contumeliosus sit & protervus, nec ne? 2. recte idem codex τῦ καὶ καταγελασθῆναι. 5. sic distingue: θρόνυ κατὰ τὸν νόμον, βυλόμενος ἀφαιρέσθαι. apparet hinc, Lucianum Praefectum praetorio aut Comitem orientis non fuisse; sed minorem aliquem honorem gessisse; quia consortes honoris dicitur habuisse, aeque alto scamno sedentes. 9. recte dat c. F. ἐκείνων. sed ἐπ' non habet. legendum ergo ἐπ' ἐκείνων. scil. pulvinaribus,

ribus. 11. neque ἱδρύειν neque ἐπιδρύειν intelligo quod posterius ne graecum quidem est. nam ἐφιδρύειν dicitur. sententia videtur ἐπιτρίβειν postulare. eos, qui cum ipso agere velint, taedio diuturnae in vestibulo exspectationis enecare. In codice Ferrar. est simplex ἱδρύειν. num ergo ex eo effici debet ἰδίειν, sudare, & sic leg. τὸ δ' ἰδίειν μὲν πρὸ τῶν θυρῶν τὰς αὐτὸν ἀφομένας ποιεῖν, ποιεῖν δὲ ταύτην — Homines se convenire volentes ante ostium tam diu morari, ut a taedio & solis ardore sudent, hanc autem sellam data opera ponere foro pleno — 14. παρ' deest c. F. & facile patiar. 15. idem recte omittit ἐν. τούτων redit ad eos, qui collegas & assessurae socios Luciani, ultra quos ille se extulerat supponendis pulvinaribus. 16. recte dat codex Ferrar. ἀντὶ loco particulae ἄν. ergo oportebat (hoc aut cum interrogatione aut cum cavillatione est pronuntiandum) ergone oportebat, tamquam ad remunerationem adspersae sibi a Luciano ignominiae, eos, qui ista perpessi essent, citato cursu illi occurrere. 19. recte idem codex ἀλλ' οὐ ταῦτα μισούντων τε καὶ μισουμένων. non tamen hi mores sunt, quibus inter se utuntur mutua odia exercentes, sed amici potius. 22. idem τὸ omittit. 25. αἰτίας] cur scilicet multi non occurrerint Luciano ad urbem accedenti, non allegabo hoc, posse alios praetexere, se nil audivisse de adventu Luciani, alios se sero audivisse; alios se tum aegrotasse, alios se districtos aliis negotiis multo majoribus tum fuisse. 28.

recte

recte dat s. F. αἰτιώμενος, & 30. ἐξῆγε? τὸ δῆλος — ecquid eos tandem ex urbe extraxisset, & coegisset tibi occurrere? num hoc, quod servitutem cum libertate, in qua nati sunt, mutavere? an quod sine vinculis alligati sunt Luciani ostio? an quod — & sic omnes istae sententiae, quae incipiunt a τὸ legendae & pronuntiandae sunt cum interrogatione, usque ad πόλιν versu 40. 37. πὰν εἰς] leg. πρηνεῖς uno vocabulo. num, quod proni jacentes humi in gratiae & misericordiae parte salutem rogant? 40. f. ἀπειρηκόσι ποσίν. *pedibus defessis.* post ἀλλὰ subaudiendum est ἐξῆγεν ἂν αὐτὰς. *sed fortassis extraxit eos ex urbe in occursum Luciani* ἀλλ' ὁ ἐπὶ τῶν σκληροτάτων ὕπνος? *somnus super rebus quibusque durissimis?* saxis puta, vel etiam modis accipiendi indignissimis. est interrogatio cavillatoria. 42. ἀλλὰ τὸ [id est τὸ ἐν] μέσῳ δεῖπνον. *at fortasse coena in publico singulis vesperis celebrata?* hoc non satis intelligo. in codice Ferrar. est τὸ μμέσῳ, quod idem est atque τὸ ἐν μέσῳ, & hic est vetustus mos & exarandi & vel pronunciandi quoque, quae vestigia vetusti moris religiose sunt conservanda. ἀλλὰ ante verba τὸ μμέσῳ δεῖπνον deest eidem codici. 43. f. ἀλλὰ τῆς καταδίκης τὸ ἀνήμερον. *at fortasse saevities condemnationis? at denique hoc, quod heri eum ad locum redacti sunt, ut servos eorum misereatur, videntes in ipsis ea edi ludibria insolentiae, quae in se nunquam meminere. quanam itaque re passi sint illi se ex urbe in occursum Luciani extrahi?* respondet p. 435, 1. ἢ τῷ, *hoc nempe, quod quae res se-*

natui aegritudinem crearent, *eaedem Luciano parerent gaudium.* tota oratio haec est cavillatrix.

435, 3. recte χαρὰν dat codex Ferrar. & contra, quibus rebus senatus delectaretur, iis Lucianus moereret. idem dat αὐτοῖς recte, pro αὐτὸς scil. τῇ βουλῇ. 4. τὴν δὲ] scil. χαρὰν. 5. ἐνοῦσαν] scil. ἐν τῇ βουλῇ. 6. recte dat codex Ferrar. ἐποίησε τοὺς ὑπὸ τῷ λίθῳ. num hoc eos extraxisset, quod Lucianus Tantalos fecit omnes, saxo suppositos? Appello autem saxum metum, quem Lucianus occurrentibus sibi incutiebat. 8. recte dat c. F. εἰ γὰρ ἅμα. sed hoc ipsum prodit defectum. sententia, quae desideratur, haec ferme fuit: Ego vero Luciano auctor sim, ut non modo non succenseat illis, qui sibi non occurrerunt, sed vel gratias quoque maximas hujus inofficiositatis habeat. Nam si hi (qui ei nil curarunt occurrere) occurrissent cum baculis, & eum contudissent, atque exanimem humi stravissent. ἀπαντήσαντες (in nominativo) leg. quo ducit ἀπαιτήσαντες, quod est in c. F. 9. οὐκοῦν] recte dat idem οὐκ ἦν λόγος. est oratio ironica. tunc scilicet defuisset ratio & irae illi, & ictibus illis. Alia omnia. Ne tum quidem hercle illi esset injuria facta, mea sententia, si nefandum hunc & exsecrabilem hominem pro Pentheo habentes, frustatim distulissent. 12. pro verbis τὰ μέρη dat c. F. μέλλει. unde effici debebat μεληδὸν, *frustatim*, *membratim*, ut sit ποιησάμενοι τοῦτον μεληδὸν διέρριψαν. 15. εἰς ἔξοδον — λέγοντες] haec octo verba desunt c. F. male. 17. recte idem

ἐπάγον-

προϊόντες dat pro ἀπιόντες. 18. idem βασιλικα Lucianus putat. 19. recte ἂν abest ab eodem codice. vocabulum σύνδικος sub Valentiniano coepit usurpari, v. Tillemont V. p. 29. 21 idem codex πράγματα non habet. sine dubio desunt pauca quaedam. 26. ἀλλ' οὕτως ἤδη μοι ξυνάγειν μέλλουσιν 27. recte codex Ferrar. sic dat in l. οὐκ ἔχοντα ... τὸν ἐν θυρίδι ... nihil quidem mentis habentem, ut consilium caperet, noctu furtim per ... in urbem intrandi. ... Ferr. γε, & puto ... 30. ... quibus non licebat usquam Gygae amuletum emere: pro ... idem dat τὸν. 31. ... γοήτριαν, anum quandam incantatricem, ... dat codex Ferrar. leg. ... sub illius sagae venefiriis. 32. δρᾶν ... F. δρασαμένην, quod non capio. 34. ... recte dat c. F. 35. recte dat c. F. ... verborum ... 37. recte pro ... dat idem ... 38. ... recte dat editio Morelli, non probo, quod c. F. dat ... 41. ... λέγων videtur ... deesse, aut πολλῶν, canos fugis crines, 43. recte c. F. ... pro μοι recte dat idem ... recte idem ... καὶ ... qui tibi Bacis, qui Amphilytus cecinit, (h. e. praedixit) & ad senectutem te esse perventurum, & ad praefecturam, vel praesidatum, & cujusquam populi fieri.

436, 1. recte c. F. ἕξει. quid? si vel maxime res ita eventura est, cur non celas tua consilia, & decreta? sed jam nunc clamas. ... 5. recte

 πτήξαν-

πτήξονται dat codex Ferrar. nam & in ea urbe sunt ii eos, qui te non exhortuerant, neque supplices adoraverant, priusquam eam suscepisses. 7. codex Ferrar. sic dat: ὡ πασῶν ἡ ὥρα, ὅτε ἦν πάσχειν, ἀλλὰ λύειν. bene & rectè. 10. δῆμον γοῦν] scil. ὡς λαβεῖν ad v. πάσχειν respondet versu 21. ἐν αὐτῇ τῇ ἱκεσίαν etc. quia βωμὸς est vocabulum multitudinem hominum significans. non hoc insensibis; quod senatus (f. senatores, vel decuriones) tametsi essent a te graviora passi, quam ipsa populi secte redempta, & tametsi auctores alii fuissent, ut urbe aufugerent, alii, ut ad statuas principum confugerent, alii ut sub aras ecclesiarum Christianarum, tamen ea consilia sequi noluerunt, sed citius ea, quae dixi, dira & nefanda, quam isto modo suis malis liberari voluerunt. 14. f. αἱ παρέχουσιν αὐτοῖς τοῖς χειμαζομένοις λιμένας. quae (statuae principum) sese praebent portus tempestate jactatis. sed vulgata etiam bonum sensum fundit. 16. sub obscuris & livoris plenis verbis designat aras ecclesiarum Christianarum. 17. τοῖς τὰ κρείττω ἐγνωκόσιν. 20. quamquam haec consilia tam aequa & subtilia non erant, ut ipsi senatores in ea incidere sponte sua non potuissent. 22. οὐδετέρω. quo ducit οὐδὲ ἄρα. quod est in c. F. neutrum poterant amplecti, sive ipsi sibi, sive alii auctores essent. illud neutrum quid est? hoc nempe. aut fugere ex urbe, aut manentes in urbe, confugere ad statuas Imperatorum, aut ad aras sanctorum. 29. ἰδίαζον. senatores nempe. in c. F. est ἰδιάζοντο male.

male. 90. f. ἀλλ' ἧκόν τε παρ' εἰδότα, καὶ ἃ ἐν-ηκόει, εἰκότως. sed veniebant legati senatus (ad Praefectum Praetor. Or. CPli residentem, Tatianum, ni fallor) dudum illum gnarum earum omnium rerum, quas legati erant dicturi; & quae illi nobiscum passi erant, (a Luciano) ultro illis narrabat, eoque illos opera levabat ea exponendi, de quibus expositum venerant. neque mirandum id est, sed necesse erat atque consentaneum, id ita evenire. in codice Ferrar. est ἀλλ' ἧκον παραμυθόμενα, καὶ ἃ μεθ' ἡμῶν ἐπεπόνθειμεν. unde ἐπεπόνθειμεν efficio. saepe terminatio ων quia compendio exaratur, omitti solet a librariis; aut typographis. sic paulo ante versu 18. pro ἄδειαν est in c. F. ἄδει male; sed eadem de causa, quam modo dixi: & sic quoque p. 437, 14. ἀκράδε, pro ἀκροάδιον. 34. recte codex Ferrar. οὐδὲ τῷ διὰ τῶν — 37. f. φρόνημα μυρίας ἀρχῆς κ. 40. οἱ] l. οἷ ibidem recte dat codex Ferr. si tibi propterea fas est, ab Antiochenis poenas repetere, fas quoque tyrannis est, ob similes causas in eos saevire, quos potestate sua constrictos tenent. 41. ἐκεῖνοι] scil. οἱ τυραννούμενοι. ἐκείνοις] scil. τοῖς τυράννοις. codex Ferrar. dat. ἀλλ' οὐδ' ἐκείνοις ἐκεῖνοι ordine inverso. 42. f. ἀλλ' εἰ τῆς αὐτῆς [vel τῆς δίκης, vel ταύτης, ut in margine legitur, ubi τῆς δίκης e praemissis subauditur] ἄξια δράσαντες τοῖς παθοῦσι: *sed poenas debent illi, qui poenis digna perpetrarunt, illis, qui poenis digna passi sunt.* haec scripseram, antequam codicem Ferrariensem consulerem; in quo haec inveni verae lectionis

vestigia: ἀλλ' αἱ τοῖς αὐτοῖς ἀπιοῦσι ταύτης ἄξια πάθωσι. unde haec debebat effici lectio: ἀλλ' αἱ ταύτης αἰτίαι τοῖς αὐτῆς ἄξια πάθωσι. sed illis qui poenarum rei sunt illis, qui poenis digna passi sunt, h. e. qui poenas debent aliis, in quibus exempla immanitatis statuerunt odio & animadversione digna. antepen. τὰ μετὰ την πάλιν] adhuc, ait, dixi de moribus tuis ante iter tuum CPlin susceptum, honoris illinc quaerendi causa, & etiam exposui, cur inde redeunti tibi & ad urbem nostram accedenti tam pauci occurrerint, ante portas urbis, honoris novi congratulandi ergo. Fortasse civiliores sunt mores tui orga cives nostros ab illo tempore tui ad nos reditus & ab illa consalutatione atque congratulatione ante portas urbis nostrae facta. Non ego equidem inficias eam, illi praecones laudum non defuisse. — nam versu ult. recte in c. F. legitur ὑπόρους. — — 437. l. saepe alias quoque de foeda libidine queritur, quae in histrionum corpora fiebat. hic turpissima duo flagitia designat pathicorum, utroque ore libidinis aestum accipientium. 4 με videtur delendum, nisi pro λέγεται volumus legere λεγέσθω, dicatur. 7. verum est, quod margo dat κατειλημμένοις. & id quoque in c. F. est. cohaeret enim cum τόποις. 9. ἐξήγαγε] elicuit ex ipsorum ore ea probra verborum. 13. τὸν] l. τόν. 14. ἀπέχοντος est in c. F. male. sed melius versu 16. pro παιδός τε legitur πατρός τε. quo manifestum fit, Tatianum designari; ut altero παιδός τε καὶ μαθητοῦ Proclum. 17. rapacitatem &

& crudelitatem Tatiani & Procli notat. 18. ἔτι τοίνυν] adhuc quidem, vel tantisper, aut aliquamdiu reprimebant suas fraudes, artes, dissimulationem, ut non animadverteretur, id eos agitare, quod agitabant; & paulo post perficiebant; interim tamen successori Luciani interdicebant adventu in urbem, & aditu novi honoris. 21. ὁ μὲν] Lucianus. 30. ἐν τοῖς ἐκείνων] scil. ἐπιτηδεύμασι. quasi per illa istorum coepta hoc esset consecuturus, ut aut ipse ornatior videretur, quam esset, aut illi turpiores ipsa veritate. 34. aut σιωπηθείη, aut σιωπηθὲν ᾖ, quod est in codice Ferrar. *ne quid tacitum esset*, (aut sileretur) *majorem dicendi libertatem facit tenebris inducendis, quas tenebras induxit tollenda face.* 41. recte dat margo & codex Ferrar. διαφυγών.

438. 1. margo & codex Ferrar. dant καταστῆναι. potest utrumque admitti. accusati, quamquam per calumniam, non possunt stare extra reprehensionem, h. e. non possunt eam effugere. aut nemo potest eos extra reprehensionem constituere, h. e. defendere, & a reprehensione tueri. 6. τοῖς δ'] factionalibus puta. 7. τὸν δεῖνα] Lucianum. 10. νομίσαι] scil. τὸν βασιλέα. aptum hoc est ex ὥστε versu 5. adeo ut vel ea sola de causa existimaturus sit princeps, Lucianum oportere poenas dare. 12. θρηνεῖν] quod Luciano successor mitteretur. quasi bonorum fons in eo exsiccaretur. Imo vero malorum fomes exstinguebatur, successore Luciano mittendo. quaenam vero, illa mala sunt? Haec nempe:

ἀτιμίαι

ἀτιμίαι πλεῖσαι νόμων, legum violationes quam plurimae turpissimae, juris aequi debilitas, metus in causa etiam justissima. si scilicet sequimur lectionem codicis Morell. φόβος σὺν δίκῃ: sed praestat lectio marginis & codicis Ferrar. συνδίκοις. metus imminens (aut incussus) syndicis, qui erant defensores causae civium, munere pares tribunis plebis Romae, Valentiniani tempore primum constituti. 16. περιπομπεύσεις. decurionalium togis & insignibus honoris nudatorum circumductiones ignominiosae & ludibriosae per plateas. sed praestat lectio marginis & codicis Ferrar. περιοφθεὶς γυμνός. viris decurionalibus vel senatoriis, illa adspersa ignominia a Luciano, ut eos pateretur in vestibulo suo stare, & adventum suum exspectare nudos, aperto capite, & sine togis. metu negatae ad principem provocationes. 18. φρόνημα τῶν ἐδενὸς ἀξίων. magni spiritus & magna auctoritas hominum nauci; ταπεινότης τῶν πολλᾶ [scil. λόγε ἀξίων] humilitas hominum summi faciendorum. μέγας ὁ μῖμος, magna potentia histrionis, ἐδὲν ὁ διδάσκαλος. contemtus erga professores literarum. 23. codex Ferr. sic dat: πεπαῦσθαι μετὰ ἀγαθὸν μέγα. quod sic refici debebat: πεπαῦσθαι μέγα ἀγαθὸν, μέγα. haec & alia plura, quae ne verbis quidem declarare facile sit, sublata & interemta esse, magnum est bonum, magnum inquam, & iterum atque iterum ajo magnum esse. quod partim Comiti, partim praefecto (Tatiano) debemus. ille enim huic de audacia & libidine Lu-

ciani exposuit, hic autem a Comitis expositione ad miserationem nostri, & ad indignationem justamque Luciani punitionem commotus & accensus est. sed & alio rursus modo hi ambo de nobis bene meriti sunt, eo, quod de moribus Luciani ad Imperatorem literis datis exposuerunt. Constat ex hoc loco, Lucianum in officio Comitis Orientis fuisse, non in Praefecti. 28. & 29. utroque loco pro ταῦτα recte dat codex Ferrar. ταὐτὰ, *eadem ipsa.* 29. ἀλλ' ἀδικοῦμεν] *sed fortassis iniqui sumus in eo, quod laetamur.* est oratio ironica. 33. quibus de columnis loquatur, non perspicio; vel de statuis; facile enim fieri possit, ut Libanius κίονας appellet eos, quos alii ἀνδριάντας. ni fallor, loquitur de statuis Imperatorum, qui in Circo vel Amphitheatro exponi solebant, ut supplices ad eas confugerent. quod cum adhuc sub Luciano aut plane negatum aut periculosum fuisset (v. versu 17. ubi provocatio ad principem negata & intercepta metu dicitur) jam illae statuae jus suum recuperabant, Luciano magistratu decedere jusso. *ibid.* assessorem Luciani injuriarum ejus conscium & consortem arreptum significat. 37. probo lectionem marginis & codicis Ferrar. αὐτὸν, Lucianum puta. 42. καὶ secundum una cum tertio & quarto abest a codice Ferrar. recte, ni fallor. auget hoc asyndeton vim orationis. v. p. 439. 13.

439, 1. τοῖς δ' Ἀντιοχ. 7. in codice Ferr. sic est: ἐλπὶν δ' ὅσων ἔπεσι. unde hoc efficio: πολιτῶν μὲν ὅσων ἔπεσι, τὰς — civium quidem nostrorum

eos,

eos, qui linguis petulantibus grassantur, quotquot nancisci possumus, tradere legum animadversioni. manifestum enim est, cives & inquilinos seu peregrinos inter se opponi. 12. recte dat idem codex ἐλευθέρων. *his autem civitatem libertate.* 19. ἁπάντων deest c. F. 20. idem dat κελεύειν. 27. posse fieri, ut ea intemperantia extremis suppliciis sistatur & compescatur. nam si res ea opprimi posset mortis terroribus, haec insolentia, de qua nunc queror, nunquam extitisset; tam multis & saevis mortis minis est interdicta. 29. praefero τοσοῦτον, quod est in codice Ferrar. 31. de similibus aliis petulantiae & contumeliae scenicae exemplis, quae multo dudum ante ausi erant, inter se colloquuntur & gloriantur; & ab iis exemplis inflammantur ad multo turpiora audendum, licentia animos acuente. sed & sic potest ἀπελθόντων accipi; ut non a τὰ ἀπελθόντα repetatur, sed a nominativo οἱ ἀπελθόντες, & haec sit sententia: eo ipso tempore, quo inter se sermocinantes memoria repetunt exempla eorum, qui contumeliosam linguae in scena laxatae proterviam capite luerunt, tamen multo, quam illi, atrociora audent, dementati ab histrionibus. 34. τε recte abest a c. Ferrar. saltatoribus ipsum sensum communem ex eorum animis excutientibus, iis quippe saltatoribus, qui multo, quam superiores, sunt potentiores, cum habeant non paucos paratos pro ipsis mortem oppetere. 41. ὃ πιστεύω λειφθήσεσθαι. confido, me nil concessurum esse vatibus, aut εἰ λειφθήσεται. 44. πολύν,

440, 1. nunc quidem decuriones nostri omnes securi sunt, & nefandis his factionalium aures altum indormiunt, non recogitantes neque privatim quisque secum, neque inter se commemorantes, quam acerba poena sit illam audaciam & insaniam insecutura. nemo se, nemo alium reprehendit — sed cum veniet tempus animadversionis (versu 5.) tunc capita scalpent unguibus infestis, tunc comas laniabunt, tunc poenitebit eos sui, tunc crebrum in ore habebunt Demosthenicum illud: OPORTEBAT VTIQVE HOC ET HOC FECISSE — 11. c. F. dat εἴπει: l. εἴπῃ. 15. aut μικρὰν ἐκ μεγάλης, aut μικροὺς ἐκ μεγάλων ἐποίησε τὸ μὴ ταὐτὰ φρονεῖν. 24. f. τὸν ὑβριστὴν ἄρχοντα ταῖς φωναῖς τῶν ἐπαινούντων ἐπαίρειν. contumeliosos praefectos solemus vocibus collaudantium inflare, & ad levitatem audaciamque erigere. aut ὡς ἕνα τῶν εὖ ποιούντων ἐπαινεῖν. contumeliosum magistratum laudare, ut patronum & benefactorem aliquem. 30. ὅλην] scil. τὴν βουλήν. 31. recte Morellus in margine τῶν. 34. sic distinguo: οἱ δὲ νῦν, χθὲς ἐγώ τε — quod autem ad eos decuriones nostros, qui nunc sunt, attinet, ut eos cum prioribus comparem. 39. in codice Ferrar. est ἀποιήσομεν. num δεινὰ ἄποινα οἴσομεν. *graves poenas dabimus*. aut δεινὰ πεισόμεθα. nam δεινὰ ποιεῖν alienum ab h. l. est. 44. ἔσαι bene habet. scil. ἡ βουλή.

441, 2. recte codex Ferrar. οἱ omittit, ut sit τῶν δὲ, δύο μὲν, *illorum autem*, (quatuor) *duo quidem venerant*. 10. pro ἐκρατοῦντο in c. F. κρατοῦν, unde

unde effici debebat κρατῆνται. non ἐκρατῆνται. 12. αὑτῇ cum spiritu aspero, sibimet ipsi. 15. πραγμάτων] gubernationis suae, & rerum, quas apud nos aget. *ult.* ἀμυνοῦσιν, *opitulabuntur.*

AD ORATIONEM XVIII. (XVI.) IN TISAMENVM.

Hic est ille Consularis Syriae, quem Vitae p. 75. 10. designat, unde constat, eum proximo anno ante seditionem Antiochenam h. e. A. 386. Syriae praefuisse.

442. 13. παραδέδονται. 19. probo conjecturam Morelli ὅτως. hic igitur, quia multis precibus magnaque contentione perfecit, ut ea lege nobis rector imponeretur, saeviet propter hanc orationem. 32. γένει μέν ἐςι λαμπρός. *penult.* f. αὐτὸς δὲ τῶν ἀνάγκη — ubi in αὐτὸς subauditur γεγένηται a communi. sed forte compluscula desunt. e. c. αὐτὸς δὲ ἀνάγκη μὲν ἦν τῶν τῆς ἡμετέρας παιδείας ὅσον ἅψασθαι μετεσχηκότων.

443. 3. v. Vales. ad Amm. Marc. p. 27. 17. aut δεῖ revocandum est, lectio marginis, aut leg δεῖν ᾤετο. 35. nihil deest. ad ἀρχῆς subauditur σημεῖα. παρῆν, aut ἴδια, aut ἄξια, vel tale quid. *penult.* si ἔμελλον servatur, leg. est pro οὗ, οἱ, *qui.* sed puto, leg. esse οὗ *ubi*, & ἔμελλεν, ut ad Tisamenum referatur.

444. 10. δώσομεν videtur iterandum esse. 16. ἂν] f. αὖ. scil. ἔπραττεν ὁσιοῦν τῶν ὑπηρετῶν. hoc a communi subaudiri debet, si ἐν ᾧ versu 17. serva-

servamus. puto tamen illud ἐν ᾧ melius tolli. 22. recte dat margo δυναμένων. 24. ἔργοις τοῖς ἑκουσίοις. 26. δεινὸν] f. τοῦ δεῖνος. 27. κατακεκληκότος. cum jota subscripto. nam sic Attici dicunt pro καταχεκλεικότος. 29. si χρησόμενοι servatur, debet αὑτοῖς cum spiritu aspero exarari; sed malim αὐτοῖς retineri, cum leni, & χρησομένου, ut ad proximum τοῦ ἄρχοντος, qui est Tisamenus, redeat. 35. f. εἶτ' ἔλαθεν ἀπελθόντες, ἅμα σιγῇ τοῦτο δράσαντες. 37. bene gnari, se in eo, quod taciti discessissent, rem Tisameno gratissimam fecisse. tantum aberat, ut metuerent, ne ex ea incivilitate malum aliquod ad se proficisceretur. 40. φυγὴ in nominativo. subaudi ἦν αὐτῷ. fuga causarum & fori erat penes eum, h. e. abhorrebat & refugiebat molestias jurisdictionis & fremitum forensem. pro αὐτὸς hoc ipso versu haud scio, an sit αὖτις vel αὖθις *rursus* legendum.

445, 8. post νῦν δὲ videtur aliquid deesse. 9. οἱ παρόντες. 10. βασιλείαν] nam praefecti, aut consulares repraesentabant in ludis principem. 11. aut deest ἀτιμάζοντες post verba αὐτοὺς δὲ, quod non male suggerit margo, aut leg. αὐτοὺς δὲ μὴ, scilicet τιμῶντες. habentes quidem juribus majestatis in eo honorem, quod ea exercent, praesidendo in ludis, sibi autem minus — (h. e. dedecus autem sibi consciscentes) eo quod ista [praemiorum & largitionum, rursusque punitionum distributionem] non diligenter investigant. 17. adde negationem αὐτοῦ μὲν οὐκ ἀπο-

τολμῶν. 22. f. οἵω τώ τε ὦτε (in duali) ἀνιᾶσαι. *quae copia possit & aures audientium obtundere.* & eo quoque ducit latina interpretatio. *ibid.* κόψαι] id est συγκόψαι, ποιῆσαι κοπιᾷν. *defatigare, concidere, conterere.* 31. παύσωνται per ω. 33. ψυχὴν] f. ψῆφον aut φωνὴν ἄρχοντος.

446, 6. ἄρχει. in indicativo. 9. f. κινήσων. *it motum, it novatum.* 15. χώρᾳ] videtur haec sententia esse, quod descendens e carrhucha, ante ostium domus suae, privatim, non publice, non in theatro, ubi debebat, non in ipso facinore, sed post, non ad fontes, sed ad familiares. 20. malim h. l. τῶν εἰωθότων a τὰ εἰωθότα, quam ab οἱ εἰωθότες repetere. 24. visum aliquando est ὑμῖν *vobis* legere, sed praestat vulgata ἡμῖν *nobis.* nobis, h. e. laudibus nostris canendis nullae vobis erant linguae paratae in theatro. 29. ἔπραττε] scil. ἡ βουλή. 39. τοιαῦτα] pungit eos, qui templa deorum privatis mutassent aedibus, quas ipsi incolerent, & reditus iis olim consecratos ipsi absumerent. *penult.* σιγῶνται] *tacentur.* h. e. furta & rapinae eorum tacitae & ignotae manent, propter metum ultionis, si quis eas prodere & deferre audeat; quem metum omnibus incutit ipsorum potentia.

447, 2. sic distinguo: ἕλκων ἔτος, [vel ἔτοσὶ.] ἡνίκα — hic itaque (Tisamenus) is est, qui vetusta & dudum oblivioni data debita scrutatur, & repetit, & exigit, cum indigna minutiarum consectatione, & acerba atque crudeli pertinacia. 8. τὰ δὲ] id est κατὰ δὲ τὰ εἰς τὴν βουλήν. nam

ἐλάττω

ἐλάττω hic non ad βουλὴν, ſed ad πόλιν redit. civitatem humiliorem & debiliorem in rebus ad ſenatum pertinentibus. 9. loco vocabuli ἐλάττω, quod e verſu ſuperiori perperam eſt ab aberrante librario iteratum, videtur leg, eſſe ἐγκαλούντων, aut ἐναντιουμένων, aut tale quid. 13. τὰ μὲν] venationem circenſem populo edendam ſi quis hiſtrio per jocum cum nuptiis paratis & cum thalamo geniali ſtrato comparat, h. e. adeſſe quidem beſtias, & omnia neceſſaria in promtu eſſe, ſed qui ſumtus illi venationi eroget, eum, tanquam ſponſum illis nuptiis, nullum usquam reperiri. 15. ἀνάπτεται] iracundia inflammatur, exardeſcit furore, hoc ſcelus, Tiſamenus. 17. παθών. ſtulta correptus pertinacia, quae ſolet homines furioſos tenere, ita neceſſe eſſe, ut novus hic ſponſus, unde unde tandem, in conſpectum veniat, ut plane aliter fieri non poſſit. Novum ſponſum appellat novum genus ſponſi, quia editorem venationis circenſis cum ſponſo comparare novum erat commentum, & ante illam aetatem Libanii & Tiſameni non uſurpatum. 19. negabat, omnem omnino excuſationem accepturum. quicquid oſtenderetur ei, quo averteretur a conſilio venationis circenſis populo exhibendae, & eum ſenatorem, qui ſumtus erogaret, undecunque reperiendi, id omne ſurdo narrabatur, & oculos occludebat, aureſque obturabat, & pertinaciter in propoſito perſiſtebat. 20. τῇ τῶν ἐν τῷ βουλεύειν [ſubaudi ὄντων vel ζώντων] ἀδυναμίᾳ. 24. τῆς λειτουργίας. 27. πρεσπέρυσιν]

possset ex h. l. definiri aetas actae a Libanio hujus causae in Tisamenum, si constaret de lege, quam hic attingit, & de ejus aetate. Legis illius erat hoc praeceptum, si quis esset Curialis, qui sumtus erogare venationi circensi vellet, ut is erogaret; si nemo adesset, qui vellet, ut rursus nemo cogeretur ad erogandum. Hanc ipsam legem non reperio quidem in codice Theodosiano, clausulam tamen similem alii legi adjunctam. illi puta, nulli privatorum liceat holosericam. Libri XV. C. T. tit. 9. leg. 1. ubi clausula haec est addita — *nec majorem argenteum numum expendere fas sit, quam qui formari solet — minorem autem dare volentibus, non solum liberum sit, sed etiam honestum.* Lex illa data est A. 384. quod si ergo haec lex, quam Libanius hic attingit, qua liberum sit Curialibus venationum circensium sumtus aut suscipere aut recusare, eodem anno est lata, quo illa de expensis ludorum, id quod factum esse credibile sit, tum haec causa in Tisamenum scripta est A. 386. quae ratio cum illa congruit, quam in animadversionum nostrarum ad eam ingressu proposuimus. 33. quanquam ea lex publice erat praelecta in senatu & coram populo, & ante curiam fixa atque promulgata. nam haec vis inest in ἀναγινώσκειν. 35. γραμματείῳ] in illis codicillis, quibus honores praesidatus aut recturae Syriae ipsi collati sunt a principe. 41. designat bestiarios, homines audentes bestias sustinere, & cum iis congredi in certamen. *ult.* multi sunt, qui-

quibus ne foeneratores quidem quovis foenore pecunias credant, quod desperent ab iis caput ipsum pecuniarum foenebrium se recuperaturos esse.

448, 1. τῶν δὴ τοιέτων. 3. σφᾶς. 6. solebat populus munerarios parcos & sordidos conviciis & probris cumulare, coenum in eos conjicere, & eos in vitae discrimen adducere. 9. ἵνα] l. τίνα. quamquam quae est ea poena hujus audaciae quam ille si det, possis immerito eam dare dici? 15. τȣ͂ χαλκȣ͂] pro aenea statua tuam imaginem referenti. τὰ γράμματα] literae legis. 17. ἀλλ' ȣ̓ νόμῳ χρωμένȣς] imo vero ἀλλὰ νόμῳ χρωμένȣς. 19. παροινῶν. 26. si quis senatorum damnatus esset mulcta, postulabat, ut ille eam, priusquam curia excederet, statim dependeret. vix, magnae in loco gratiae, diem unum morae indulgebat debitori. 33. τȣ͂ παντὸς] quod tributum annuum nondum totum a colonis depensum est. 37. κείμενον] subaudi ἐςὶ vel γίνεται. 41. ȣ̓] leg. aut ȣ̓τος, aut ȣ̓ μικρὰν. *ult.* καὶ δρῶσιν.

449, 10. εἰ] videtur οἱ leg. esse. *hi autem*, scil. decuriones, non soli haec patiuntur. 12. hic deest aliquid, non valde multum. sententiam utcunque sic sarcias: ἀλλὰ διὰ τȣ́τȣς γε καὶ εἴ τις ἄλλος πένεται [vel πένης, scil. ἐςὶ] sed etiam eorum causa si quis alius inops est: quo scilicet suam in decuriones saevitiem horum exemplo obscuret, & coloret. Ergone dementiae suae metam posuit in contentionibus, quae ei sunt cum se-

natoribus in tribunalibus? ergone ibi eam conclusit & his veluti cancellis sepsit? Alia omnia. Invenit enimvero ille potius ea, quae — 17. τὸν] subaudi ἀρκτοφόρον. 18. γε] l. τε. 23. ποτὲ δὲ καὶ κεκρατηκότας. ibid. ἦν μέγας] magnifice ipse de se sentiebat, ipse sibi placebat & plaudebat, spiritus altos sumebat, & cristas attollebat. 27. ἤδη τῇδε κἀκείνῃ. 28. κομίζειν] num ὁπλίζειν, an κοσμεῖν. saepe κοσμεῖν pro ἀσκεῖν usurpatur, armis instruere, & in iis exercere, atque ad pugnandum comparare & erudire aliquem. quae sententia h. l. est conveniens. 32. ἐξελήλεγχθαι. 35. τὴν δὲ οὐδὲ δευτέραν: eam, quae ne secunda quidem est primae, sed vix tertio aut quarto gradu a prima abest, nedum ut primae par sit.

450, 3. ἐφ' οἷσπερ ἤγαγεν. 10. f. ὧν ἡ μὲν ἦν τῶν πρὸς ἡμᾶς — 16. at tu quidem Imperator, qui es summae rei arbiter, & is, a quo etiam pati tale quid, quod ad injuriam accedat, haud sit nimis intolerabile, tamen τιμᾷς (sic leg. est pro ἡμᾶς) honoras nobis (i. e. nostram) civitatem iis moribus & verbis, quibus uteris erga nostros legatos. 30. τοιαῦτα] qualia nempe fama accepimus, & quorum adhuc partem videmus atque percipimus ipsi. τἀρχαῖα] scil. Antiochiae decora. 31. ἢ] l. ἣ *cuilibet ad omnes urbes aliquid de se ipsa dicere*, h. e. quae se potest ad urbes, secundum duas, reliquas omnes jactare. 34. ἀπὸ τῶν αὐτῶν] subaudi ἔργων vel ἐπιτηδευμάτων. existima, quibus institutis & medicina nostram

nostram sublevabis urbem, iisdem alias quoque sublevaturum esse urbes, quae nunc, Tisameni fraude, pessime afflictantur. 38. εἰς τὴν ἡμετέραν] subaudi πόλιν. eo, quod in urbem nostram traduxit illinc aliquod impendium, quod illis insumere necesse erat. 41. κατ' ἀμφω] scil. urbes. Beroeam & Antiochiam.

451, 1. f. τὴν δίκην παρὰ τῦ δόντος. repetat poenas ab eo, qui muneris istius auctori integrum fecit, ejusmodi inofficiositatem audere. id est, ipse sibi imputet hoc, quicquid est offensionis in officium commune. nam ipse illi, cujus de inofficiositate queritur, obliti, ad munus, quod edebat, Tisamenum invitare, veniam sui praetereundi dedit tum, quum ad Euphratensem provinciam proficisceretur. 6. μελήσει, τῦς πυρῦς λέγων. Cura tu tuam, ait, provinciam, ego meam curabo, quo coëmtionem frumenti significabat, quae ei mandata erat. verba τῦς πυρῦς sunt Libanii, sed praemissa Tisameni, cujus oratio hic ab oratore assimulata aut repetita est. 8. διδόναι] datur poena hoc in genere, quum laesus injuria quis, eam, cujus ipse auctor fuit, patienter & tacite perfert, & sicco devorat ore. 13. sed esto, fac te jure meritoque illi munerario succensere, & accusationem illam tuam (p. 450, 43. sqq.) justissimam & aequissimam esse. 18. αὐτὸν dividendum est in duo vocabula αὖ τόν. sed & hoc facile probabilem reddat orationem. ejus, qui neget, hanc societatem, quod a majori magistratu denuntiatum sit, hunc (Tisamenum)

manere, & loco non moveri. nam τὸ δὲ versu 21. contrahendum est in unum vocabulum τόδε. 22. πρὶν αὐτὸς ἀπ' Αἰγύπτε. sententia haec est: Porro, si quis neget, officii sui fuisse, ut praesidente Tisameno ludos ederet, eoque socius spectaculi ei esset, possit ille hac niti excusatione, ut dicat, praefectum majorem, cujus in potestate ipse sit Tisamenus, vetuisse Tisamenum loco moveri, antequam ipse ab Aegypto & Nilo rediisset. Quis ille sit praefectus, qui hic designatur, & quae ejus profectio Aegyptiaca, non teneo. Nam Cynegii iter in Aegyptum (de quo v. Tillemont V. p. 230.) quod incidit in A. 384. hic designari, non videntur temporum rationes pati. 29. ὀρθῶς γ' ἐ κεκληκότος. Tisamenus autem, ab eo non invitatus ad praesidendum in ludis suis, qui, quum eum invitare omitteret, recte fecit, tamen & eum & reliquos omnes odit. ad verbum est: *cum ille, qui non vocavit, recte sane non vocasset.* 30. λῆξαι] scil. τῆς ὀργῆς καὶ τε μίσες. remittere de sua iracundia & de odio suo, vel post tam diuturnum tempus nequit. 33. sic distinguo: ὅμως ἐγκαλῶν τι, ζημιοῖ. hos (decuriones) vexat, propterea quod habet, quod de iis queratur, tametsi injuria queritur. 36. ἠδικηκότας. verum causidicos, qua in re deprehendit in se injurios? ut ejus offensionis memoria incitatus eos perdere decreverit. (dicam enim nunc, quod paulo ante dicentem me effugiebat.) 40. significat, Tisamenum advocatis exercitatione operae forensis interdixisse, donec nuptiae filiarum

rum essent peractae. quas nuptias ille ἑορτὴν dies festos appellabat. sed erant illi dies potius nefasti.

45 2, 7. τοῖς ἑαυτοῦ] scil. ἔργοις aut πράγμασι. ibid. παρειςήκει. per ει in secunda syllaba. Tisamenus autem per hos dies, quibus nuptiae filiarum apparabantur, adstare solebat sartoribus thalami genialis, sub quo filiae primum erant cum sponsis congressurae. 10. διέτριβεν. οἷς δὲ ἦσαν αἱ δίκαι. si quibus autem essent vadimonia & dies in foro obeundae, (& hoc de genere multi erant pauperes) illis infestae & exosae erant illae nuptiae, dirisque devovebant illi coronatos, (h. e. sponsos & sponsas; nam & apud veteres paganos Graecos, & postmodum apud Graecos medii aevi Christianos novi conjuges coronabantur, & tum frequens erat ille mos, ut nuptiarum celebratio simpliciter & nude στεφάνωμα appellaretur.) 14. τῆς καλῆς. deinde a principio tam splendido & praeclaro strenue exercebat fustes. his enim rebus, quas jam statim dicam, continebatur ejus magistratus: calumniatorem & quadruplatorem acceptum & carum habere, ab ipsa accusatione & criminatione, nulla quaestione praemissa, statim recta via ruere ad punitionem rei non auditi, non condemnati — 25. γραῦν. si cui nexo mater est anus, oportet eam circumcursitantem mendicando cogere, quantum possit numulorum, ad filium vinculis liberandum. 30. δὴ] l. δὲ. 33. ἢ ἐν τοῖς ὑπηρ. 35. aut post πολλῶν aut post προστατῶν deesse

videtur ἦν, necesse esset nexis ad multorum genua provolvi; nam non omnes miserorum lamentis & supplicationibus ad misericordiam permoventur. 40. f. τῷ δὲ [Tisameno puta] μακρότερον τὸ κακὸν τῆς Ἰλιάδος, ὃς ἂν μὴ —— huic autem homini malum fit Iliade longius [h. e. hic homo miseris nexis miserias & aerumnas ultra decennium in carcere protrahit] qui si non audit humanus, [h. e. si laudem humani & misericordis ei in os ingerere omittunt miseri, qui male ab eo mulcantur] ait indigna se pati, & honore appellationis suae naturae convenienti fraudari. penult. initio hujus versus deesse videtur αὖθις κολάζει, vel simile quid. rursus punit, vel verberat denuo, nil pudore ductus aliarum plagarum jam antea iisdem irrogatarum.

453, 1. ἐχρῆν] scil. ἐμὲ ποιεῖν. non posse negare, factum suum a legibus & ab aequitate improbari. 2. ἀπορίας. eorum, a quibus tributa & debita exiguntur, inopiae poenas repetere ab iis, qui jussi sunt a debentibus exigere. 6. & istud naturae rerum repugnat, & hoc plane fieri nequit. nam versu 7. legi debet τοῦτό γε τῶν ἀδυνάτων. 10. οὐκ ἔσθ' ὅπως —— non est, ut —— vel fieri nequit ut efficiat. 12. φησίν. 19. καὶ πρὸς αὐταῖς ταῖς τέχναις. cave πρὸς cum αὐταῖς jungas. stat per se, significans praeterea. & ipsis praeterea artibus, quae illis in officinis exercentur. A καὶ versu 18. incipit objectio. versu 20. ἀλλ' ἄρτι respondet illi. 21. aut φθορὰν, aut potius cum Morello συμφορὰν. 22. οὔτροι.... 23.

locum

cum aeque obscurum de picturis parietum habes p. 469, 12. videtur Tisamenus imperasse, ut omnium, quotquot Antiochiae essent, aedificiorum parietes externi, qui in angiportum spectarent, uno quodam colore communi ungerentur, abraso illo, quem priores magistratus illini jussecant. 25. ἃς [redit enim ad γραφαὶ] ἀφ᾽ ὁμοίας κ. τ. π. τινὲς ἀρχόντων ἔδειξαν. 29. τούτων] l. πάντων. 30. ἔργα τοιαῦτα [i. e. φαυλότατα] δόντων ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ, ἐπιβάλλειν ἐκέλευεν ἕτερα [scil. ἔργα καινὰ] τοῖς οὐ διεφθαρμένοις: nam cum pictores quidam, pictorum, quotquot sunt, & fuerunt, omnium pessimi superiori aetate opera edidissent sibi similia [h. e. parietes domuum coloribus pessimis, citoque defluentibus illevissent] jussit Tisamenus, ut nostri loca parietum adhuc integra, unde pictura vel color nondum defluxisset, alio quodam novo colore incrustarent. Causam rei scire vis? Usus erat pictoribus ad porticus quasdam suas colorandas. His cum mercedem meritam dare ex aere suo, qua par erat, nollet, dissolvit tamen debitum ex aere alieno, per illas picturas non necessarias. 37. οἱ μὲν] pictores, quibus Tisamenus mercedem picturae, quam ipse privatim pro porticibus suis incrustatis debebat, ex aere civium luebat. οἱ δὲ] cives, quorum domus, quanquam nil opus erat, tamen novo colore inducebantur, plorabant, quod sentiebant, luitionem mercedis pictoribus debitae constituram sibi jactura victus ad vitam sustentandam necessarii, & strenue sibi esuriendum

dum fore. 43. recte dat margo τροφῆς. ipsi sibi suum victum necessarium minuebant, & genium suum defraudabant.

454, 2. σύ] imo vero ὁ. ille autem, Tisamenus puta. 3. περιττοῖς] illis praeclaris institutis, quae oratione exsecutus sum. 7. unde ergo tantum olei? suppetet scilicet urbi. nam subauditur πορισθήσεται. qui poterunt rustici tantum olei elaborare, qui oleae poterunt tantum olei fundere; qui mercatores poterunt tantum olei convectare? deinde pergit: sed esto, fac, tantum olei in urbe suppetere, & jacere in cellis mercatorum; unde tamen poterunt opifices egeni sibi comparare & emere oleum illud, quod tanto pluris nunc venit, quanto plus consumitur. 8. primum τὸ uncis, quibus inclusum est, liberari debet. est enim orationi plane necessarium. hi sunt ficti ab oratore sermones plebejorum hominum, qui ex ipsis tum sunt auditi, quum Tisamenus legem ferret de triplici igni in tabernis noctu alendo. 10. quantum mihi erit reliquum de illo aere, quod opera manuum mearum quaero, si tantum ignem alere debebo? 11. πόσον δ' αὐτῷ μοι γ. *quantum ipsi mihi supererit.* sed non satis video, quomodo haec sententia distet superiori. v. Vales. ad Amm. Marc. p. 6. qui accepit de lucernis per semitas Antiochiae ardentibus, haud scio, an non satis recte. 17. τῦ] l. τῷ & ψόφῳ. 18. διαφθαρῆναι. 19. τῦ πυρός. ὃ γιγνομένυ οἶδα — verbera, quae foribus aedium incutiunt magistri vicorum, efficien-

tes

tes fremitu illo circa fores a se excitato, ut necessaria illa alendi ignis cura ne corrumpatur. Quo facto memini, anum aliquam e superiori contignatione suae domus ita declamasse ad vici magistros infra stantes: qui possim ego lucernam accendere? 22. τὸν videretur delendum esse. 23. τϰτῳ] Tisameno. 24. νεανικὸν] heroicum, nobile facinus.

AD ORATIONEM XIX. (XVII.) AD ICARIVM.

Scripta est A. 384. circiter, quo Proclus (v. p. 455, 20.) Comes Orientis magistratu cum ignominia fuit exutus, successore dato hoc Icario. v. Tillemont. V. p. 227.

455, 2. quae ea fuerint in Icarium ausa, obscurum est. colligo e sequentibus, plebejos eum in balneis probris concidisse, quod ejus socordia fieret, ut thermae minus, quam oporteret, calefierent. 10. μὲν] l. μη. 11. aut πρόνοιαν ποιϰ́μενον, aut sine πρόνοιαν simpliciter προνοϰ́μενον. 13. ϰ̓κ ὀρθῶς σοι δοκϰ́ντων ἔχειν ἐπανορθοίην. 22. ἄχθεσθαι.. 25. ἐρείδειν sive a Morelli conjectura, sive a codicis alicujus msti auctoritate profectum est, deterius est, quam αἴρειν, quod est in margine. quanquam enim ἔρειν ibi legitur, voluit tamen ille, quisquis fuit, qui ita exaravit, *αἴρειν, extollere*. saepissime ε & αι inter se permutantur. 31. τῶν τὰς ἀδίκως. 32. χάριτας, ἃς ἔλαβον —

456, 5. ἐκπεμπομένους] videtur ἑπομένους leg. esse. *illis obsequentes.* 21. τῶν] l. τάν, id est τὰ ἐν. 23. λοιδορίας] contra te, Icari. 24. εὐφημίαι] in Proclum. 25. f. ἐκ πονηρῶν εἰς πονηρὸν γινόμενοι. 27. τὴν θερμότητα] calidam aquam balneorum publicorum esse tepidiorem, quam antea fuisset. 28. ἦν] l. ἢν. 30. τοῦ] l. τὸ. 31. αὐτοὺς, hoc sic semper fuit, ut isti (plebeji) dicerent) aliquid contumeliosius in balneum, & ejus praebitorem per hos dies, etiam cum opulentissimi quique ludos & sumtos darent. *Per hos dies*, significat, per eosdem dies, quibus plebs stulta in te, Icari, aliquid ignominiosius conjecit. videtur dies alicujus magni ludi significare, ut Olympiorum, quae Antiochiae celebrabantur, & per quos dies balnea cum oleo populo gratis praebebantur. semper, ait, in ejusmodi ludis plebs Antiochena desideravit magnificentiam balneorum, tametsi ea ita darentur magnifica & lauta, ut nil posset supra excogitari, & ab hominibus copiosissimis atque liberalissimis. 34. ἔνδον] in balneo. 35. ut unus aliquis histrionum aut saltatorum vel pantomimorum laetis populi plausibus & cantibus choreisque celebraretur. 38. ἔφερον] Antiocheni. τὰ κεκρατηκότα] morem obtinentem, ut per eos dies balnea minus calefierent. (v. versu 41.) 42. donabant insaniam suam suis deliciis, h. e. stulta illa verba, & in te contumeliosa projiciebant, quia sciebant, eo faciendo, se rem gratam facturos illi pantomino, qui Proclo deditus & mercede obstrictus, tibi,

ejus successori, inimicus & infestus esset, & gauderet, si tu aliqua notareris infamia, & ad te criminandum levitatem atque stultitiam plebeculae clamque palamque impelleret. *ult.* λαβόντες] ad haec tanta facinora in te audenda accedebant mercede obstricti, quam per histrionem a Proclo suggestam acceperant, & sublati spe majoris adhuc praemii postmodum adipiscendi.

457, 3. ἠγνοεῖτο. *non enim haec latebant.* si vulgatam servamus, haec erit sententia: *non enim facile fiat, ut haec ignorentur* vel *lateant cuiquam.* 12. post εἶναι deest aliquid, quod tamen non multum videtur. e. c. sic fere sententiam expleas: τῆς πόλεως εἶναι ἡγῦ [vel νόμιζε] ἐδὲ τέτες τὴν πόλιν. τὸ γὰρ πολιτευόμενον ἡ πόλις ἐςὶ, καὶ αἱ τέχναι. Noli ergo putare, tumultum civitatis fuisse, neque priorem illum, neque hunc posteriorem, neque hos seditiosos pro civitate habe. Nam civitatem conficiunt viri in republica gerenda elaborantes, & artifices, & quicquid per eas artes quaestus fit, victusque comparatur. verum non hi, qui vere civitatis corpus constituunt, in theatrum congrediuntur. 21. ἐθέλον, per ο in genere neutro. 23. f. τὸ δὲ ἀναγκάζον, τῦτο. Τὸ λέγειν τε — id autem, quod illos cogit, hoc est. Imperatur nempe illis modestis & pudentibus a paucis istis impudentibus & audacibus, ea dicere, quae taceri oporteat, & ea taceri, quae dici fas sit. 24. sic distinguo: — ἐπιτάττεται Οὕτως ἀκριβεῖ λόγῳ κομιδῇ μικρὸν — Adeo exiguus numero est, si verum volumus, ille globus,

qui

qui tibi adversatur. 29. ἐὰν] l. ἐᾶν. Iam docebat quidem totum hoc negotium silentio & oblivione transmitti, si nihil aliud hic spectaretur, quàm privata tua ratio, cum constet, hanc seditiosam turbam tuis privatis commodis nihil quicquam officere. verum habenda est ratio boni publici. Quapropter cum publice expediat, modestia civitates uti, nostrum est, labem hanc quodammodo corrigere, eique severitatem aliquam animadversionis adhibere. 31. aut καὶ δεῖ, aut κἂν δέῃ. *etiamsi opus sit.* 36. τὸ μὲν] humanitatem, clementiam. 37. τὸ δὲ] severitatem castigationum. 39. παιδεύῃς. *corrigas & erudias.* 42. f. ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἴποιμί σοί τι ἀπάνθρωπον. verum ego equidem tibi auctor non sim exempli statuendi inhumanioris. nam tu non libenter punis, sed, si facis, cedis necessitati. tu tamen coge eos resipiscere, non suppliciis quidem, non mortibus, non verberibus — 44. ποίει δὲ σώφρονας αὐτοὺς. *ult.* tolle punctum. sed sufficiat custodia, & illud animadversionis genus, quod in homine delicti reo & sonte justum sit atque reprehensione careat.

458, 1. sic distinguo: καὶ τὸ ἄμεμπτον ὑπὲρ τοῦ πεπλημμεληκότος. ἱκετεύει? [id est ἐὰν ἱκετεύει vel ἐὰν ἱκετεύῃ] τυγχανέτω τ. φ. τ. χ. *supplicat?* h. e. si supplicat reus & criminosus, consequatur hanc humanitatis gratiam — 3. recte dat margo διαφέρεις. 5. si bene habet ἐκ τῶν θεάτρων vulgata, accipi debet pro ἐκ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ πραττομένων. 6. v. p. 459, 27. 9. f. ἄγοι. 14. ὅσον ἐν γήρᾳ

τροφῆς

ῥοφῆς ἀποστερεῖται. postremum hoc etiam margo lat. 19. τῶν ἐκείνων est ex Libanii more, de quo iam alibi admonuimus, idem atque τῶν χρημάτων τῶν ἐκείνοις ὄντων καὶ παρ᾽ ἐκείνοις εὑρημένων. illi (plausores scenici, qui leges applaudendi aut convitiandi plebi in theatro congressae dant, & voce sua formulas laudandi aut vituperandi praeeunt) item ministeriales eorum, qui sunt in officiis, ingrediuntur in domos civium, & invitis atque egenis ea eripiunt atque extorquent, quaecunque inveniunt penes eos, & secum auferunt. 33. τῶν] l. τὴν. *penult.* & *ult.* tolle asteriscos inutiles. Ego, qui te propterea laudo, quod saepenumero fugias illas molestas epulas, velim caussam mihi esse tui ideo laudandi, quod tu semper ab illis abhorreas.

459. tametsi enim ille, ad cujus epulas vocatus non venias, statim quidem offendatur & tibi succenseat, at idem tamen ille, qui nunc in te stomachatur & desaevit verbis, paulo post te tuae hujus abstinentiae ergo laudabit, cum epulis praeteritis ille rem sedatiore animo perpenderit. 8. πίνῃς. non plus bibes, quam par est. 10. φυλάξῃς διὰ τέλους. ad finem puta tui proconsulatus aut recturae tuae. τὸν νόμον] subaudi τοῦτον. ut neque invitatus eas ad epulas alienas, neque epulas ipse instituas, ad quas alios voces. 24. τοὺς μὲν] scil. debiliores, humiliores, nudare solent suis exiguis facultatibus. τοῖς δὲ] potentibus & locupletibus. 25. τὰ] scil. γιγνόμενα vel γίγνεσθαι εἰωθότα — cohaeret hic nominativus

cum ἐχέτω versu 28. ubi f. leg. est ὥσπερ νῦν ἔχει, ἐχέτω. 31. pars eorum, quae hic desiderantur, legitur p. 513. quanquam vel sic quoque non expletur hiatus.

513, 5. τῆς ὑμετέρας. vestrae domus. v. p. 69, 5. & paulo post hac ipsa p. 515, 10. 7. si ἐν ἐλάττονι servatur, necesse est, ut legatur πολὺ δὲ, οἶμαι, βέλτιον, ἐν ἐλάττονι τίθεσθαί σε τὸ δῆναι — aut alias leg. erit βέλτιον, ἐλάττονα δῆσαι. 9. ὑμῖν. *vobis*, h. e. vestro generi, aut vestro ordini. 10. comma post ἀκριβῶς promovendum. *& plane vestrum, ut dimissio puniti domum, ad suos, sequatur verberationem, sine interposita in carcerem ablegatione, qua uti solebant tui decessores, quasi a lege praecepta esset.* 13. τούτῳ] in hoc more, fustigatos in carcerem & ad vincula priora remittendi. 15. ὅσον] l. ἴσον. qui enim conferri & aequiparari queat carcer cum domo —? 17. θεραπείαν. 18. recte conjecit Morellus ἀνεῖσθαι leg. esse. verum etiam τὸ leg. est pro τὸν initio hujus versus. 21. mortes quam plurimae, quae ex ipsa custodia exsistunt. 25. ἔδησεν. nisi quis eos, qui in carcere perierunt, a fustigatione statim rursus catenis innexuisset, non futurum fuisse, ut morerentur. 26. τοῦ μὲν] remissionis fustigationem passorum ad priora vincula. 27. τὸ δὲ] absolutionem eorum domum, post toleratum supplicium. 31. προστιθέναι γάρ σε] scil. φασί. ajunt enim, te tantum temporis spatium labori diurno addere, h. e. vigilare in seram noctem. 36. δύνασθαι] scil. φασὶν ἑαυτοὺς ποιεῖν.

514

514, 2. τὶς ὐκ ἂν ἡδέως] subaudi ὐκ ἔχοι μιμεῖσθαι. quanquam ecquis ille est, qui moleste erat, si Herculem [id est, te. Icari] imitari nequeat. Verum ne ipse quidem Theseus [h. e. assessor & vicarius tuus,] potest, [tam diu & tam acriter vigilare, usque in mediam noctem, atque tu potes.] 4. ἔςηκε. 5. aut συνήθεια in nominativo, aut ἐν συνηθείᾳ. 7. αὐτοῖς] scil. τὸ ὄμμα, quod praecessit versu 4. vertitur ipsis in fugam oculus (h. e. connivet, & victum se dedit somno victori, succumbit) post longam & pertinacem pugnam, & defatigationem totius corporis, supplicantque nocti, ut ad canendum movere velit gallum; quo tu a galli voce admonitus putes, auroram jam instare, & cubitum eas, eoque dimissionem famulis quoque impertias. Quid? quod fuit in famulis tuis & accensis, qui auctor esset caeteris commilitonibus suis hujus callidi consilii, ut gallum aliquem gallinaceum in cubiculum aliquod, tuo vicinum, afferrent, ibique concluso admoverent necessitatem clamandi ante tempus ei consuetum; quo tu deceptus facultatem ipsis abeundi faceres. 15. fessi sunt & debiles, primum defectu balnei, deinde ideo, quod, vix sumta coena, quam sumere citius non possunt, quam cum a te, post mediam noctem, domum dimissi sunt, statim rursus ad te accurrere necesse habent. 25. δοκὐντων] Attice pro δοκείτωσαν. videantur.

AD ORATIONEM XX. (XVIII.) ADVERSVS ICARIVM EVNDEM.

Haec oratio paulo post superiorem est scripta, nam in fine superioris hanc promittit, & hujus initio illam commemorat. notae temporis insunt hae. p. 464, 9. memorat legem nuper latam de senatoribus non verberandis neque torquendis. ea lex lata est A. 381. deinde p. 463. ubi de fame Antiochiae nata, per quam pistores ex urbe auffugerunt, quae res evenit A. 384. v. p. 69, 20.

460, 10. recte dat margo δειχθείην. 19. κατὰ τῶν νόμων. accepisse dona, in fraudem legum, aut saltim parum abfuisse, quin acciperet. 27. potest συμβουλῶν probari a συμβουλή, quod idem est atque συμβουλία. malim tamen συμβούλων ἀποκρ. τοὺς ἀρίστους. propter sequentia.

461, 3. πλεῖστα] scil. ἄχθη. a vehementia torrentis incurrentis rupto & disjecto ponte, sed eo valde necessario, quia per illum multus erat & frequens vecturarum & carrorum commeatus. 5. τρεφὴν ἡμῖν. 11. sic distinguo: ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον. [Letoium puta.] deinde incipit novam narrationem: Εἰσῄει — solebat ad eum itare Thallus medicus, & consiliis medicis addere consilia ad rempublicam pertinentia. huic fores occlusit — 12. ὡς αὐτῷ] f. ὡσαύτως. pari modo, atque ego frequentabam domum Icarii. v. p. 463, 23.

3. 19. sic distinguendum: τὰς παρ' ἑτέρων, τὰς οὖν κωλύσειν πρότερον ταῖς φιλανθρ. illa, quae nunc ierent, & ab aliis patrarentur, immania furta, illos olim cohibere consuevisse illis suis mediocribus & benignis furtis. quibus enim surripuissent, iis surrepta restituisse, si parum mercedulae ab illis accepérent. 27. τὰ] l. μεστά. qui eos sustulisset, dicebam, & quomodo, & cur. sed nunc plena sunt furum omnia. videtur mos fuisse Antiochiae usurpatus, qui nescio qua alia in urbe magna, Alexandriae obtinet, ni fallor, (non enim succurrit nunc memoriae, quo auctore id compererim.) Est ille mos hic, ut fures istius oppidi omnes uno aut pluribus collegiis contineantur, & unum pluresve principes habeant, quibus parent, & ad quem omnia furta deferunt, qui ea aliquamdiu asservat, exspectans, num domini rerum amissarum domum suam veniant, & eas repetant, atque certa constituta mercede redimant. 31. tolle distinctiones. fures, qui nunc grassantur, tenellae insidiantur aetati. quod est perfacile. nam ut eos spoliarunt, nil est, quod vereantur, delatione indicari & deprehendi. spoliatos in fluvium abjiciunt. puerulos pelliciunt ad fluvium, qui praeter aedes defluit, tum spoliant, & undis mergunt fluvii, qui corpora mortua cito in mare defert, ut nemo sciat, quid iis factum sit. 41. τὰς ἐγγὺς παιδιᾶς κλοπάς; jocularia furta.

462, 8. αὐτοῖς. 9. πόλεις. 16. ἐκείνην. 27. pater ejus, Theodorus, non pauper ille,

quidem, at tamen infelix fuerat, a Valente, ut conjurationis & laesae majestatis reus, peremtus. 34. τῶν σωμάτων. 36. ἀπώλλυντο τῷ μίσει θεῶν. si autem etiam deorum odio [seu diis exósi] perierunt. 43. tametsi tanta est inter Icarium & Euploium necessitudo, ut hic illum filii loco habeat, ille hunc patris, nihilominus tamen tam parvi fecit literas, quibus Euploius Charidemum Icario commendaverat, ut non modo Charidemo nihil novi honoris exhiberet, sed vel vetustam quoque benevolentiam erga eum suam minueret. videtur Charidemus Euploii aut filius, aut affinis fuisse.

463, 4. αὐτὸν] Charidemum puta, ad quem etiam τῦδε versu 6. redit. 15. ἀποθανύμενος redit ad Icarium, sed παρακύψεις ad Antiochum. si Antiochus modo caput immiserit per portam aut per fenestram suam, h. e. obiter modo ad se, Icarium, inviserit. 19. recte conjecit Morellus πῶς leg. esse pro πᾶς. 31. f. πολλά, καὶ εἰς ἂν τῦτο ποιήσειεν, ἐφ' ἅπαντας τέταται. quod in uno forte pane evenit, ut justo minor & levior esset, id statim in multis panibus affirmatur evenisse: & quae unus fortassean fecerit, id ad omnes extenditur. 34. αὐτὺς. illi autem incusant me, qui auctor ipsis fuissem, ut in urbem redirent e montibus, quo auffugerant metu plagarum. v. vit. p. 69, 20. & orat. pro Antiocho, apud Bongiovan. 36. εἰ μηδὲ] l. εἰμὶ δὲ. sed & a decurionibus incusor, vel: sed & decuriones aut senatores mihi succensent, quod Icarius,

toto

[ra]to suo collegio praeterito, uni mihi osculum [de]derit in splendidissimis quibusque Calendis, [qu]am tamen lex velit, ut Consularis illo tempore id honoris universo collegio senatorio habeat. [A]t tu tamen, Icari, nihilominus aegre fers, te odio haberi: cum ea agas, quae tibi odium contrahant. 42. τὰ γὰρ ἕνα [subaudi φιλεῖν] nam unum loco omnium osculari, reliquos omnes praeterire, id vero odium creat. 43. τοῦ cave cum proximo εἰωθότος conjungas. cohaeret cum remotiore τυχεῖν, quasi sic struxisset: τοῦ τυχεῖν γέρως τινὸς εἰωθότος. nam ille unus, quem tu osculabaris [h. e. ego, ipse Libanius] nullam tibi gratiam norat, quod potiretur aliquo consueto.

464, 1. senator ille est Hermeas. v. versu 14. 3. βιώσοιτο. ut ipsum hoc initio susceptae curationis dicere nequirent pro certo, eum mortem evasurum, & in vivis superstitem mansurum esse. 4. f. ἀνὴρ γὰρ ἄριστος, διὰ τὰ ἅρματα ὧν ἐν πενίᾳ. *nam vir optimus, a muneribus, quae edidit, curulibus ad paupertatem redactus.* 5. καὶ λελειτουργηκώς. 8. de constitutionibus Imperatorum, quibus immunitas ab injuriis corpori inferendis sancita est decurionibus. vid. Gothofred. ad Cod. Theodos. T. IV. p. 37[?] & 435. 9. τοῦ νῦν] dubitat Tillemont, eane lex, quae A. 380. 26. Aprilis, an ea, quae 381, 21. est promulgata, designetur. v. T. V. p. 228. 11. λουόμενοι] in balneis. Cocci ludibrioso cognomine designatur Proclus, Tatiani filius. v. orat. 4. in Bongiovann. p. 58, 2. & epistol. 407. 418. & 420.

21. τὺς ἐν τ. π. ςρατιώτας. 34. subito, more oratorum, ab allocutione directa, & secunda persona, ad narrationem, & ad personam tertiam transsilit. 41. ἐπὶ τύτῳ] *hujus rei causa.* conjeci aliquando ἐπὶ τῦτο *ad hoc opus*, sed nunc putem, nil magnopere eo opus esse. *ult.* τύτῳ. *hac re una maxime foro Antiocheno profuit.*

465, 6. si solummodo per aestatem indulsisset pulveris exportationem, nihil aliud fecisset, quam quod ejus decessores: at ille plus etiam ausus est, quam illi. nam & hyeme pulverem in saccis exportari permisit; in quo multo est, quam illi, iniquior. nam qui tum exportatur pulvis, aut jam statim coenum est in urbe, antequam saccis ingeritur, aut inter exportandum certe fit coenum, a pluvia interim cadente, liquefactus. 14. κεχαρίσθαι. *ibid.* βλέψον] nescio, quem alloquatur. Imperatorem quidem non videtur, sed forte personam quandam fictam, lectorem quemcunque. 16. ὅδε] f. ὁ *ibid.* πεινῆν] l. πίνειν. v. p. 459, 8. 17. φεύγων. 21. ταξεως] quisquis esset ταξεώτης, militiae palatinae adscriptus. 22. qui antea consueverant, alios ob eam veniendi, cum vocarentur, diligentiam reprehendere, nunc animum mutaverant, & aliter sentiebant. 25. ὁ φαλακρὸς] num Phoronicum designat? (v. p. 463, 29.) 33. qui, cum gubernationem hujus urbis capesseres, ea oratione utebaris, ut tu eum ferres, qui venires vindex & tutor legum futurus, & haud facile passurus ejusmodi gratias legibus adversas abs te

e peti. 36. convitio te cogit insistere. 37. κατηγορεῖ & 38. δοκεῖ. 40. ἀπηλλαγμένος. 41. recte dat margo ἔρχεται. ult. ἐθηράθη.

466, 1. βελτίστε] est ironice accipiendum. 2. portum Seleuciensem significat. 10. Καρχηδονίας ποιοῦντος. ἢ [non τι] οἴει, an putas — 14. recte Morellus ἢ conjicit. antepen. Κάλλιππον] v. p. 69, 43. sqq. ult. ὑπὸ] f. ἐπὶ. significat Callippum in vico quodam Antiochiae ignobili & remoto habitasse.

467, 3. ἔτος. assessor Libanii non nominatus. v. p. 466, 21. 10. est fictus ab oratore sermo Icarii de Callippi moribus & fortunis percunctantis. hic homo auxitne patrimonium, aut, sin minus, saltem conservavit? haec si interrogasset quemquam Icarius, audisset, omnem rem vendidisse, omnem dilapidasse — 13. recte Morellus conjecit κεκρασμένα. fine γ. 21. αὐτοῦ] *stante pede*, eodem ipso in loco, ubi pecuniam acceperat, momento citius. *ibid.* ἢ scil. τιμῇ, in ablativo. *quo pretio etiam tunc sumtum aliquem fecit in urbem?* rursus est fictus Icarii sermo de Callippo quaerentis. cui respondet auctor: *Vos etiam Laidem pro Iove in censum referetis?* est dictio proverbii vim habens, hac sententia: non negabo quidem Callippum aliquando sumtum aliquem fecisse in urbem, ex illo venditi fundi pretio. sed illud quicquid fuit sumtus, tam minutum fuit, ut non magis pro sumtu civili aut liturgia possit habere, & in rebus honestis numerari, quam

Laidis meretricis signum pro signo Iovis. 34. βασιλεὺς, ὅτι ἐπὶ Καλλ. 41. δὲ] malim γάρ.

468, 1. τὸ διὰ πάντων] subaudi ὁμοίως χωρεῖ. 4. f. καὶ πάντας ἤγχε, καὶ πάντας ἀπώλλυ. 9. τε] l. γε. 14. τοῦτ' ἕδρας. 17. τίνι aut τίσι, quia sequitur ἅπασιν. 23. num περιϊόντας voluit. sed quinam illi *circumambulantes?* 30. αὐτοῦ] quorsum pertinet? non video. plerique actus hujus tragoediae sunt nequitiae ejus, qui & gener ipsius est, & cum ipso congreditur, & conjuncta consilia habet. quis jam gener? quis socer? Callippus sine dubio socer est, sed quis gener? 34. ἀμφοτέροις] socero & genero. 37. τὸν Ῥωμαῖον ἐκεῖνον] significat Festum. v. p. 52, *init.* 41. ὑπὲρ τούτου, scil. τοῦ μὴ πληγῆναι. *ne caederentur.* 44. τοὺς ἐπᾴδοντας] plausores scenicos, qui te dementant.

469, 5. abrumpis, insistere quasi jubes computationes, edicis, in posterum nullam fore reddendam rei gestae rationem. 10. a tua persona, h. e. ab auctoritate & majestate personae, quam geris, obrutam & perculsam, sibi jacere vident omnem suam disputationem. 11. Εὐρυβάτῳ] quem proditorem designet, mihi non constat. putabam aliquando Tisamenum designari, de cujus insolentia in mutandis parietum picturis quaestus est p. 453, 23. sed primus Tisamenum non fuit πολιτευόμενος, decurio Antiochiae, sed Consularis Syriae, deinde posterior est ejus praefectura Icariana. necesse igitur est, alium designari. 16. versum hunc etiam non intelligo.

18. οἴκοι] f. οἴκ σοι. *quos putas tibi poenas debere.* 22. ἀποπληξίας] subaudi ἔργα καὶ σημεῖα. 31. f. ἥξοντος. *& maxime tum, cum tu tamen es venturus.* 35. ἐφ' ἑκατέρȣ] tam in loquendo, quam in tacendo. 39. ἀλλὰ est hypophora, excusatio, quam orator ipse Icario velut accusato subjicit, sed quam ipse statim refutat in verbis αἱ τιμαὶ δὲ — *sed ais honore profuisse eloquentiae?* h. e. sed ais, quod in hac parte a te offensum esset, id satis a te esse compensatum a studio tuo bonarum artium, & ab assiduitate tua recitationes professorum audiendi. Respondet: Laudabile hoc esset, & gauderem ego de hoc honore, quem meis recitationibus habes, quibus frequens ades, ideoque te laudarem. sed tu pari assiduitate meorum etiam aemulorum & inimicorum recitationes frequentas, hominum indoctorum & indisertorum. Quae ea ergo ad me gratia? Eo honore magis excrucior, quam ut delecter. v. p. 470, 16. 17.

470, 6. λελυπηκότων. 11. ταὐτά. At, ais, hi, indigni eo honore, studebunt paria facere illis, qui digni eo sunt. respondet ἐκεῖν. 14. φευγόντων] subaudi αὐτῶν vel πάντων. nil enim opus videtur esse, ut φεύγοντε vel φεύγοντες legatur, quorum alterutrum directa constructio flagitat. 20. ἡμέραν] quam tu, negotiis tuis ordinariis judicialibus subductam, ejus recitationi donas. 23. f. καί μοι φαίνῃ [vel φαίνει, Attice, nam perinde est.] 25. ἐπὶ τȣτονὶ] f. ἐνί τῳ προσέχων τȣτωνί. tu nempe videris mihi — hic ingreditur re-

futa-

futationem superioris excusationis. Potes, ait, Icari, excusare hoc, id quod tu etiam non omittes facere, te audiendi cupidum & assiduum esse. Recte vero, occurrit orator. Videris ergo mihi, si usu veniret, ut, cum tu spe venisses aliquo audiendi Apollinis, ea spe fallereris, postulaturus esse, ut pro Musarum amante habeare, tametsi tu, pro Apolline, uni alicui misero tibicini aurem praeberes, ex illo genere, qui in tabernis & stabulis mendicant. *ante pen.* ἠξίωσας] scil. ἀκέειν. alios dignatus non es tanti facere, ut ad eorum recitationes venires, quamquam hi, quos contempsisti, nihilo deteriores erant illis, quos auditum venisti, nam ὄντων ἐκείνων ἐδὲν φαυλοτέρων idem est, ac si dixisset ὄντων τέτων ἐδὲν φαυλοτέρων ἢ ἐκεῖνοι ἦσαν.

471, 1. tu quidem, si res tui fuisset arbitrii & tuae spontis, etiam rursus his quoque defedisses audiendis. quod autem hi destiterint a consilio suas orationes recitandi, id profectum est ab iis, a quorum nutu tu pendes. hi enim in gratiam eorum, quorum recitationibus tu interfuisti, perfecerunt, ut alii, istorum inimici, silere cogerentur. 6. aut καὶ delendum, aut leg. ἐν αἰσθήσει καὶ παντὶ ὅσον ἐγελάσθη, quicquid recitatum erat a quoquam, statim constabat vel unicuique, quam id derisum esset; seu, ut quodque erat recitatum, statim dabatur ab Icario opera, ut apertum omnibus atque manifestum esset, quam ipse Icarius id rideret atque flocci faceret. Nam vix finita recitatione, priusquam orator respi-

respirare atque se recolligere poterat, statim accensum alium ex alio mittebat, qui exemplum illius orationis ab oratore deposceret nomine Icarii, eam orationem, ut audivisset libenter, ita legere quoque mirifice gestientis. sed ea manifesta erat irrisio. 9. f. ἄγχοντες. strangulantes, h. e. consistere, recusare, tergiversari, negare non sinentes, sed acerbe & tumultuose exigentes. quasi tu non esses vel ad prandendum consessurus, priusquam exemplum orationis calamo exaratum ab oratore impetrasses. 14: post εἰδότας deest verbum, quod *gloriari*, *insolescere*, *sese efferre* significat ut καυχᾶσθαι, ὑπεραίρεσθαι, ἀλαζονεύεσθαι, γαυριᾷν, κομᾷν, ὑπερμαζᾷν, vel simile quid. vel etiam deest ἠρεμεῖν, ἡσυχάζειν, σωφρονεῖν, vel simile. 16. & nihilominus tamen tu omnes reliquos oratores nullo penes te in loco esse ais, ad me collatos? καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα nam sic leg. est, non σαυτοῦ. propter sequentia ἐπεσκέψατο & εἶπε. in more habet Libanius, ut a reo, cum quo agit, ut cum praesente, repente orationem convertat ad coronam quasi circumstantem, & de reo, ut de absente, cum auditoribus agat. Intelligitur porro ex hoc loco, Icarium Libanii disciplina usum, eum, qui praeceptor aliquando sibi fuisset, in parentis loco habuisse, id quod moris tum erat, ut qui olim pueri magistro aliquo essent usi, eum adultiores facti & honoribus admoti pro patre venerarentur, & patris appellatione condecorarent. Sententia igitur haec est: Patrem suum [ipse se Libanius designat, id est, me]

ne excepto. 21. punctum commate mutandum, & δὲ delendum est.

AD ORATIONEM XXI. (XIIX.)

PRO SALTATORIBVS VEL PANTOMIMIS, ADVERSVS ARISTIDEM.

Aristides oratione quadam hodie deperdita suaserat, ut saltatores Lacedaemone expellerentur. Huic opposita haec est adversaria, cujus ipse Libanius meminit epistola 530, 15.

474, 6. πράγματι] saltationi histrionicae & pantomimicae. 13. τὰ δὲ καταφρονούμενα. 16. ἀμύνειν] subaudi τούτοις. 18. post οὐδὲ deest ἀποκνεῖν, aut φεύγειν, vel ἀποδιδράσκειν, etiam nil oportet refugere, aut recusare, quominus eorum defensionem suscipiamus, quae injuria accusantur. quid? quod his ipsis vel omnium maxime patrocinium accommodari par est.' 29. καὶ] leg. δὲ. 30. ὀκνήσομεν. quod si autem reformidabimus linguae operam illis commodare, a quibus depellenda est infamia, nulla alia de caussa, quam quod invidia laborant, defensionis praesidium plane tollemus.

475, 27. τοῦ δευτέρου] scil. μέρους αἱρετής. me partem alteram esse sine dubio praeoptaturum. 33. pro ἴσως sententia postulat, ἑστὼς (pro ἑστὸς in genere neutro) aut ἐῤῥίζωται, aut ἔτι σῶν (pro σῶον) aut ἔτι ζῶν (etiam in neutro) ἐν ἐμοί, aut ἐντε-

πεπαικός. quantus amor hujus oratoris in me vi-
at, vigeat, valeat, & defixus altis radicibus in
nimo meo sit. 38. τῶν καθημένων] coronae as-
identis ad me audiendum, cum recito.

476, 2. ἐναντία. (in accusativo plurali neu-
trius generis) 6. ἀντιλέγειν τοῖς τῦδε κατοκνῶν,
ἐπιλαμβάνεται τῆς γνώμης. quisquis reformidat
repugnare [sententiis majorum] ille Aristidis
mores & coepta improbat; nam ille quoque
ausus est, & se indignum non censuit, majoribus
repugnare. 11. τὸ] l. τῷ. 13. εἰ μὲν ὖν—].
conclusio hujus sententiae, est p. 477, 9. ἐπεὶ δὲ
ὅλως — 16. si suasionem suam intra terminos
cognitionis Lacedaemoniorum stitisset, h. e. si
solos Lacedaemonios suae suasionis arbitros fe-
cisset, & neminem alium praeterea de ea co-
gnoscere atque statuere voluisset. solis illis sua-
dere, alii nemini voluisset. si volumus vocab.
ἀνάγνωσις h. l. eo sensu accipere, quo Herodotus
illud usurpat, scil. pro ἀναπείσει, *persuasione*, fert
id etiam loci hujus sententia. 25. κατ' ἄμφω] sc.
terra marique. 29. f. φόρυς κελεύεις ἐκλέγειν, ἡνί-
κα ἐκράτυν — illos, qui ipsi nunc vectigales
sunt, vis ab aliis vectigalia exigere, nunc, post-
eaquam ordinem parendi mutarunt cum illo ve-
tusto imperandi, quo exciderunt. Licebat olim
talia commentari & declamare, cum adhuc po-
tentes erant. 35. malim Λακεδαίμονι. 39. ἐν]
l. εἰ. resumit sententiam, coeptam versu 13. in
verbis εἰ μὲν ὖν, absolutam illam quidem versu
20, quia tamen illa sententia ab ejus opposito sic

 esset

esset nimis avulsa, nunc, posteaquam propius ad alterum membrum illi oppositum accedit, in gratiam lectoris repetit exordium prioris membri, & ipsum primum membrum. praeterea ἐκεῖνος est leg. 42. ad ἂν subaudi νομίζων. apodosis periodi est p. 477, 9. οὐκ ἂν εἶχον. *ult.* post ἀσφαλὲς aliquid deest, cujus haec fuit sententia: Lacedaemonii autem moenia pro judicio timiditatis habent. alii vestiti incedunt —

477, 1. τοῖς δ' εἶναι γυμνοῖς ἔννομον. αἱ μὲν περιουσίαι — 16. recte dat margo ἐξελέσθαι, *liberare culpa & ignominia totum gentem.* 26. εἰς πεδίον. *ex angustiis in liberum & spatiosum campum.* 40. praestat lectio marginis μέρος.

478, 8. f. δρόμον ἐν ἁρμονίᾳ τινὶ καὶ θείῳ ῥυθμῷ χωροῦντα. 11. f. τοῖς εἰς [vel περὶ] τὰ μετέωρα φροντισαῖς. nam vulgata quanquam excusari & defendi potest, quia verbum φροντίζειν, unde ductum est φροντιστής, accusativum regit, & substantiva interdum loco genitivi cum eo casu conjunguntur, quem verba ipsorum primitiva adsciscunt: quo de schemate Abresch V. C. ad Aeschylum & alibi admonuit: ut est diligens in ejusmodi constructionibus rarioribus indagandis & demonstrandis: ego tamen novi, Libanium, quamquam Thucydidis, archaismorum affectantissimi, mirificum admiratorem, ab ejusmodi duris & insolitis constructionibus abhorrere. 16. In Hesiodo est (Theogon. 3.) καί τε περὶ κρήνην, ut etiam leg. esse metrum ipsum docet, & firmat ipse versus 31. paulo post. 38. τοῖς ἀδελφοῖς]

φοῖς] ante se natis, quos pater Saturnus devoraverat.

479, 43. ὃν] f. ἔτι. aut alias leg. εἶεν. ἂν ἦν —

480, 9. f. καὶ μικροῦ δεῖν. 17. Glaucus Chius primus (teste Pausania p. 834.) ferri artem ferruminandi invenit. 19. recte dat margo: τότε δ' ἔδεισαν. non multis temporibus post Glaucum nata est ars Xeuxidis? (seu post ferariam pictura,) tunc autem, cum Glaucus adhuc ferariam excolebat & perficiebat, timebatur adhuc vulgo, ne signa auffugerent arte Daedalea eum metum animis injiciente. 22. ὃν] redit ad Daedalum, non ad φόβον. 39. post οὐδὲ γὰρ videtur σωφρονεῖν deesse. non enim mente sibi constaret, si ita censeret. 40. τε] l. γε.

481, 1. recte dat margo φάσκειν. 9. recte Morellus conjecit πρὸς Κᾶρας. 14. hae descriptiones pugnarum navalium valde alieno loco sunt positae. Libanius ubique suum erga Thucydidem studium jactat, a cujus tamen ingenio valde abhorrebat. 23. μὲν] l. μέντοι. idem est, ac si dixisset: ἡ ναυμαχία αὕτη ἔργῳ μὲν ἦν καρτερὰ, τῇ τέχνῃ μέντοι οὐχ ὁμοίως ἦν καρτερά. verumtamen vulgatae Thucydidis editiones (v. I, 49.) cum vulgata Libanii concinunt. 29. ὀλίγου. pare. ne. 37. εἰ] l. ἐν.

482, 12. sic distinguo & lego: τοῦ παρόντος, οὐκ ἔστι, χεῖρον τὴν νῦν ὄρχησιν εἶναι τῆς ἔμπροσθεν, ὅτι ἔχει τι παρὰ ταύτην πλέον. fieri nequit, ut haec nostra saltandi ars deterior pristina illa sit ideo,

 quod

quod locupletior est atque ornatior. 43. κατηγόρει. in imperativo. *accusa*. v. p. 483, 6.

483, 10. recte dat margo εὑρεῖν τι κάλλιον. *impedi eos, qui melius quid post eum invenire potuerunt.* ὠρχοῦντο ἑτέρως. *sed saltabant tamen aliter?* (responsio) πάλαι τοῦτο εὐδοκίμει. *olim placebat hic mos.* νῦν δὲ — *nunc autem* — 14. recte dat margo τι (pro τις) nam εὗρε redit ad *artem*, non ad *inventorem*. 16. τὰ ἐπιγιγνόμενα. 17. εἰσὶ] saltatores puta. verba haec λύμη γὰρ usque ad ἔσχατον versu 20. sunt ipsius Aristidis ex illa oratione recitata, cujus haec est adversaria. Pari modo versu 30. οἶμαι γὰρ ad v. 34. πρὸς ταῦτα sunt ejusdem. 22. sic quodammodo sarcias: πάντα τὰ χείριστα κατηγορεῖ αὐτῶν, πίστις δὲ τούτων οὐδαμοῦ. *pessima quaeque de ipsis praedicat; fides vero criminum nulla usquam conspicitur.* 26. εἰς αὐτοὺς. 37. ἐξώσθη, *excussus est*.

484, 5. τί δὲ] subaudi a communi ἐστὶν, ὅστις πείθεται Ἀριστείδῃ etc. ut versu 1. 37. τὸν Γύγη. nam ὁ δακτύλιος dicitur in genere masculino.

485, 3. rursus haec Aristidis sunt αὐτοί τε γὰρ αἰσχρῶς ad ἃ μὴ βέλτιον versu 6. primae accusationis refutatio procurrit ad p. 491, 27. quae accusatio ducta est a turpitudine vitae pantomimorum. 13. περὶ] l. παρά. 29. αἰτίαν. 34. προσηγορίαν] pathici. 44. deest hic aliquid. sententia postulat haec: εἰ μὲν οὖν καὶ εἰς ὑβρισθῇ τις αὐτῶν παρά τινος παροινοῦντος, ἐστιν ἃ καλῶς παρὰ τῶν νόμων ἔχουσι. [scil. βοηθήματα vel ἀμυντήρια vel tale quid.] quod si tamen vel sit quoque sudeat

deat aliquis temulentus eos contumeliose habere, tum sunt ipsis praesidia in legibus parata, idque merito. *penult.* ἐκεῖνος ὁ ὑβρισθεὶς ὀρχηστὴς puta.

486, 1. συνεργάζωνται. quia reliqui etiam conjunctivi sunt. 14. ὑπὸ] l. ἐπὶ. 17. Paris hic Antiochenus ab illo Neroniano & Claudiano diversus est. 20. quisnam hic est? sophista Tyrius tonare & fulminare eloquentia valens? Maximus quidem, vulgo Tyrius dictus, non est. 26. τοῦτ' αὐτὸ] pantomimum Parin sophistae appellatione condecoravit. 28. αὐτόν. *semetipsum.* nam profecto mirifice gestiebat ille sophista dignitatem sui gradus inquinare, laudibus cinaedi depraedicandis. 35. hunc locum non intelligo, tametsi pro ταῦτα legatur ταὐτά, & pro ὁρῶμεν, δρῶμεν. nam ad rem hoc parum facit. vim ratiocinii non perspicio. 38. δεδόσθω.

487, 22. προείρητο. praeceptum erat. 32. ὀρχηστής.

488, 9. sic distinguo: τί οὖν Εὐριπίδης? *quid ergo Euripides?* scil. dicit, aut agit? λέγει τῆς Ἑλένης — cum Helena, quo tempore tumulum sororis sua coma debebat coornare, parcit suae comae, eumque honorem manibus sororis negat, tum sic ait poëta: O Natura, quam magnum es ἀνθρώποισιν. hominibus & malum & bonum item, perquam salutare recte te utentibus! Ab ea, ait, κἀπ' ἐκείνης, ab ea existit hominibus & virtus & vitium. 28. γὰρ delendum. malim quoque ἀνδρί. 41. κεκοσμημένοι.

489, 19. ἴδῃς. 22. rursus locus Aristidis. 24. ἐν delendum. 32. κτενιζομένους. *sese pectentes. penult.* κατὰ τούτους] ergo pantomimi erant cirrati, ut omnes pueri delicati. v. Petron.

490, 1. ἐνυφανθὲν. 13. εἰ δὴ] leg. uno vocabulo εἴδῃ. 43. τοῦ τὸν] l. uno vocab. τοῦτον.

491, 27. hic ingreditur alterum caput defensionis, quo negat, a pantomimis animos moresque spectatorum corrumpi: quae pars procedit ad p. 507, 15. 42. πιεσθέντες.

492, 6. τῶν πραγμάτων] id est τῶν γιγνομένων παρὰ τῶν πυκτῶν, certaminis pugilum, & eorum, quae in illo certamine seu geruntur seu contingunt. 7. παρ' ᾧ] malim παρ' οὗ. nam alias dubium est, illene designetur, qui plagas accipit, an qui infert. 10. πλέον] scil. δύναται. post διαφθορὰν videtur νέων deesse. 25. δὲ] l. τε. 28. aut προνοουμένου aut παραινουμένου. providi, & de salute nostra solliciti, aut adhortantis nos. 33. potest integra esse oratio, & πλήθει & ποικιλίᾳ idem atque ὑπὸ πλήθους καὶ ποικιλίας. videtur tamen deesse aliquod participium, θελγόμενοι vel simile. 35. χωροῦντας.

493, 9. ὅτι] responsio Aristidis ad promissam objectionem. ideo hoc nil curo facere, quia — τὸ οὐκ εὐτυχεῖν παλαίειν, φύσεως ἀγρ. quia in luctando commoda fortuna non uti, ferocioris est opus naturae, non corruptela morum. 12. δοκείτω, περὶ τὴν φύσιν αὐτοὺς οὐκ εὐτυχεῖν. 29. νῦν μὲν μετὰ νευμάτων. 32. perinde est, ὅσοι an ὅσοις

lega-

legatur. si vulgata servatur, necesse est, ut post πάντως subaudiatur αὐτοῖς. *antepen.* αὐτὰς ὁρᾶν.

494, 44. προφέρων.

495, 21. ἐκφανεῖ. 35. τίθης.

496, 18. pro βλάβην fuit in aliis codicibus λώβην. quod satis intelligitur e lectione marginis, quae est λαβεῖν. sed auctor λώβην dederat. 24. ὑπὸ τῶν βλάπτειν πεφυκότων, aut δυναμένων κεκωλύσθαι [scil. ὠφελεῖν.] nisi malumus tacite hic ad βλάπτειν subaudire ἐπιτηδείων e praemisso ἐπιτήδεια. quod quamquam est paulo durius, ferri tamen potest, neque exemplis caret. 25. ταὐτά. *id idem pati.* 28. ὀρχηστῶν] l. χρηστῶν. noxia autem frangi & privari vi sua nocendi, per salutaria. 35. primum τοῖς, quod cum λόγοις cohaeret, accipiendum est pro ἐν τοῖς λόγοις, seu διὰ τῶν λόγων. v. p. 498, *ult. ult.* recte dat margo. τῶν ὀρχηστῶν.

497, 29. κρειττόνων] subaudi a communi κατὰ τὴν φωνήν. 32. ἔνεστι. 38. significat sermones Aristidis Platonicos.

498, 3. λέγει. quid ergo rerum ait veritas? 38. τῇ μὲν] scil. κολάσει. 39. τῇ δὲ] scil. πειθοῖ. 40. τῷ δὲ] scil. φόβῳ. *ibid.* μᾶλλον] l. μέλλον.

499, 14. τοὺς αὐτοὺς] subaudi τούτους. sed etiam τοὺς σαυτοῦ potest e margine adsciscí.

500, 13. post λέγειν aliquid deest. 24. ἢ καὶ ὑπὸ τούτων. scil. τῶν ὀρχηστῶν. 27. Δῆμος nomen suspectum. de caeteris v. p. 702. 704. 706. 39. συνεισῆλθε.

501, 2. αὐτός. 7. v. Davis. ad Maxim. Tyr. p. 598. a. 39. βλαπτόντων εἰς ἀνδρείαν. nam alias dici debebat βλαπτόντων τὴν ἀνδρείαν.

502, 8. μυσικῇ ἀκριβείᾳ. aut servato genitivo leg. est πρόσω ἥκειν. quamquam non placet, μὲν a principio sententiae tam longe remotum esse. 31. Λάμπρον] nomen hoc proprium fidicinis suspectum mihi est. 39. παραιτρέχοντι duobus vocabulis. aliquid audire, quod praetervolet. 48. μὴ] l. μὲν.

503, 3. τεταμέναι. (sine γ.) a τείνειν, intentae. 11. ἀπολαυόντων. 33. ὁρῶντας. *spectantes.* 43. τοῖς μὴ βελομένοις.

504, 1. f. καὶ αὐτός, εἰ μὴ ἡ κατὰ — 2. recte dat margo διηπῶ. est secunda persona singularis imperfecti medii, a verbo διαιτᾶσθαι, *ut necesse sit, te quoque corruptum esse, nisi si forte ad modum illius Zamolxis sub terra egisti, & sic effugisti* τὴν λύμην *pestem illam.* nam sic legendum est, non τὴν ἅλμην. Non me fugit illud notum Platonicum ἐκκλύσασθαι ἁλμυρὰν ἀκοήν. sed hoc alienum ab h. l. puto. 11. e castris pudoris & continentiae effugisti. 27. ᾧ] l. ὅ. 28. ἀνήρτηται. *id, quod multos ex se suspensos habet,* h. e. amore & studio sui atque admiratione cepit. 29. σόμασιν. 30. τῦτο. 33. locus hic de ingentibus blautis seu crepidis Iovialium, & opera a Iovialibus in saltatione scenica praestita, mihi est obscurus. 39. κατὰ delendum, ex fine vocabuli δικαςῦ male iteratum.

505,

505, 15. v. Valef. ad Ammian. p. 28. 24. παραιρῇ adimis. 26. f. ἀποκόπτειν χεῖρας τινῶν, μᾶλλον δὲ — 30. δι' αὐτῶν] fcil. τῶν χειρῶν, non autem τῶν σείστρων, quia per fiftra voluerunt hae manus fremitum majorem excitare, quam per fe ipfae potuerunt efficere. 34. ἐς ἐμβάτας.

506, 1. Ἱππολύτῳ. nam Hippolytus membratim concerptus eft. 7. καὶ delendum. 9. recte dat margo τε, loco δὲ. 14. ὁ] l. ὁ 28. recte dat margo ὀρχηστὴν. *licebit adolefcenti olim aliquando pantomimum fpectare.* 37. ἐπειγόμενος] adolefcens ad oblectamenta fcenica properans ante tempus. 40. f. ἐςὶν ἡ κακία, [fcil. αἰτία] τῶν δὲ καιρῶν ἡ φυλακή. non ergo turpitudo faltationis hanc diligentiam imperat, fed providentia potius temporum oportunitates difpiciens.

507, 3. συνῳδή. 6. f. ὥσπερ ναὸς [vel νηὸς] ὁ πλέων τὴν θάλατταν. *adhaerefcat adolefcens literis ita nunc, ut vector maris navi adhaerefcit.* 8. ἑκατέρων] fcil. τῶν λόγων καὶ τῆς θαλάττης. 11. recte dat margo θεωρεῖν. 16. αὐτὸ, *ipfam rem,* feu defenfionem, fine refpectu ad laudes ejus. 33. δὴ] l. δεῖ. *ibid.* τὸν παῖδα] fcil. τὸν εἰς τὰς ὀρχηστὰς ἐγχειρισθησόμενον.

508, 5. ὃ γίνεται. aut ἐδὲν ὁ δράμος γίνεται. 7. μικρῷ] *paene, tantum non.* 12. ἀνάγκη] malim ἂν ἄγῃ duobus vocabulis. 34. ἀφαιρεῖναι. 44. λαβεῖν] fubaudi ἄλλως.

509, 3. Euripidis videtur hic verfus effe: ἐν πλησμονῇ μὲν Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' ἔ... 8. καὶ ἡ

φρουρά. 19. ἀπάγοντες. 20. καταναλίσκων: nam augmentum in verbo ἀναλίσκειν omitti solet. 23. comma post συλλέγει ponendum, delendum post γεγενημένων. in eorum, qui superstites sunt, & adhuc vivunt, commodum non sinentes obtinere oblivionem damnosam eorum, memoriae, qui antea fuerunt. 27. ὁμιλῆσαι. 38. ὁρῶμεν] l. ὁρῶν ἐν. 44. τῇ Κόλχῳ] Medeae.

§ 10, 1. videtur aliquid deesse. alias utrumque sic emendes: τὸ ἴσον ἐνάγοντα καλὸν εἰς τὸν βίον. Καὶ καρτερίαν δὲ ταύτην [vel τὴν αὐτὴν] ἡμᾶς ἀνὴρ Ἴθακ. 8. sic distinguendum: φέρων. ὅλως ἢ φιλοτίμων. 9. πράξεις] clandestinas, callidas molitiones, machinationes, cum id, quod intendunt, pecuniis, gratia, persuadendo, proditione, quibuscunque, apertis, occultis, honestis, nefandis modis consequi student, dummodo id consequantur. 22. πρὸς τὰς ἐκ. 28. αἱρεῖν. venari, aucupari, conjecturis assectari. idem est atque εὑρεῖν vel ἀνευρίσκειν. 29. f. καὶ Ποσειδῶνος. διὰ μὲν τριαίνης Ποσειδῶ, διὰ δὲ ἰσχὺ τὴν Ἀθηνᾶν.

§ 11, 2. aut φίλων, aut τῶν φιλτάτων. 19. σωφρονεστέρους ἀπεργάζεται. 21. θέαμα] f. ἅμα. 29. f. δεῖπνον αἱρούμενος. cibum capiens. 31. ἰνδιαν. 33. ὁμιλήσειν. 39. recte dat margo ἐκείνων. scil. τῶν ὀρχηστῶν. & penult. βέλει.

§ 12, 1. τούτων ἕκαστος. *horum unusquisque parum abest, quin Aegyptius aliquis Proteus sit.* φαίης ἂν — *dicas eos ferula Minervae mutatos, illa, quae Ulyssem formas in omnes mutavit, nullas non formas induere.* 10. ταύτῃ. ut redeat ad περι-

εἰσφορᾶς. 15. non satis perspicio hunc locum. cogitavi aliquando ἑτέροις, alii, auditores difficilius desinunt canendo, uno temporis momento cum choro, quam pantomimi possunt eo ipso momento finire motum sui corporis, quo finit musicus concentum. sed vereor, ne vel sic quoque a vera sententia aberraverim. 18. potest παρ' ὧν defendi. *a quibus* (pantomimis) *quae proficiscitur voluptas, ea malis & lacrymis inquinata non est.* malim tamen παρ' ὃν, *ob quam modi debiti observationem.* scil. λόγον τοῦ μέτρου. vel παρ' ὃ *quapropter. ex quo fit, ut illa oblectatio luctu careat.* 30. *tempus, quod & munus Bacchi* [h. e. vinum] *& festos ei dies affert.* 32. ὀρχοὺς] *vitium ordines,* & deinde *totas vineas.* Egit hoc de vocabulo ὄρχος, quod turpi errore Morellus cum ὀρχεῖς permutavit, nescio, quo loco, Salmasius, si bene memini, in notis ad Achillem Tatium. 38. ἐκέλευσεν ὀρχεῖσθαι.

AD ORATIONEM XXII. (XX.) AD CAESARIVM.

Dicta est haec oratio post seditionem Antiochenam. (A. 387.) v. p. 516, 23. tota oratio Caesario gratias agit pro opera ab eo navata in salute urbis tuenda, & pace ei reddenda. Magister appellatur, quod nomen tum videtur commune fuisse omnium dignitate quadam palatina condecoratorum. nam revera tum temporis Caesarius non Magister sacrorum officiorum, qui

qui proprie Magister usurpabatur, sed Tribunus Notarius adhuc solummodo erat. v. Valef. ad Ammian. Marcell. p. 518. & Tillemont V. p. 271. & 280.

515, 13. οἷος ἡμῖν ἐν οἵῳ καιρῷ. 22. ὦν] scil. ποιοῦνται. 25. μετὰ τῆς φωνῆς] id est μετὰ τοῦ ἀνιέναι τῆς φωνῆς. 27. recte dat margo μικρῶν. subaudi τῶν παρ' ἡμῖν γιγνομένων. 29. post πρᾶγμα videtur ἀσύνηθες, aut οὐκ εἰωθὸς, vel tale quid deesse. *nunc primum ausus aliquid insuetum, quod antea nunquam feci, ut in turba plebis clamarem, illa conclamante.* *penult.* προσθεῖναι.

516, 1. aut ἐκείνοις [scil. ἐν χρήμασιν] *in aere, pecunia, non poteram rependere*; aut ἐκείνως, *illo modo*, in aere puta. eodem redit. 3. ἀπηδόμην. 5. transit ab allocutione Caesarii ad auditores suos, quibuscum jam nunc agit, ut cum praesentibus, de Caesario ut absente. qui mos ei est solennis. 7. τε delendum. 12. f. ἄλλα τ' ἐπ' ἄλλον [vel ἄλλως] ἰούσης. *ab aliis ad alios transeunte.* 15. post φύσιν deest aliquid, aut versu 7. post μεμνῆσθαι. si prius, deest: *abunde ei foret, quod de istorum unoquoque praedicaret.* si posterius: *oportuerat eum mentionem facere pudoris & modestiae in prima aetate demonstratae.* etc. 19. f. εἰ δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον εὐθὺς ἴοιμεν, ἀρκούμενοι ἐπὶ τούτῳ, δόξομεν δικαίως τιμᾶν [subaudi αὐτὸν] ἐξ αὐτ— quod si autem recta via ad propositum procedimus, uno illo contenti, videbimus justas & competentes tam Caesario ipsi, quam nostrae personae, & huic loco laudes ei tribuere, peti-

tas

:as e beneficio, quo nunc ornati ab eo sumus. 27. τὸ μήπω] scil. κεκινημένον. pars populi commota & furiosa cum in furoris societatem pertraxisset id, quod adhuc conquieverat. 31. μικρὸν] subaudi τι. ut parum quid & contemnendum essent eae injuriae, quae verbis factae erant dominis. nam ad τῶν [id est τῶν ἐν] τοῖς ῥήμασι subauditur δεινῶν.

517, 1. significat Hellebichum, magistrum utriusque militiae. ὗτος] Caesarius. 4. οἰχήσεσθαι ᾤοντο, τὺς μὲν — 9. sic lego & distinguo: ἐγὼ δὲ, (ὐ γὰρ ἠγνόυν αὐτὺς) τὺς μὲν — *ego vero (non enim ignorabam eos,)* Caesarium puta & Hellebichum) *laudabam quidem consentientes mihi*. aut nisi ambos designari volumus, saltim αὐτὸν in singulari est legendum, ut ad Caesarium solum referatur. 11. προσδοκῶντας. nam προσδοκᾷν dicitur, non προσδοκεῖν. 20. ὀνόματι] subaudi καταλεγομένων. fieri non poterat quin ipsi sese affligerent & aestuarent, atque trepidarent, & tumultuarentur, fremerentque tam illi, qui aliunde huc habitatum concesserunt, quam qui civitatis nomine censentur. 23. versum hunc non intelligo, videtur auctor sic dedisse: καὶ τοῖς ὑπὸ τύτων λόγοις ἠλέγχετο μὲν ἐν τῇ τῦ ςρατηγῦ καταγωγῇ. *Et horum* (Caesarii atque Hellebichi) *verbis arguebatur* (senatus) in *praetorio magistri militiae*. Hellebichi puta. v. p. 530, 38. sed satius est suspicari, aliquid hic deesse. quid si locum sic constituimus: καὶ τοῖς ὑπὲρ τύτων [scil. τῶν γεγονότων vel τῶν πεπραγμένων] λόγοις ἠλέγχετο. [scil. ἡ βυλὴ.]

καὶ

καὶ ἐπλήσθη [vel καὶ ἐπέπλησο] μὲν ἡ τῦ ςρατηγῦ καταγωγή. disputatione & quaesitione super his rebus arguebatur senatus. & refertum quidem erat Magistri militiae praetorium hominibus, nihilominus tamen dirum nihil ab utroque judice proficiscebatur. 25. τὴν νύκτα] eam, quae sequebatur diem illius quaesitionis vel interrogationis, quae dies erat veluti praeparatoria ad diem judicii insequentem. 26. τῆς νυκτός] ejus, quae diem illum quaesitionis antecesserat. ut numerat Tillemont, Antiochiam venerant Hellebichus & Caesarius vespere diei lunae. Sequebatur nox inter diem lunae & martis perquam tumultuosa, trepida & sollicita. tum dies martis in audiendis senatoribus consumebatur. nox proxima multo erat mitior & sedatior, quam superior. tum dies Mercurii multo formidolosissimus, quo ipsum judicium exercebatur, quo finito rei in carcerem ducebantur. die Iovis Caesarius in iter se dabat, CPlin versus, quo Imperatorem Theodosium de statu rerum Antiochenarum doceret. Haec omnia fiebant ea septimana, quae in Caresmia illa magna, quae vulgo *die Fasten* appellatur, erat numero tertia. (*in der mittelsten Fastenwoche, nach dem Sonntage Oculi.*) 27. altera dies, scil. ab adventu delegatorum ad illam caussam cognoscendam. 29. recte dat margo χρεοσόμοιος. si vinculis mandati tristes & moesti conspiciebantur, Caesarius, cujus jussu vinculis onerati erant, non minorem moestitiam ore & vultu prae se ferebat, ingemiscens eorum adver-

adverso casu, & doloris communione leniens mai acerbitatem. 30. τῷ] Caesario puta, ad quem etiam versu 33. ὁ δὲ redit.

518, 8. τῶν καλῶν δὲ ἡγούμενος τ. λ. ἀνεπήδα. 15. secum deliberantes jam, qua se quisque optima & celerrima ratione interimeret. 17. τὰ τῦδε] scil. ῥήματα πρός ἐμε, καὶ διάνοιαν καὶ ἐγχείρησεις. 19. aut τὸ τὺς, aut saltim τὸ solum, est delendum. 23. τὸν ἠδικημένον] Theodosium puta. 32. ὁ μὴ πράξων ᾔδει est Atticismus pro ὁ μὴ πράξοντα ἑαυτὸν ᾔδει, aut ὃ ᾔδει αὐτὸς ὅτι μὴ πράξει ποτὲ. 36. aut sic leg. est: εἰ μὲν οἷόν τε ἦν, δεηθέντα [scil. αὐτὸν] τῶν θεῶν πτερῶσαι — *si potuisset a diis hanc gratiam precibus & supplicationibus impetrare, ut alas apponerent suis jumentis, sane fecisset.* aut sic: εἰ μὲν οἷός τε ἦν, τὰ τῶν θεῶν, πτερῶσαι. *si potuisset, id quod dii possunt, alis instruere sua jumenta, sane fecisset.* priori lectioni & auctoritas pristinae scripturae, & sequens αὐτὸς versu 38. suffragatur, ubi αὐτὸς est ipse solus, per se, sine auxilio & opera deorum succurrente. 39. τῦτ' ἂν] scil. ἐποίησε. 40. Pegasum significat. *penult.* τῶν] aut τοῖς aut τὴν.

519, 2. τὸ φέρον] scil. ἅρμα. curru, quam fieri poterat, minime onerato, sed vel maxime levi relicto, eo, in quo iter CPlin erat peracturus, quo celerius illuc pervolaret. 3. ὀρέων] ab ὀρεύς. *mulorum.* non ab ὄρος *mons.* v. versu *penult.* 4. τὺς] l. τῦ καὶ. *quo accedebat etiam celeritas a flagello effecta.* nam in τῦ subauditur τάχυς. 5. τοσῦτον] scil. ὥστε μὴ ῥᾴδιον εἶναι εἰπεῖν. *ut facile non*

fit

sit jeffari, solent, talia in ejusmodi locis omitti. quod eo facilius hic fertur; quia statim addit, multitudine corporum Caesarium iter ingredientem ante urbem exspectantium, & aliquo usque deducere volentium triginta stadia oppleta fuisse. ut necesse sit, ingentem eam fuisse multitudinem. 8. δὴ] l. δὲ. ob praecedens μὲν versu 5. *ibid.* σαδίως & αὐταὶ, ipsae solae, sine viris. 9. τὸ πρὸς ἑσπέραν] eam partem agri Antiocheni, qui ad urbis occidentem porrigitur. τὸ πρὸς idem est, atque ὡς τὸ πρός. *usque ad exitum diei.* non dicitur graece τὸ πρὸς ἑσπέραν, sed μέχρις vel ἕως ἑσπέρας. 15. f. ἠδὲ ἐλύπησε διὰ τῶν ῥαβδοφόρων, διὰ δὲ τῆς ἑσπέρας αὐτῆς, [scil. ἐλύπησε καὶ ἀπήλασε τὸν ὄχλον] τοῦτο ποιησάσης, ἐπειδὴ καιρὸς ἦν. *non dispulit turbam immisfis lictoribus, non per hos illi molestiam attulit, sed attulit per vesperam, quae ipsa sola hoc fecit*, [h. e. dissolvit ac dimisit turbam moestam] *cum tempus erat*. [vesperae puta.] 25. cum magno intervallo eum in equo antevertissem. 28. recte dat margo πολλὰ διεκωλύθην. nam alias penderet δακρύσας, sententia non absoluta. 30. ἔχουσι μάλιστα ἃ ἂν [vel potius ἃ ἀκούειν] ἐβουλόμην. ipse blandis verbis me consolans & confirmans ea oratione, quam audire maxime cupiebam, non sinebat multa loqui. 35. μετὰ μέσην] scil. ἡμέραν. 37. propterea, quod neminem praemiserat, qui suum adventum praenunciaret, tum, quod non nisi duos haberet secum famulos. τὸν μὲν ἡγούμενον μὴ εἶναι, τὸ δὲ ἑπόμενον [id est τὸ ἀκολουθοῦν, τὸ τῶν ἀκολούθων πλῆθος] ἐν δυοῖν [subaudi

ındi σώμασιν] totum famulitium, quod Caesarius in itinere illo secum habebat, in duobus corporibus subsistebat. post δυοῖν subaudiri debet a communi εἶναι, quamquam commodius esset ἵστασθαι addi. sed Libanius saepe verborum parcus & sententiosus esse affectat. 39. denique, quod maximum erat, labores & defatigatio itineris eum ita deformem & sui dissimilem reddiderant, ut a nemine agnosceretur. quo fiebat, ut omnibus inobservatus ad Theodosium perveniret. 41. διϊστὰν (in neutro participii praesentis activi) *distinguens*, *discriminans contentionem ad quietem* est vicissitudo laboris cum otio. 44. ὅς] id est περὶ τέτου, ὃς — vel παρὰ τέτῳ, ὃς — *ult*. & ipsa celeritate, qua muliones utebantur in mulabus permutandis, offenderetur, quod, quicquid moram contentioni suae injiceret, id omne abhorreret, atque odisset, & vel summam ministrorum festinationem pro segnitie haberet.

520, 3. τῆς ἐνθένδε] quam gerebat in corpore, & secum efferebat, cum hinc, ex urbe, egrederetur. 6. τάγε] scil. λετρά. 7. f. ἠρέμει leg. pro ἠρίθμει. balnea per iter occurrentia praetervolans conquiescebat in curru suo, neque ulla defatigatio illinc eum ad ullum aliquod istorum balneorum deducebat. v. p. 561, 1. 8. f. ἐπὶ τέτων τ. λ. scil. τῶν λετρῶν. si ἠρίθμει servamus, accipi debet pro: transmittebat cum supino quodam & tralaticio adspectu, unde desiderium eorum nullum moveretur, neque insistendi & pro-

X pius

pius accedendi & utendi mora objiceretur, quemadmodum decurio ſtantes in acie milites numerans, non adſtat unicuique, non haeret in unoquoque, non acriter & fixis oculis intuetur, ſed, ut modo conſpexit quemque, & adeſſe cognovit, feſtinans ad proximum quemque delabitur. 10. ſic diſtinguo: τί ποτ' οὖν ἦν τὸ τοῦτο ποιοῦν? *quid eſt igitur illud, quod hanc rem perfecit?* reſponſio. σφοδρά τις ἐπιθυμία, *ingens aliquis ardor* — 19. f. παρ' αὐτοῦ τοῦ βούλεσθαι, quantum enim eſt id, quod ab ipſa mera voluntate (vel etiam παρ' αὐτοῦ τοῦ βουλεύεσθαι, ab ipſa ſola deliberatione, decretoque conſilii) effici & peragi queat. 25. παρ' ἐκείνης aut παρ' ἐκείνῃ, *ab ea* [fortuna puta] *proficiſcitur facultas quoque hujus rei efficiendae*, vel: *penes eam rei hujus facultas eſt.* 31. τῶν ἐκ' αὐτοῖς] canthos ferreos ſignificat, quibus orbes rotarum adverſus attritum ſoli & ſaxorum muniti ſunt. nos vulgo *Radeſchienen* appellamus. 32. ſignificat ſaxa & coenum. 37. τὰ νικώμενα] res fragiles, & alias facillimae ad corrumpendum, ut rotae, & ferramenta, & alia ligna curruum. 41. malim συμβουλομένων. quanquam ſcio, ſaepiſſime βούλεσθαι & βουλεύεσθαι inter ſe alternare.

521, 13. ἀπώλλυσαν. per ω. 18. ab ipſis opibus ſuis, vitaeque commodioris praeſidiis extremam peſtem ſibi conſciſcentibus. 26. σε τά] imo vero τά σε transpoſitis vocabulis. 31. τό] l. τοῦ. alius aliquis, qui tibi moribus & animo ſimilis haud fuiſſet — 42. φιλῶ μὲν duobus verbis. 43. Diodotum ſignificat apud Thucydidem libro 3.

522,

522, 1. πᾶν] subaudi δεινόν. 2. novimus, ad quem severitatis modum processerit animadversio judicii tum ab Atheniensibus in Mitylenaeos habiti. 4. quis est ille, quem Caesarius CPli ad Antiochiam remisit, perlaturum illuc sacras Theodosii literas, ab intercessione sua partas, quibus urbi delictorum venia dabatur?

6. τὸν ἐπίκαιρον] Caesarium. ad eundem refertur etiam v. ἐπραξε versu 9. 14. ecquis tandem quoque justius tulisset praemium, quod senatus & populus Antiochenus daturus erat perlatori literarum tam sibi salutarium & tam acceptarum, quam ei, qui in itineris huc peragendi & perferendi mandati celeritate Caesarii celeritatem in itinere hinc illuc peragendo, erat imitaturus & aequaturus? 16. recte dat margo ὄρος. sed & ποταμὸν leg. est. oportebat nobis item esse, ut est Lydis, & montem auri feracem, & rivum auro pariter onustum. 19. ut satis dignis possemus donis & Caesarii operam, & ejus, cui sacram Imperatoris huc perferendam mandavit, compensare, qui nunc, inopia pressi & exclusi, cogimur minora dare, quam volumus. 26. ἔτι] l. ἐπί. 30. idem est, ac si dixisset ἡ μνήμη τούτων, ἃ πεποίηκεν, ἐπαγγέλλεται λύσιν τούτου τοῦ δυσχεροῦς. 35. τοσούτων. 36. ὅσων. utrumque per ω. id est ἀλλὰ ἀπὸ τοσούτων, ὅσα. 38. ἀλλ' οὐ τοιγε τοσαύτην. antepen. ἑαυτοῦ μνήμῃ (in ablativo & sine commate.)

523, 2. ὑπερήφανον hic sensu bono & honesto accipi debet, pro *excellente*, *egregio*, *praeclaro*,

 quod

quod alias pro *insolente*, *arrogante*, *superbo*; *immodico*, *intemperante*, solet accipi, sensu malo & turpi. 3. *nobis autem nihil est, quod silentium imponat, depraedicantibus* — 7. recte dat margo ὀρθώσειέ τι π. τ. ἤ. ἀνδρῶν. quapropter etiam κηδομένων est versu 9. legendum. constructio τις ἀνδρῶν κηδομένων ἀρετῆς. *aliquis virorum virtuti studentium.* 12. καλόν. *si quod deus omiserit, ad imitationem τῶν σῶν καλῶν tuarum laudum eum adducemus.* 13. τῶν σοι πεπραγμένων, *commemoratio rerum a te gestarum in medium prodibit*, seu, tunc afferetur a nobis & jactabitur in sermonibus familiaribus. 16. loco secundi τῶν leg. est τῆς. *modo etiam illis, qui rectius meminere, illos, qui secius meminere, corrigentibus.* 41. τε delendum. 524, 1. ἤτοι] l. ἤ τι. (sine ι) 5. διαλέχθη. 10. γυναικὸς h. l. est *uxoris meae*, non cujusvis mulieris. 13. ἐν l. εἰ. Iam scilicet gratiam debentibus adhuc poscere alteram, da, quaesumus, operam, ut sis tu quoque inter possessores domuum propriarum penes nos, & inter aratores nostros. h. e. coëme tibi in fundis nostris possessiones proprias, domos, & villas, quo habearis in civibus nostris, & gaudeas civitate nostra. 28. οἷς perinde est sive ad λόγους, sive ad τοὺς δυναμένους λέγειν referatur. *ult.* γεγεννηκότος.

AD ORATIONEM XXIII. (XXI.) AD ELLEBICHVM.

Est haec eodem tempore & eadem de caussa scripta oratio, atque superior illa. nam ut illa

Cae-

Caesario, ita haec Hellebicho, pro opera in conti- nuoi negotio conficiendo praestita, gratias agit; h. e. pro restituta pace urbi & reddita salute.

p. 325. 4. οἵτινες, οἱ. 23. τοῦτον. hunc Ellebichum. 26. αὖ δὲ collocandum est post καλῶν, aut φανέντα est geminandum, ad hunc modum: πρότερον φανέντι, φανέντι δὲ καλῶν. pari modo versu 28. καὶ & μὴ sunt transponenda, ad hunc modum: καὶ μὴ πρότερον [scil. ἢν αὐτοῦ πεποιημένος] συνεργοῦ καλῶν.

p. 326. 3. αἰτίαν. v. Vales. ad Ammian. p. 450. 9. post γενέσθαι deest ἰδεῖν. 21. poto est δεομένοις defendi, tempora postulantia auxilium; verumtamen δεόμενοι melius huc quadrat. & si δεομένοις servaretur, non optime conveniret βοηθεῖν, sed potius βοηθεῖν. 22. ἐλαύνει videtur quoque post θεὸν deesse ἐκάλουν. nam a communi εἰσθεισαν καλεῖν repeti nequit, quod absurdum id esset. 23. ἀν' ἐν [non ἐν] πᾶσι. ita tum quoque deum advocabant clamantes, ut sui misereretur, ut adductorum ad miserrimam rerum conditionem ab illis literis. Quamquam autem haec ausa furiosorum ferenda non erant, multo tamen atrociora erant insecuta. 34. κάλων funes, quemadmodum etiam Valesius p. 60 recitat, ubi locum hunc exponit. 39. δοκεῖν ἀναβάλλεσθαι. ἀναβάλλειν προοίμιον dicitur musicus, qui prolusionem cantico suo praemittit, quo experiatur, quomodo instrumentum suum habeat ad cantum, recteue intentum sit, & qui sit futurus cantici eventus, & qua prolusione animos audien-

dientium praeparat. Ejusmodi prolusioni comparat primordium seditionis Antiochenae, quia multo atrociora insequebantur.

§ 527, 5. κοινωνίαν] l. παροινίαν. 9. πρήσαντες (in futuro) 10. Theodosium significat. injuriae in statuas Theodosii datae causam, qualemcumque nunc nil quaeram, sed causam tamen, hanc aliquis alleget, exactionem puta chrysargyri. 11. Honorium designat. 16. φορεῖν] scil. τὸ χρυσίον. auri decennalis & quinquennalis praestationem. 22. quaedam autem movere adhuc cogitabant; in quibus, furori futuro reservatis, etiam erat praetorium. 24. exarsisset incendium ad tantam immanitatem, ut compesci & sisti jam nullo modo posset. 39. αὐτοὺς, semetipsos deplorantibus. 42. τὸ πλεῖον. 43. τὸν ἄρχω] l. ὁ ἄρχων

§ 528, 3. δὲ] f. μὲν, ibid. ἐνιαχοῦ δὲ πᾶσιν. 8. προσδοκίᾳ. 10. fama verax: nam est alia quoque mendax: sed haec, de qua commemorat Libanius, erat verax. 11. ποτον] Helleborum puta. 13. hoc statim spem [vel metum] dirorum quorumque suppliciorum minuit, spe alia ostendenda, quae mitiora promittebat. 18. somnum percepit liberum ab illis tetriculamentis insomniorum, quae terrore visorum objectorum dementatos e somno excutiunt, & trepidos exsilire cogunt. 36. καὶ ἄνευ idem est atque οὐ μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ τούτοις, αὐτὸς — omnibus allevabat praesentium malorum onus, quid? quod illis ipsis adeo, qui dum essent extra periculum,

tamen

tamen de amicorum salute metuebant. 37. κιν-δύνε & τοῖς δὲ (duobus vocabulis). 38. ἑωρᾶτο, *conspiciebatur.* 41. ἐγκεχειρισμένε. quis esset animus ei, qui judicem delegasset, id intelligebatur ex animo ejus, cui judicandi potestas esset demandata, & videbatur ille prior, [Theodosius puta] numquam hoc posteriore usurus fuisse, ad ferendum suffragium, si suffragium ille lethiferum intendisset. 43. σε] leg. ἐ. adhaesit sigma e proximo πρὸς. quem norat ad tam tristia & luctuosa invita natura factum, aut quem ad crudelitatem parum apto natum ingenio norat. 44. ἦν] l. ἦν. pen. δὲ del. nisi quid deest.

529, 1. ξίφη. 3. τι, si quid esset, quod culpa liberaret reum. 4. ἀλγήσοντα. 9. αὐταῖς, redit enim ad ἐλπίδων. 11. μάλιςα τὰν [id est τὰ ἐν] τῷ τῆς δυνάμεως χρ. 13. καὶ τὸν τῶν ὅλων. 23. corrigens castigando magis, quam funditus exscindendo, sustinuit nos, velut in diluvio natantes, & jam mergenda capita nostra superiora undis tenuit. 24. τὰς δὲ vel τάς τε deest ante μήπω. 28. οὕτως εἶχε, τεκμήριον. *rem autem ita se habere, hoc vobis esto argumento.* ᾤοντο μὲν — *Existimabant quidem* — 30. per viam desolatam ad portam urbis esse perventurum. h. e. neminem ipsi venienti esse occursurum. 33. quid sibi velit ἀγαθῶν, non intelligo. sententia postulat ςαθμῶν. ut sententia sit haec: οἱ δὲ μεμενηκότες, διαδραμόντες τοσοῦτον τῶν ςαθμῶν, ὅσονπερ εἰωθὸς ἦν διατρέχειν ἐπὶ τῶν προτέρων, scil. ἀρχόντων, προσερχομένων πρὸς τὴν πόλιν, ἧγον — quotquot

 ho-

honoratiores in urbe manserant, occurrebant Hellebicho ad urbem accedenti, ad tantum spatium, ad quantum procedere occurrendi gratia soliti erant sub prioribus praefectis, si qui ad urbem accederent. 37. non quidem repudiabat nostrorum officiositatem, jactatu dextrae tamen significare, a se nostras res & rationes improbari, & se nobis infensum venire. 40. εἰ] l. εἰκὸς. qui praeter omnem probabilem causam & spem vinci se patiuntur: ut proditores disciplinae ipsis a se traditae.

§ 30, 5. ἀγαθῶν. 6. τὸ μὲν [scil. ἀγαθὸν] ἔχειν [scil. αὐτάς.] 10. τῇ μὲν. scil. πόλει. 14. non capere comitatum. non satis spatiosam esse pro accipiendo principe & ejus comitibus, non satis habere hospitiorum, neque alimentorum pro tanto numero. *ibid.* aut pro δὴ leg. est δὲ, aut τῇδε dividendum in duo vocabula τῇ δὲ, *huic autem*, aut leg. ταύτῃ δὲ δή. 16. recte dat margo ἐκείνην. forte sic dedit auctor. — ἔρχεται. ἔτι δ' ἐκείνην εἰδέναι τε καὶ οὐκ εἰδέναι — praeterea (sic dictitare se solitum esse ad Theodosium ajebat Hellebichus) nosse urbem, & ignorare eandem id, quod in eo (Imperatore) esset summum. nam tametsi laudes ejus audiret ex ore omnium eum depraedicantium, ipsum tamen tot tantorumque decorum dominum nondum vidisse. 19. εἰδέναι] imo vero εἶναι. non enim perinde ad fidem & persuasionem creandam esse vel valere aures atque oculos. segnius irritant animos demissa per aurem, quam quae sunt oculis subjecta fidelibus,

&

k quae ipse sibi tradit spectator. 20. ὁ delendum, aut leg. καὶ παρεκάλει ὧδε — sed praefero prius, ut sit καὶ παρεκάλει δὲ. 23. quam teneri a dea quadam musica [h. e. a Calliope, Musa.] Daphne itaque consecrata erat huic Musae. 25. his & talibus sermonibus commemorandis ad Antiochenos, quos diceret se de ipsis saepe habuisse ad Theodosium, cum ipsis quererebatur atque expostulabat, ut cum iis, qui cum multa praeclara mirati essent, tam turpiter sese dedissent. 31. ἐξέβαλε τὸ φίλτρον. 38. ὁ δικαστὴς] Hellebichus ipse. v. p. 517, 23. ubi στρατηγὸς magister militiae appellatur. 39. ὀλίγον. antep. ἦν μέν τι ἑκάστῳ. illud τι redit ad praemissum δίκαιον. quod hic tacite repeti debet. nam alias καὶ ante λόγος esset supervacaneum & delendum.

531, 4. ἀρχὴν μὲν δεξαμένας [redit enim ad λειτουργίας] ποθοῦσας δὲ τελευτήν. ἑτέρῳ τὴν γυναικὸς — alii afferebant, functionem aliquam se suscepisse, nondum autem absolvisse, & aegre se laturos, si coepto operi finem imponere non sinantur. alii deplorabant uxoris suae viduitatem, si ei eriperetur, — illa uxoris ἱσαμένη περὶ τὸ βῆμα διατριβὴ videtur esse necessitas viduis imposita caussas in foro agendi & pro se dicendi, per maritorum absentiam. 10. f. ὅσοις ἤδη δικαστῇ — non ignorans, quot judicibus jam [id est, a quot judicibus jam] tale quid [scil. ploratus miserorum] coërceatur aut plagis aut plagarum certe minis. h. e. non ignorans, multos ante se judices fuisse, qui se dignum putarent, ut

 lacry-

lacrymas reorum aut verberibus aut saltim verberum minis supprimerent. 13. ἡγεμένοι. ideo, quod existimarent, rem praesentem [h. e. judicii, quod exercerent, majestatem] lamentationibus reorum foedari. 16. δέξασθαι] aoristus saepe pro futuro ponitur: quamquam h. l. non repudiem δέξεσθαι, si codices dent. 21. τε] l. γε. & καιρῶν, cum illa tempora nocturna ipsa in semet, tametsi nihil aliud accedat, satis habeant, quod terrorem incutiat. καιρῶν (pro καινῶν) est emendatio Valesii ad Ammian. p. 518. 23. ἐν αὐτῷ suspectum. f. ἐν ᾧ. ita ut praelucentes ejus curru faces legis & moris ergo essent magis, quam necessitatis. 24. τὰς θύρας] hospitii sui ostium transscendens. 28. νῦν τε καὶ καλῶ. 38. loco secundi ἐκείνη leg. est ἐκείνης. lacrymae Hellebichi manabant in caput illius matronae, quae suum caput ad Hellebichi pectus supplex admoverat. antepen. f. καὶ ταῖς πανταχόθεν εὐχαῖς [subaudi τοῦ] σώζεσθαι. ille dativus ταῖς εὐχαῖς ταῖς πανταχόθεν ἀφικνουμέναις aptus est ex ἔδωκεν αὐτὸν versu 41.

532, 4. οὐχ ὡσαύτως. non pariter. (scil. atque dixerat versu 1.) 6. ἀπειλῶν ἑτέροις βασανίζειν τοὺς ταῦτα αὐτῶν κατεροῦντας, minas aliis [servis e. c.] tormenta admoturum, qui essent illa in ipsos testimonia edituri, nisi ipsi ultro se deferrent & accusarent. 9. aut τῶν πολλῶν leg. multos plebejorum, aut τῷ πολλῷ, illa crebra annutatione, illa saepius iterata significatione per nutus. nam νεύματι praeferendum est e margine. 11. οἱ μὴ

πει-

ειθέμενοι. 22. τό] l. τῷ. 26. ἦν] l. οἷς. 27. ὃ γὰρ ὄχλῳ μόνον οὐχ ὁρῶν, tantum non, id est, paene jam nunc. 32. τὴν βουλὴν] jus & honores habendi senatus obtinuit civitas, quos amissuram se spopenderat. 34. εἰς τὴν] leg. uno vocabulo: ἦσαν, erant (in duali) 35. rursus in duali κυρίω, non erat penes hos duos, Hellebichum & ejus collegam Caesarium, summa statuendi potestas. ψῆφον βασιλέως ἐφυλαττέτην [scil. τὸ ἀποκτεῖναι] sententiae imperatoris id reservabant, τὸ μὲν αὐτῶν, ἐν τῷ ζητεῖν ζητοῦντε (in duali) & versu 38. item στησάσθην, quaesitione circumscribentes suam operam, caetera majestati integra reservantes. 41. & 42. ταὐτὰ his est legendum, cum hi duo consiliis consensissent, & alter alterius acta laudasset atque approbasset. penult. plenus multitudine dicitur aliquis fieri, cui aures acclamationibus & collaudationibus obtunduntur a plebe laeta & tripudiante, ut satietas eum capiat laudum suarum.

p. 339, 18. τὸν πορευόμενον] Caesarium, qui redibat CPlin, de statu Antiochiae ad imperatorem referendi ergo. 20. τὰς γλώσσας] h. e. laudes & acclamationes populi a se ad eum, Caesarium, μεταφέρων transferens. 24. κατὰ μόνας] seorsim, in secreto, cum ipsi duo soli secum essent. unter vier Augen. 27. τοκέας, parentes. 30. ἑτέρων] subaudi a communi πολλῶν. 40. recte dat margo ἦ δ' ἤσαν. ille locus autem, ubi decuriones erant nexi & custodiae mandati. 41. εἴσω πτελέαι. ἦν τε valde angustus erat. pro-

prie,

prie, *ubi erant, id valde angustum erat.* non dubito, idem lectionis in eo quoque codice fuisse, unde margo lectionem affert; quanquam ibi στόνυξ exhibetur, sed sine dubio ibi fuit στενόν τε, v. versu 42. *penult.* ὕποπτ. *ult.* τάσσων aut τῆτον.

534, 4. φθίσεσθαι si bene habet, idem est atque διαφθερεῖ molestias carceris corrupturas & interemturas esse clementiam principis, si qua esset futura. 8. τεῖχος] l. τοῖχος δὲ τοῖς ἀμφοῖν. paries autem his duobus (carceri puta & fornicula unus communis erat) haec quatuor verba sunt signis parentheseos intercipienda. nihil aliud h. l. corruptum est. sententia haec: necesse autem erat vinctis, aut in custodia perire, aut ab eo, qui sibi hanc carceris poenam irrogaverat, hoc veniae impetrare, ut sibi liceret fornicula uti. nam unus ambobus paries intergerinus erat. 10. aut ἐτόλμων leg. aut ἴδεν τολμῶν. 13. sola, ni fallor, Hellebichi humanissima natura suadente & provocante atque impellente ad audendum, talia rogare, in quibus esset aliqua malorum relevatio. 19. in hoc perobscuro loco nihil nisi per nebulam & caliginem cerno. neque ἐρωτώντων neque ἐρωτῶντας, quod, in margine annotatum, ne graecum quidem est, intelligo, quid illud faciam? nisi ἐρωτᾶν accipere volumus h. l. pro rogare, ei, penes quem dandi & negandi potestas est, ad deliberandum aliquid proponere. quo sensu novi Graeci ὑπομνήσειν & ὑπόμνημα dicunt, unde nostra Memorial. videtur sententia esse: Hellebichus cum admisisset,

I se,

:, quae nunc esset rogantibus indulturus, ea evocaturum, & in priore decreto mansurum, eoque rediturum esse, h. e. vinctos in priorem angustiorem & molestiorem custodiam remissurum, si quid secius (subaudi, quam ipse vellet atque exspectaret, & quam a vinctis fieri oporteret) proficisceretur ab illis, qui hanc se gratiam rogarent. h. e. si vincti in custodiam liberiorem remissi auderent & tentarent illinc effugere, se operam daturum, ut prioris carceris aerumnis rursus includerentur. 20. ἔφη καὶ] f. uno verbo leg. ἐφῆκε. verba εἰ δεῖ συ κεῖσθαι τῦτ' αὐτοῖς non intelligo, neque expedio. 25. f. ἀμπέλυς ἔχοντα, συκᾶς. 35. δὲ] malim δὴ ergo. 37. προδιαφθαρῆναι. 40. potest ὅν locum tueri, quem sortitum est; haberet tamen commodiorem, si in proximum versum deferretur, & ante ἔχειν collocaretur. 41. μετάλλοις ἐγκεκλῃμένων; id est Attice pro ἐγκεκλεισμένων. quod non tolerarint ea mala, quae tolerant metallis inclusi, vel ad metalla damnati. ult. ὀνειρώττειν] quia tam insperata ea erat felicitas, ut ipsi suis oculis diffiderent, suisque caeteris sensibus, quum ea gauderent.

535, 3. ἐξετάζων. 6. Caesarium & senatum CPtanum designat. 9. de episodio. v. dicta ad Polyb. p. 171. est minutum aliquod, sed lepidum eventum, narrationi rerum graviorum delectationis ergo interspersum, aut res quaedam gesta minoris momenti, in actionem rei majoris & gravioris quasi interpolata, magnam huic

suavi-

suavitatem addens. sententia haec est: accessoria quidem ea res est ad summam rei, nihilominus tamen eadem magni alicujus beneficii loco haberi potest, profecti, non in senatorem quidem aliquem nostrum, cujus collegii nunc maxime res agebatur, at in eum tamen, qui bene de civitate esset promeritus, ut qui caussas in foro quam plurimas egisset, & orationes bellas easdem numeroque multas edidisset, & in omnibus, quos gessisset, honoribus, tam primis illis infimis, quam post secutis majoribus, & tandem postremis illis maximis, erga cives patre benigno se gessisset benigniorem. 20. σφῇ] scil. delati & accusati. πονηρὸς λόγος] mala defensio, h. e. conscientia sceleris. 25. Constructio est: τὸ δίκαιον εἶχε τὴν νίκην, ὅπερ αὖ καὶ ἔχειν τὴν νίκην δίκαιον ἦν. quod cum victoria abire decebat, jus & aequum puta, id enimvero potius erat & obtinebat. 27. τότε] l. τῷ τε. 31. αὐτῷ δὲ τῷ κακῶν ἄνδρα. sibi ipsi congratulabatur, quod virum bonum e malis [scil. rebus aut hominibus] eripuisset. recte quoque dat margo αὐτῷ. 33. τούτῳ dat margo. haud scio, an recte, sed cave ad Hellebichum referas, pertinet enim ad ereptum e quadruplatorum faucibus a bonitate Hellebichi. Confirmat hanc lectionem sequens ἡμῶν versu 35. quod illi τούτῳ opponitur. 35. significat eas literas, quas imperator Theodosius, re cognita, rescripserat, quibus veniam peccato Antiochenorum dabat, & civitati pristina jura restituebat. v. p. 536, 2. 36. ἀποιές περ [vel ὁποῖός γάρ]

αρ] ἡμῶν, aut ὁποῖος παρ' ἡμῖν. 37. ἤδη] ob lementiam imperatoris errori urbis nostrae gnoscentem. 38. ἀνάγνωσιν] publicam in pleno consessu senatus & conventu populi praelectionem illius sacrae. (*sacra* enim, scilicet epistola, appellabatur ejusmodi divinum rescriptum, ut etiam alio nomine usurpabatur) θεῖον hic est *coeta*. apparet enim e narratione Libanii, Hellebichum illo quidem die adhuc, sera vespera, populo sacram Theodosii recitasse, sed propter temporis angustias, & noctis ingressum, exsequi mandata illius sacrae non potuisse, sed coactum fuisse nexorum a vinculis liberationem & reliqua illo de genere, proximo diei remittere, tametsi invitum, & optantem, ut ille dies quam citissime illucesceret, quo miseri quam citissime suis molestiis liberarentur. 41. f. ταχέως μὲν ἀπελθεῖν τὴν νύκτα, optabat, ut nox quidem cito abiret, dies autem cito illucesceret. & ad quod tribunal antea tristi vultu moestoque processerat, quaesitionis habendae ergo, ad idem nunc non eodem vultu, sed hilari, procedebat absolutionis damnatorum exsequendae ergo. *ult.* τῇ σωτηρίᾳ.

536, 7. πινάκια videntur appellati fuisse Antiochiae gradus illi, unde dabantur panes gradiles, & ubi erant tabernae, ubi & edebantur tesserae panium gradilium a commentariensibus ibi constitutis & ab aliis recipiebantur, exhibitae a populo gradiles panes auferente pro tesseris illis panariis. 9. recte dat margo οἶδε. id est εἴωθε vel δύναται. 12. in mediis porticibus, quibus

bus septae vel praecinctae erant majores urbis semitae, ante ostia domus cujusque suae. 26. τὰ πρέποντα, quoad decorum erat. 27. f. τῷ καιρῷ αὑτὸν συγκαταστείλας, sese demittens pro necessitate temporis. 38. κἂν ταύταις ἴδῃ [vel ἴδοι] τις ἄν. 42. f. καὶ ταύτης τῆς τιμῆς τυγχάνειν τὸν ἄνδρα ἐβούλετο, hoc quoque honore potiri Hellebichum volebat, statuae puta; quo, sive adesset ipse in urbe, una cum ejus persona perfrueretur urbs ipsis quoque ejus imaginibus, tametsi illae tanti non essent faciendae, atque ejus persona, sive abesset, non plane toto careret Hellebicho, sed saltim ejus imagines secum haberet. 43. aut ἀπολαύοιεν leg. ob sequens στεροῖντο, aut si ἀπολαύοι servatur, (praecessit enim ἑκάστη φυλὴ, quo refertur) leg. est versu penult. στεροῖτο.

537, 5. ἡμῖν per. η, & ἐρωμένῳ per unum ρ. amato, deliciis. 7. f. ἦλθον, οἱ μὲν σοφίαι — huic secundo μὲν respondet δὲ versu 8. at illi primo μὲν, quod est ante ἰσχυρότατοι, respondet δὲ versu 9. 14. ἐκεῖνον] accommodavit caeteris accusativis. nam alias debebat integre sic dixisse ὥσπερ ἐκεῖνος ἔπειτα τοῖς θεοῖς. 17. ᾗ] l. ἣ in dativo.

AD ORATIONEM XXIV. (XXII.)
CONTRA INVITATIONES AD EPVLAS OLYMPICAS.

habita est vel scripta potius & edita, Libanio jam grandi natu. v. p. 543, 1. ludi Olympici jam a Claudio sunt Antiochenis concessi A. C. 42.

2. v. Tillemont I. p. 206. ſed reſtaurati A. 210. Severo.

538, 15. κἂν μὴ τὸ πεπεισόμενον (in paulo-poſtfuturo) ἦ. ἐ γὰρ τῦ μὴ καλῶς — 25. malim τῶν νομίμων. 27. f. ἐφ' ἅπασιν ὁμῦ καὶ συνήδομαι καὶ συνάχθομαι τῶν ὑμετέρων τὰ εἰκότα. ὁμῦ δὲ περὶ πάντων εἰπεῖν — ego quidem rebus veſtris omnibus, qua par eſt, & congratulor, & contriſtor: uno tamen loco de omnibus dicere —

539, 4. in v. ἑαυτὸν deſinit eorum enumeratio, qui ex antiquo ritu olim, patrum memoria, ἦσαν δαιτυμόνες fuiſſent convivae, & ad epulas Olympicas vocati. deinde enumerat eos, qui olim fuiſſent iis excluſi. 6. ἴελον, ἢ ἐδὲ τῦτο, aut modo prognatam praeferens lanuginem, aut ne id quidem, ſcil. ποιῶν, vel ἔχων. δειπνῦνται. 10. ὁ μῦ duobus vocabulis, idem eſt atque ὁ ἐμῦ. *mei avi pater*. de quo v. p. 2. 30. poſt ſecundum καὶ deeſt παιτὸς. 32. καὶ ἃ] l. aut διὰ aut καὶ διὰ. 33. f. καὶ γὰρ ἡνίκα ἐκ ἐκαλέμην, ἐκ ἀμελέμενος, ἐκ ἐκαλέμην, ἔτε αὐτὸς, ἔτε πρεσβύτερος ἀδελφὸς, ἔτ' ἐδεὶς ἐδενὸς [ſcil. aut υἱὸς aut ἀδελφὸς ἐν ὀρφανίᾳ ὤν.] nam, quo tempore non vocabar, non ideo ſum non vocatus, quia ſpretus eſſem atque neglectus: neque id ea de cauſa meo fratri evenit natu majori, neque alii cuiquam, cujusquam aut filio orbo, aut fratri. 39. intelligitur ex h. l. non omnibus omnino civibus accedendi jus ad epulas fuiſſe, ſed iis ſolummodo, quos epulator invitaſſet. 40. τύτων] ſubaudi a communi καλῶνται. quotquot patres liberis gaudent, eorum

 libe-

liberi, cum patres invitantur, tum ipsi quoque invitantur. 43. αὐτῷ] id est hic loci, τινι, alicui. *si cui pater est mortuus*, audit ejus patruus hanc invitantis obsecrationem, ut velit nepotem quoque secum ad epulas adducere. v. p. 541, 10.

540, 9. τύτῳ. opus ei est sine dubio improbitate & impudentia. 11. τύτων] l. τῦτοι. 12. ἔσεσθαι, μὴ συνεσθίοντα μόνον, καὶ συμπίνοντα ἂν, ἀλλὰ καὶ τὰ βλεπόμενα πυθέσθαι βυλόμενον. qualem esse consentaneum est eum, qui, si res ita ferat, non modo coëpuletur, & compotet, sed etiam, quae oculis occurrant, eorum, quae geruntur in convivio, singula quaeque percunctetur, & de iis edoceri velit. 14. τὸ δὲ ἐφιέμενον — nam posset quidem τί δὲ servari, & sic distingui: τί δὲ? *quid hoc?* ἐφιέμενον — quia tamen τὸ δὲ ter paulo post iteratur (v. versu 16. 18. 20.) malo etiam hic legere τὸ δὲ ἐφιέμενον. 20. αὐτὸν] subaudi ἄνδρα τινά. 21. τῷ νώτῳ] subaudi τῦ παιδὸς. *ibid.* οἶδε] scil. puer ipse jam novit, quamvis puer. 26. βαλλόμενον per simplex λ. αὐτῦ potest servari, *ibi*, inter illas epulas. malim tamen αὐτῇ, scil. τῇ κρηπῖδι. 36. ὑμνέμενον τῇ περὶ ταῦτα τοῖν παίδοιν. 39. οἱ delendum. 43. ἐξηλάθη.

541, 1. f. ὁμῦ μὲν ἀξιέντων ἁπάντων ἑςιᾶσθαι, τὸ, δὲ μὴ ὧδε καλεῖν νομιζόντων ἑαυτῶν ἀτιμίαν. omnibus aequum censentibus sese invitari, cum autem invitantur quidem, non vero hoc modo [scil. una cum liberis,] id ad ignominiam suam trahentibus. 4. cum efficitur, ut de supellectilis tricli-

tricliniaris & ministrorum numerus reipsa parum copiosus & parum sufficiens deprehendatur, cum ad usum res redierit, quamvis copiae illarum rerum antea fuissent vel maximae atque splendidissimae visae. 11. νῦν δὲ [scil. ἀκούει ὁ καλούμενος] ὡς [id est ὅτι καλεῖται: σὺν] αὐτοῖς τοῖς παισὶν. 14. ἑπτὰ ἐτῶν. duobus vocabulis. 15. δὲ ἦσαν] l. δεῖσαι, uno verbo. ut necesse esset illis solis unam mensam apponi. 17. μετὴν, per τ. 19 — ἦσαν. ἤδη δέ τις, αὐτὸς — quid? quod usu venit, ut aliquis pater, quum vocatus ad epulas veniret, sed aeger, ut ipse epulari non posset, filii ventrem loco sui ferculis referciret. 20. τὴν γαστέρα. Φρύνων δέ τις ἔτος ἕτερος — alius autem aliquis, Phrynon alter, tametsi bene norat — Notus Phrynon e vita Demosthenis. erat ille oratoris Attici in legatione ad Philippum collega, sed, si fides habetur Demostheni, inimico, homo impurus. filium enim ipse Philippo conciliabat & adducebat stuprandum. v. Demosthen. p. 249. & Collect. Bongiovann. p. 247. 19. 22. f. πολλὴν τοῖς νῦν ἐνοῦσαν. 25. ἰδεῶν] sententia postulat ἡ φυγή. *satius esse fugere a lascivis.* sed est haec oratio mendis librariorum & lacunis inquinatissima, ideo forte neglectius habita, quod videretur in argumento obscoeno versari. mores quidem erant illi profecto flagitiosissimi, quos hic Libanius censoria severitate exagitat; ipsa tamen reprehensio flagitiorum est hercle sanctissima & pernecessaria, vel adhuc dum hodie. sed abhorrent nimirum homines honestiores, con-

 scien-

scientia sanctimoniae morum suorum inflati, ab ejusmodi sordibus verborum. 26. jam crimine quidem omni prorsus vacare mihi non videntur auctores invitationum, quippe qui, inconstantia utentes, ipsi sibi repugnantia suscipiunt. Nam in iis literis, quibus ad amicos dimittendis eos ad epularum communionem invitant, cavent quidem sedulo, ne vitae turpiter actae rei eoque infames epulis intersint, at iidem tamen committunt, ut alii, iique hominum amicissimorum liberi, eandem in infamiam incurrant. 31. malim γνωριμωτάτων. 32. Iure itaque, quod modo dicebam, accusatur etiam epularum praebitor, sed multo majorem culpam video penes eos esse, qui ejusmodi invitationibus obsequuntur, quum possent, vel penes quos erat, non parere. 33. ὁρῶ. video. 36. ἐξεῖναι. per t. 37. ἔδει ἄν] f. ἔδησαν μὲν καὶ ἦγχον οἱ καλοῦντες. non enim profecto invitatores vinculis erant constricturi, & constrictos abrepturi, & obtorto collo faucibusque elisis abstracturi eos patres, qui censerent, debere invitationem intra patres ipsos subsistere, non autem ulterius ad ipsos quoque liberos protendi. ἦν δὲ τῷ ΚΑΙ ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΠΑΙΣΙΝ ἀποκρίνασθαι, sed licebat ad illam invitationis formulam: ETIAM CUM LIBERIS VENIRE MEMENTO, sic respondere: nos Olympiis id honoris exhibebimus, ut eam aetatem, quae adhuc sub custodia paedagogorum continetur, improbae & exitiosae libertatis gustu ne imbuamus, neve in epulis & conviviis

sortemisceamus ea, quae ex jure aetatis a sese listant. 43. aut ἀλλ' εἰς νόμον [vel ἔθος] τοῦτο, φησὶν, ἥκει, v. p. 542, 8. atqui, ait [scil. adversarius] *res ea in legem & consuetudinem aliquam abiit*. aut ἀλλ' ὕστερον, φησὶν, ἥκεις. *sed sero venis, ait*. v. p. 542, 3. 44. f. εἱστιάθησαν. *& multae tales epulae olympicae exierunt, atque sunt praebitae*. Responsio. Εἱστιάθησαν, πλείους δέ γε τοιαῦται οὐκ εἱστιάθησαν. Non ibo inficias, ad hunc modum saepe datas esse illas epulas, sed ajo, multo plures numero eas esse, quae non sint ad hunc modum datae.

542, 11. malim ἠναντιῶσθαι (subaudi τινα) miserum quidem est, neminem fuisse tum statim, qui se opponeret insaniae auctorum tam infandi moris. 14. ὥσπερ] l. ὅσπερ. & facile fiat, ut nomen proprium viri exciderit, quem Libanius designabat. πατὴρ h. l. est *auctor exempli*, primus ejus inventor & stabilitor. 17. post ἐμοῦ videtur διαλαθὸν, vel tale quid deesse. 18. f. ὁρῶντας, οὓς ἐν σπουδῇ τ. χ. τ. ἑ. πεποιημένους ἦν δήπου — quos, ut homines ludorum majestatis studiosos, decebat utique obloqui, contestari — 23. ὥσπερ γὰρ, εἴ τις τῶν ὄντων ἀφαιρεῖν ἠξίου, δεινὸν ἔδει νομίζειν, nam, ut, si quis pristinos ritus imminuere instituisset, oportebat id graviter ferre, ita etiam pari animo decebat accumulationes novorum rituum accipere. 42. εὐπορηκότι, *qui furtis dives factus est. penult.* εὑρὼν. in participio. *ult.* νέων] f. κλήσεων.

543, 2. si bene habet πεῖθειν, accipi debet pro πεῖθειν δύνασθαι. malim tamen τὸ πεῖθον, id est τὴν πειθὼ. vim persuadendi. ibid. τὸν δὲ]. leg. uno vocabulo τόνδε. exspectavi hoc tempus. 7. ὅ] l. ὁ sine accentu. ille autem, qui moleste feret, accessionem hanc ad ritus vetustos tolli — 9. ἐκεῖνο. illud velim cogitet. 12. ἀπῄει. 17. aut delendum est τε, aut ante hanc copulam deest αἴχεται, vel simile verbum. 24. ἦ] leg. ἦν. non erat ergo in illis pristinis temporibus usitata compotatio puerorum cum adultis. 25. ὥσπερ —] hic desunt nonnulla. 27. ἐξαληλιμμένον — duabus de causis recte & merito expunctum atque sublatum. τιμὴ γὰρ τοῖς πατράσι, νὴ Δία, τοὺς παῖδας τοῦτον οὐκ αἰτιᾶσθαι [aut ἑστιᾶσθαι] τὸν τρόπον. nam, per Deum immortalem, vel ipsis quoque patribus honorificum est, eorum liberos in istam non incurrere infamiam, quae redundare solet ad pueros ejusmodi epulis adhibitos, aut eorum liberos isto modo non epulari. 33. l. χάριν, ὑπερορᾶν. Ἀλλὰ πῶς οὐ κακὸν? demonstratum quidem est, hunc morem legibus patriis non consentire: satius tamen ait esse, jus & fas pensi non habere, quo illis [patribus nostris insano modo liberorum studiosis] gratificemur. Responsio. Id vero qui possit non malum esse? non flagitium? 34. οὐ πολλαῖς. nam ne victores quidem ludorum & palmas coronasque meritos paucis afficimus honoribus, & nihilominus tamen non nisi iis, quos nemo reprehendat. 36. post τις deest aut ὅπως, aut δι' ὧν. iis rebus

Jovem

ovem infamet, & dedecoret, quibus hominem onoret atque extollat. 38. κἀκεῖνο.

544, 4. ſuſpicor, in iis, quae amiſſa ſunt, oratorem expoſuiſſe de morbis e turpiſſimo flagiio paederaſtiae exſiſtentibus, quibus advocare nedicorum operam neceſſe ſit, ferrumque & gnem adhibere mariſcis in ano naſcentibus, cum naximo patientium & cruciatu & diſcrimine. 7. ἐξῇ] ex auctoritate medici permittentis. vel ootius acerbitatem ſuae reprehenſionis, ſed ilam cum ſalute conjunctam, cum ferro & igni, medicorum comparat, vitam ſervante, aliorum medicorum nimia indulgentia vitae periculum afferente. 11. poſſit vulgata ferri. ea autem dicteria parum curemus, quae, antequam fructus exſpectatos noſtra ferat adhortatio, conjicientur & in me ſuaſionis auctorem, & in eos, ſi qui erunt, qui eam admittant. 15. f. ὅτῳ γὰρ δόξαν οἱ τηλικοίδε — quis eſt enim, cui gloriam creent tales homines. 16. ȣ̓ σȣ̃] f. ȣ̃ς ȣ̓ — quos non harum modo epularum — ſed & aliarum omnium (nam & alii alias ſimiles epulas parant) flagitia inhibere debere ajo & affirmo. 19. f. ἐφιςάναι, *inhibere, coërcere.* 25. aut ἐπιβεβλημέναις aut ὑποβεβλημένȣς. illae aliae epulae, de quibus modo dixerat, ſunt epulae nuptiales, de quibus hic agit. 33. aut δείπνȣ aut δείπνων. *ibid.* ἔτι] l. ἐςὶ δὲ. 35. αὐτῆς. ſcil. τῆς πόλεως. 36. ὁ ἔρως] l. ὄλεθρος. *peſtis*, quae eſt contraria *ſalutis*. 38. f. ὅταν γὰρ ᾖ τι τὸ κωλύον ἐν τοῖς ἐπὶ τῶν πραγμάτων τȣ̃ διαγίγνεσθαι καὶ κύριοι εἶναι τὰ τοῖς ἄρ-

χυσί δοκοῦντα. nam si quid in iis, qui rebus gerendis praesunt, insit, quod impediat, quominus decreta virorum principum & potestate praeditorum obtineant & effectum sortiantur. *ult.* a v. μισήσουσιν incipit nova objectio, quae refutatur statim a principio paginae proximae. Sed, ait, odio habebunt οἱ μὴ κληθέντες non invitati pueri munerarium?

545, 3. καθαρωτέρων. tum rursus init non objectio. sed criminabuntur & maledicent tibi, scil. Libani. ἐροῦσί σε κακῶς. respondet: ἐροῦσι γὰρ, ἀλλὰ κακῶς φρονοῦντες. facient id quidem, fateor, sed cum facient, tum insanient, vel: sed facient, ut vaesani. 7. nam si patres ita vere essent, ut audiunt patres, profecto non committerent, ut liberos suos alii ipsi ad epulas adducerent, alii mitterent. nullis autem epulonibus, vel epularum frequentatoribus, nullum etiam erat futurum, quod huic adhortationi locum daret. 10. ποιῆσαν. in neutro participii. *ibid.* νῦν δ' εἰσίν. 11. ἄγε ὅπως ὡς πλεῖστα φάγῃς. ἄγε ὅπως προσθήσεις ταῖς σαρξὶν εἰς ὄγκον. 17. ἡ τεχνῶν —] varia succurrerunt ad h. l. quae satius est supprimere, quam proferre, cum certum sit, a sola conjectura depravato huic loco succurri, & idoneam opem afferri non posse. Insequentia etiam sunt corruptissima ad finem usque paginae, in quibus parum cerno, ut satius putem, manus ab hoc ulcere plane tollere.

AD ORAT. XXV. (XXIII.)
ADVERSVS EVSTATHIVM.

E p. 562, 6. constat, scriptam esse post illam legem latam, quae ingressus in judicum hospitia pomeridianos vetuit; & post eam, quae numerum curialium augeri jussit. v. p. 565. non exstat hac de re Theodosii lex, sed videtur Valens latam a Gratiano A. 377. adoptasse. quae est sententia Tillemonti V. p. 332.

546, 1. videtur initium orationi deesse. 5. οἷος εἰς ἐμὲ [vel οἷός τις εἰς ἐμὲ] γεγένηται, ἀπελθὼν πείθω τὰς βελτίςας τέτας συνδίκας. 8. παρεώραμαι] scil. ab Eustathio. 9. πεποίηκα] scil. erga eum. 12. f. δεξαμένῳ. scil. χρόνῳ. quae illo temporis spatio evenerunt, quod habuit curas de principalibus vectigalibus. h. e. quo tempore Eustathius Comes aut sacrarum largitionum, aut rei privatae fuit; aut potius solummodo commentariensis scrinii vectigalium. 13. ἐκείνοις] quaenam illa sunt ἐκεῖνα? sine dubio illa, de quibus dixerat in istis, quae periere, aut certe in editione Morelli desiderantur. 27. ἔχει. quam nunc habet. 28. παρ' αὐτῷ. suberat enim spes illius potestatis adipiscendae, propter largitiones & corruptelas, ab hoc ad eos profectas, qui munera accipere didicerunt. 30. ὑπερβολαῖς. 32. ἀποφανεῖν in futuro.

547, 1. Φοινίκη. 17. ἡμεροδρόμων ἀλλήλοις ἀπαντώντων, τῶν δὲ ἀναςρεφόντων — per cursores ita crebro missos, ut secundus missus ab Eusta-

thio ad me primo misso ad dominum a me reverterti in via media occurreret, & secundo tertius — 20. αὔται] subaudi ἔτι διαμένουσιν ἐλπίδες, καὶ οὔπω ἔργον γεγένηται. 24. recte dat margo ἀφὰς. 26. παιδιὰν, *jocum. ibid.* ταῦτα] scil. non licere sibi, ut judici, meos congressus admittere, legibus invitis. 29. tametsi mediis in negotiis privatis eum inveniant demersum, districtum & occupatum, statim illa abjicit. 36. Cimonem designat. *ibid.* τοῦτο] scil. τὸ αἰσχύνεσθαι. *pudorem.* quod idem etiam ad τοῦτο versu 39. debet subaudiri. *qui pudorem ignorant. pen.* primicerium officii seu militiae suae.

548, 1. ὅτι uno vocabulo. velle Eustathium, ut rhetorum quisque Cimoni assistat, quantum possit, eaque in re inter se contendant. 2. ἄκαρον. 7. μου] leg. που. ponere hominem uspiam in literis. h. e. nomen Cimonis in suis ad me literis commemorare; aut, ni hoc faceret, saltim in appendice literarum, quam vulgo *Postscriptum* usurpamus, nomen ejus allinere, & salvere eum jubere. 10. in salutationibus matutinis desideratum requirere, ubi sit, deinde in caussis forensibus. 12. πραγματείας] subaudi ἐστὶ. *aut est ne magna molestia, dicere sic:* VBINAM ILLE EST. 14. μετὰ ταῦτα] forte redit ad eventum aliquod, in superioribus, illis amissis, commemoratum: alias videtur inutile esse, & aptius esse, οὐδὲ πρὸς ἄλλον τινὰ supponere. 16. loco γε leg. est τε. καὶ primum ante πάντων collocatum arcte cum illo est copulandum. καὶ πάντων idem est h. l. atque

que ἁπάντων. *omnibus omnino*, non autem *& omnius*. 18. τῇ δι' αὐτῦ] nam prior accersitio fiebat per accensum. 22. ἀνάγκην. non enim attulisset ea humanitas Eustathio necessitatem omnes caussidicos epulis suis adhibendi. ὁ τῆς ἐκείνε τέχνης] scil. τῦτο πεποιηκυίας. v. versu 25. non munus quidem, & persona, quam gerebat Eustathius, hoc secum ferebat; at eam tamen necessitatem ipsi imponebat promissum, quo ille se mihi tam obligaverat, cum reciperet, tantos mihi praestiturum honores, quantus nemo alius praestitisset. 26. παρὰ μηδενὸς ἄλλε γε ταῦτα ἀξιώσας ἔχειν. nemini mirum esse debet, me nunc ea exigere, quae antea nunquam a quoquam postulassem. 28. ἠρόμην. sed, ait Eustathius, misi aliquem ad Cimonem, qui eum meo nomine interrogaret, quanam re impeditus omitteret syndici munus facere. Non tu profecto, Eustathi, ultro sponte tua fecisti. Ecquinam faceres? 30. sic distingue. — ἔπεμψας. πόθεν? Ne in mente quidem tua Cimonis nomen habebas; neque a te aut exspectari aut proficisci poterat aliquid moribus ingenioque tuo dissimile. Qui enim hoc cum natura tua conveniret? 35. ταῦτα] v. versu 13. πῦ δὲ ὁ δεῖνα? non requirebas, solitae in ejusmodi re quaestiones ex ore tuo nullae audiebantur. omittebas enim eum requirere, qui copiam sui visendi nullam faceret. 37. τὸν διδάσκαλον. 38. ἡμάρτανες. sed aliquis, reverentia magistri tui [h. e. mei, Libanii puta] motus, & pudore delictorum tuorum in eum, admonuit

te,

te, ſubjiciens, ὡς δεῖ [non δή] oportere a te mitti aliquem ad Cimonem, qui percunctetur tuo nomine, quae abſentiae cauſa eſſet. idemque ille tuus admonitor minatus eſt, a te ſe non prius diſceſſurum, quam tu conſilio ſuo eſſes obſecutus. Quare miſiſti tandem aliquando, ſed invitus, ut ſolent, qui coacti aliquid faciunt. 42. non multum hic deeſt. ſententia poſtulat: ὡς ἔδειξας ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, αὐτὸς κατὰ σοῦ μάρτυς. ut, ipſe contra te teſtis, planum feciſti moribus tuis poſterioribus. v. p. 549, 22. 44. ὑπήκουσεν] Cimo puta. ut enim Cimo invitationi tuae parere & in forum reviſere noluit—

549, 1. ἔχοι] Euſtathius, ad quem etiam φησὶ verſu 3. redit. 4. προσείων. oſtendens, & ante oculos ejus quaſi ſuccutiens illecebras ſpei, tanquam ramulum aliquem viridem vitulo, quo ille allectus ducem libens ſequatur. Eſt dictio, ni fallor, Platonica, & multorum imitatione trita. Hic Euſtathius hac utitur excuſatione: Per literas Cimonem in Phoeniciam excitavi, propoſita ſpe emolumentorum ampliſſimorum & quaeſtus ſplendidiſſimi e cauſidicina in tribunali meo exercenda, una eum interrogans, num quis alius quaeſtus aliunde oblatus perſuaderet ei, ut quaeſtum cauſidicinae condemneret? Reſpondet verſu 9. τὸν αὐτὸν τοίνυν — 11. ante γράμματα deeſt aut τὰ aut ταῦτα. 18. τῶν ἔνδον] amicorum Euſtathii familiariorum & intimae admiſſionis. 19. τὸ πρᾶγμα] frigus Euſtathii erga Libanium & ejus filium Cimonem. 21. expreſſit

ex

ex eo paucula illa verba, & paucos versus, quos exaraverat in epistola huc ad nos missa. v. versu 4. 22. & rursus res post insecutae moresque Eustathii posteriores fidem mihi fecerunt, verum me dixisse paulo ante, Heraclium magis, quam Eustathium, auctorem illarum literarum fuisse. *Rursus* illud respectum habet ad p. 548, 42. ubi vid. 25. Cimone enim illuc se conferre, & consilio Eustathii parere recusante, propterea, quod aliquo modo deprehenderat, quae literarum istarum invitationisque vera ratio esset — 27. f. οὔτ' ἠπείλησεν, ὅτι οὐκ ἀνέξεται κ. τ. λ. neque minatus est, se non passurum, ut morbus ementitus praetenderetur desidiae latebras quaerenti. Atqui oportebat medicos simulati aegri arcessere. 33. post ἐγγὺς videtur ἄγειν deesse. 34. f. ἠπειλήσας γάρ ἐπ' ἀγαθῷ, καὶ ὁ φίλος ἐδείκνυτ' ἄν, καὶ ἐθάῤῥησεν ὁ δείσας ἐξ αὐτῶν τούτων. minatus enim sic esses boni finis ergo, & amicus tuus animus in ea re esset spectatus, & Cimo ipse, quamquam metu perculsus, tamen ex hoc ipso minarum tuarum terrore bonum animum cepisset, & laetatus esset, spectans judicis [h. e. tui, qui esses judex] benevolentiam erga se in illis ipsis molitionibus tuis horrificis. 38. εὔχετο. vel ηὔχετο. verum Eustathius, ni fallor, optabat tum, cum Cimonem arcesseret, ut Cimo nollet obsecundare, & ut sua sibi irrita exiret invitatio. 43. per alterum illum eventum, quem dissimulabat, sed vere cupiebat. ult. ἤχετο γὰρ] subaudi ἡ εἰσφορά. persoluta enim erat a Cimone contributio.

550, 1. sed, quicquid ejus est, commentariensi utique Cimonis nomen subjiciente, non poterat quidem Eustathius, tanta pressus necessitate, facere, quin tandem aliquando in illa verba prorumperet: *At ubi tandem est Cimo? cur caussas defendere omittit?* verum ille, Cimone alto silentio transmisso, ad alium aliquem caussidicum se confert. 8. χθὲς] novum ingreditur accusationis caput, novum crimen Eustathii; ingratum scilicet ejus erga se accusat orator animum, qui quum filium in Libanii disciplinam dedisset, isque brevi tempore multum in literis profecisset, Eustathius tamen, anno exacto, Quinquatribus, quo tempore merces doctrinae solebat a pueris ad magistros afferri, Libanio prorsus nihil, neque auri, neque argenti, neque vini Phoenicici, neque olei miserat; quasi proconsularis imperii majestas in eo spectaretur & exsplendesceret, si filium viri consularis magister literarum gratis erudiret. 11. προσλαβόντος. redit enim ad παιδός. Nuper quum testatus ad me (Libanium) esset Eustathius, magnam se mihi gratiam habere, filii causa, qui paucis diebus, mea opera sublevatus, magnos in literis profectus fecisset. *ibid.* f. ἐν τῷ αὐτοῦ παιδὶ τὸν ἐμὸν ᾤετο ἰδεῖν. 14. παρ' ἑαυτοῦ] non prae se ferebat, in suo filio se meum filium conspicere, neque de se significationem ullam edebat, unde intelligeretur, eum sentire, admonitum a meis de suo filio meritis, nihil a se ad meum filium profectum esse; putabat nempe, aequum esse, res suas

opera

opera mea amplificari, meas ſua deteri & corrumpi. 15. τὰ δ' ἐμὰ τοῖς αὐτῦ. Tam diligens justi & aequi noster est judex: adeo in arte tuendi aequi profecit! 18. ne hoc quidem ausit dicere, rei veritate coarguente: Quid tibi vis, homo impudens? Audes de negata mercede queri? Non tulisti honorarium doctrinae? non famulus meus tibi nummos aureos in manus dedit? non paedagogus pateras argenteas ad pedes tuos, [in cathedrae tuae ſcabello] depoſuit? 27. nam Quinquatribus modo merces doctrinae ſolvebatur, aut puero a ludo literario abſoluto. 29. ἀξιῶν] ſcil. ἐςὶ. ſed videtur potius aut ἄξιον leg. eſſe, aut aliquid deeſſe. 30. ἀλλ'] objectio. verumtamen Euſtathius, tametſi non aurum & argentum, at alia tamen ad te miſit, vinum, oleum —? 31. τὸν] l. τῶν ἐν τῇ γῇ τῇ Τυρίων τρυγωμένων ἔπεμψέ τι, καὶ τύτῳ με ἐδυλώσατο? 34. ἐλαίυ. ὐκ ἂν ἦν εἰς τὸ μηκέτι ὀφείλειν μοι τῷ [non τὸ] δεδωκέναι μ. κ. nolim itaque eum impoſterum ad eam excuſationem confugere, nil amplius ſe mihi debere, propterea quod mercedem dediſſet. 40. f. παρ' αὐτὸν, δι' ὅσων περ παρὰ τὺς ἄλλυς [ſcil. ἄρχοντας] ἡμερῶν. cur me non objurgavit, quod ſe non frequentarem tot diebus, quot diebus alios conſulares, ſuos deceſſores, conſueſſem frequentare. 41. cur non dicit: injurius in nos es, Libani, quod ad nos non commeas frequenter? ὐθ' ἅμα μείζων] leg. ὐ θαμίζων. θαμίζειν ſignificat, θαμὰ ἰέναι πρός τινα, crebro ad aliquem itare, eum frequentare. 42.

ἀλλὰ ποιῶν, ἅσα ἐδὲ [scil. ἐποίησάς ποτε] πρός τὶς ἐδὲν ἐοικότας μοι τά γε πρός σε. contra vero facis ea, quae nunquam fecisti in eos, qui tamen me profecto non aequabant, in meritis certe de te. 44. ἔτρ. δὲ εἶκε [f. ἀλλ' εἶπε] μὲν τοιῦτον ἐδὲν, ἡδέως δ' ἂν εἶπεν, εἴπερ ἐξῆν. ille vero tale quidem aliquid non dixit ad me, contra vero dixisset libenter, si licuisset, sic: Satius erat tibi, mi senex, domi manere, & hac ad me viae molestia supersedere.

§. I, 1. τὸ λυπῆσαι. εἶπε, animum hunc erga me sibi esse declaravit iis tacitis quidem verbis, sed quibus tamen satis pronuntiavit, quod aegre mihi faceret. quamquam non verbis dixit aliquid, quod male me habuit, at rebus tamen dixit, ore tacito. quae deinde sequuntur, mihi sunt obscurissima. id unum inde colligo, vel suspicor potius, Eustathium munus aliquod consuetum, praemium eloquentiae, optimo aut poetae aut oratori dari solitum e fisco, contulisse in aliquem poetam Libanio inimicum, & qui coetum juvenum Libanio deditorum aliquando contumeliosis versibus pupugisset. & quum Libanius ex illius poetae recitatione abiret iratus & stomachabundus, Eustathium, qui in ea recitatione praesideret, Libanium non revocasse, sed abire sivisse. quod Libanium vehementer ussit. 3. f. τῷ ποιητῇ τῷ τὸν ἡμέτερον. 4. φέρων αὖ] haud dixerim, velitne hoc dicere: Eustathium rursus postulasse, ut poeta ille carmen idem recitaret, quo olim Libanium momordisset, ipso Libanio audiente: sed quid sibi vult, μετὰ τῶν τύραννων? illone carmine notatus

erat

erat Libanius, ut amicus tyranni? sed cujus? Procopii, ni fallor. Fortaffis igitur haec eft fententia: Quanquam dudum periit ille tyrannus, Procopius, Euftathius tamen dudum fepultam caufam injuriae, qua moleftiam mihi facefferet, renovavit, fubornando illo poeta, qui vetuftis quibusdam verfibus recitandis cor mihi fauciaret, quos olim in me ediderat, & quibus me reum communicatorum cum Procopio confiliorum egerat. 5. & praeterea, quam partem carminis maxima norat invidia flagrare, eam ajebat totius carminis effe praeftantiffimam, & poetam in ea fe ipfum viciffe. quae quum diceret, acribus oculis & fixis in me intuebatur, unum folum de tanta corona affidente. 13. παρόντος οὐδενὸς cohaeret cum φήσας verfu 11. qui mihi, cum folus ipfi adeffem, affirmarat, fe velle confilia meum conferre multis de rebus, ille, cum furrexiffem, abeundi ergo, neque habitum prae me ferens, neque vultum folitum, neque oratione utens, quae in ejusmodi loco atque tempore ufu venire folet, Euftathius vix poterat exfpectare, donec breviffimum illud temporis momentum praeteriiffet, quo pallium meum compofuiffem. quam moram, tametfi perbrevem, ille nimis diuturnam ducebat. ita me libenter videbat. 20. aut αὐτὸς eft leg. aut, αὐτῷ fi fervetur, eft poft βούλεται ἡδέως collocandum. 21. συλλαμβάνοντας] fubaudi a communi εἶδε. me quidem libenter videbat abeuntem, eos autem, qui fua ftudia adjuvarent, manentes in confeffu libenter vide-

 bat.

bat. me abeuntem e corona aequo ferebat animo, manentes sodales suos & administros suorum consiliorum quod videret, de eo laetabatur. 22. ἐν Φοινίκῃ. 25. τῆς αὐτῆς —] novum caput accusationum. *ibid.* εἶπε τις] scil. Eustathio. quae sequuntur, per parenthesin sunt interjecta, a τῶν δὲ τὴν βαρεῖαν usque ad ἑκατὸν versu 31. Constructio est: εἶπέ τις τῷ Εὐςαθίῳ, τὸν Ἰουλιανὸν κομίζειν ὡς [hoc est πρὸς] Λουκιανὸν ἀδοξίαν [sic enim leg.] τῷ δικάζοντι. retulit quis ad Eustathium, Iulianum solere ad Lucianum referre, aut perscribere, ea, quae ipsi, Eustathio, essent ignominiosa, quum tamen Iulianus esset in potestate Eustathii. nam qui ὁ δικάζων hic dicitur, is est Eustathius. Ea de causa Eustathius Iulianum custodiae demandavit. 28. f. ἁρμάτων, ὧν καὶ τὸν ἀγρὸν, τὸν αὐτῷ μόνον ὄντα — quorum curruum & ludorum curulium causa etiam fundum, qui ei unicus erat, vendidit. v. p. 557, 41. 29. quid sibi velit dictio *constituit patrem in throno* non intelligo. quo in throno? vultne hoc dicere: efficiebat Iulianus editione muneris illius curulis, ut pater sibi magistratum aliquem majorem, curulem, adipisceretur? sed quem illum? 30. συνεχεῖ] aut συνετὸν leg. videtur, aut νουνεχῆ. hominem admodum prudentem — 35. δὲ malim ad εἰσκαλέσας revocari. 37. pro οὐκ leg. est μονονοὺκ, *tantum non*, aut potius ἀλλ'. *sed sufficere arbitratus, esse in Iuliani inimicis, qui ajat, eum peccare.* 41. ἢ delendum. neque revocavit Eustathius Iulianum e carcere, aut libertati eum reddidit, magna

par-

parte diei peracta, neque nocte ingruente, neque nocte eadem praeterita, neque die proximo insecuto, tametsi amicus aliquis Eustathii, homo ei familiaris, & minime suspectus, literas alias ex aliis ad eum dabat, quibus Eustathium hortabatur, ut facinori finem imponeret, quod satius fuisset exorsum non esse.

552, 2. τῇ δ' ἀληθείᾳ] subaudi ἠδικοῦντο. 3. μετὰ τοῦ [subaudi ἑνὸς] σώματος ὅσοι ταῦς. sed revera injuriam in illo uno corpore accipiebant omnes, quotquot aequum censent, ut accusatio praecedat, sequatur judicium, quo si coargutus sit reus, tum denique condemnetur, & poenas luat, si scilicet, accusatoris causa sit potior, quam rei. In hac autem Iuliani causa profecto accusator non vincebat. 8. f. πῶς γὰρ τῶν οὐδὲ εἰρημένων. ecqui poterat etiam vincere actor reum verborum, quae nunquam dicta fuerant? vel: πῶς γὰρ τοῦ οὐδὲ ᾑρημένου, & qui vicisset etiam eum, qui convictus non fuisset? 9. πῶς δ' ἂν] scil. εἴρητο — & ecqui tandem dictum esset id, quod dixisset absens ad absentem. Itane vero, qui injuriam accepisset, si loqui vetitus ab ipsis esset, ille absens inaudita causa convictus habebitur? 11. ἐξελήλεγκτο. Haec de ratione judicii in Iulianum habiti. videamus jam quoque poenae de eo sumtae modum. 14. ἐν μέσῳ τῶν τὰ δεινότατα εἰργασμένων. Poena itaque illi dicta erat carceris, & oportebat inter criminosos scelerum teterrimorum reos volutatum, paedore ex eorum illuvie emanante, & fremitu catenarum, quibus

illi concrepitant, confici. 18. f. οἰκετῶν. & a famulis accipere, quam misere uxor super marito affligetur. 19. Nempe ad Iuliani punitionem satis non erat, Eustathium cum eo paulo asperius, & cum vocis minaci quadam contentione queri & expostulare? (est oratio ironica, aut interrogatio indignabunda & stomachabunda.) satis non erat comminari! (Eustathium puta Iuliano.) satis non erat aditu curiae ei interdicere, caeteris senatoribus coetus suos celebrantibus. 25. sic distingu. — δεθῆναι. Καλῶς. ἀλλὰ — sed negas, Eustathi, fieri ullo modo potuisse, ut carceris poena Iuliano condonaretur. Recte enim vero. fac ita esse. at poterat satis esse ad horam vincire, aut ad duas, aut ad quatuor, si vis. 30. plerumque tamen remissiones carceris carcerem ipsum antevertebant; & antequam carceri damnati limen ejus transirent, intercedebat interdictum, poenae exsecutionem interpellans. idque vel in reis manifestorum criminum usu veniebat. hic autem, in hac causa, quis est, qui crimen ostendat? Nullum profecto poterit demonstrari. Fac enim vel maxime detulisse Iulianum ad Lucianum dicta aut acta in tribunali Eustathii, at ideo tamen non statim propalavit nefanda, silentio digna. 39. ἀλλὰ] leg. ἀλλ' ἅ. sed ea, quae nemo non potest, si vult, tenere, librariis in porticus edentibus. significat acta, quae tum temporis in majoribus quibusque Romani imperii urbibus, ut olim Ciceronis aetate Romae, a notariis exarabantur, & per porti-

cus venalia circumferebantur, atque jactabantur a vilissimis propolis per angiportus, saepissime Cicero in epistolis horum *actorum* meminit. ut Famil. 12, 8. *Scelus Lepidi ex actis, quae ad te mitti certe scio, cognosse te arbitror.* v. Gesner. Thes. L. L. T. I. p. 219. illa acta eodem olim erant loco, quo sunt hodie sic dictae *novellae*, vel *gazettae*. dicuntur hic οἱ ὑπογραφεῖς notarii actuarii, scribae tachygraphi, qui in judiciis acta & dicta notis h. e. verborum compendiis, excipiebant, ea acta διδόναι ἐπὶ τὰς στοάς. *dare consuevisse in porticus*. h. e. venum exposuisse, & in manus dedisse bajulis quibusdam, qui mercede vili in dies conducti, illa acta per porticus, ubi res omnes venales prostabant, bajularent, & proclamarent, atque venditarent, coactamque inde pecuniolam ad actuarios, a quibus conducti erant, referrent. simile hoc est institutum illi, quo hodie faex librariorum extrema utitur. conducunt illi muliones fugitivos, ut per nundinas stulto popello *die Gespraeche im Reiche der Todten* & alias ejusmodi quisquilias, chartas concacatas, oblinant & obtrudant. 41. ἐποίει] Eustathius. ita se gerebat Eustathius erga Iulianum, (in quo graviter leges violavit,) non quo Iulianum odisset, ut malum hominem, aut ut inimicum judiciis & foro, aut ut in semet [Eustathium puta] perfidum & improbum: sed ut hominem mei amantem & ita mei studiosum, ut in demerendo me mihique inserviendo vel famulorum diligentiam superet. cujus studii gratia aequum erat profecto,

ut Iulianus, etiamsi vel maxime culpae fuisset obnoxius, tamen ab Eustathio certe, homine, qui se mei fert studiosissimum, veniam impetraret.

§ 53. 1. παρά γε τούτου τυγχάνειν ἦν δίκαιος. 2. ᾔδει] Eustathius. αὐτὸν] Iulianum. 4. ἦν dubium, primane an tertia persona sit, ad Libaniumne, an ad Iulianum redeat. nam αὐτὸν ad Eustathium pertinere, dubium nullum est. 6. f. συνηθείας ἦν [vel εἶναι] καταφεύγειν [vel ἀναχωρεῖν] ἀλλ' οὐκ ἐβοήθει αὐτῷ — adeo, ut ad latebram ignorantiae receptum habere nullum posset, neque excusare, sibi Iuliani usum mecum latuisse. Verum Eustathius Iulianum deserebat, perfidiae hanc allegans caussam, quod homo mihi gratus & mecum conjunctus esset, eamque caussam adeo parum dissimulans, ut eam non ad alium quenquam, sed ad ipsum me jactaret. 9. καὶ μὴν] novum caput querelarum, ad Callimachum pertinens. 11. significat senatum CPtanum, qui Callimachum ad se traducere, & sibi ut adscriberetur, efficere studebat. 16. ὄντες τῶν ἡμῶν. 17. τὸ] leg. τῷ. 18. malim εὐδοκίμων. ab εὐδόκιμος. ut melius respondeat praemisso τῶν πεπλησιακότων. vel etiam εὐδοκιμούντων. alias non essem vulgatam sollicitaturus. est enim, ait, Callimachus in eorum numero, qui meae quondam institutionis consuetudine usi sunt & praeter facundiam etiam probatis moribus. 19. φεύγων ἦν] Eustathius puta. 20. idem est, ac si dixisset ἔπραξε ταῦτα, δι' ὧν ᾔδει ὅτι με λυπήσει. 22. μὲν]

κεν] respondet δὲ versu 31. 27. κατὰ h. l. est pro διὰ. literarum accipiendarum gratia. 28. κείνῳ] filio Eustathii, disciplinae meae commisso. 31. ergo credibile sane est, a filio patrem de causa certiorem esse factum, cur eo die ludum non adiret, & consueta exercitia literaria non obiret, aut a me literarum nihil acciperet. 32. quaem ergo se gessit erga me, postea quam comperit, me aegrotare? 34. num cursorum suorum aliquem [quod genus famulorum erat in honestissimis] domum meam misit, accepturum a meis domesticis, quo loco esset mea valetudo. 37. idem est, ac si dixisset τοσῦτον ἀπέσχεν ἀπὸ τῦ πέμψαι τινὰ τῶν παιδαγωγῶν. tantum abest, ut paedagogorum aliquem domum meam miserit, ut ne abjectissimorum quidem servulorum unum aliquem miserit, qui filium sequentes, ad ludum itantem, codices ejus bajulare solent. v. 552, 41. 38. ἡμῦν] l. ἡ μὲν. 40. nihilo humaniorem Eustathius se tum erga me gerebat, quam urgente morbo se gesserat. 41. αὐτῦ] i. est ὑπὲρ αὐτῦ. notum est, ὑπὲρ, χάριν, ἕνεκα, talia solere omitti. ne hoc ipsum quidem renuntiavit ad me per legatum quemquam, se mihi de recuperata bona valetudine congratulari, per quam mihi liceret denuo in consuetis scholis versari. 43. sed videamus in secundis quoque hominis ingenium. Ecquaenam vero ego illa secunda apello? Dextra nimirum —

554, 3. f. ὁ δὲ δὴ ᾔδει μὲν ῦ κακῶν ἦν. Eustathius igitur, norat ille quidem, & nunc pariter,

atque antea norat, quibus in malis essem, at nihilomagis tamen quenquam ad me invisendum misit. Cum interim urgeretur & pungeretur a familiaribus cum eo querentibus, & ostendentibus, amicitiae jura ab eo laedi, qui se in ejusmodi tempore talem gereret, coactus & repugnans, ausus est facere. hoc est: misit filium, sed ille, ut ad me accessit, alia omnia, quam rei praesenti consentanea locutus abiit, neque postmodum rediit, neque ipse, neque famulorum Eustathii quisquam. 14. ἐνέγκοιεν] scil. τοὺς κεκτημένους τοὺς πόδας. ad multos alios facilè ferant sui pedes cursores quotidie. genitivus καλλύντων & αἰτιωμένων aptus est e πόδες. 16. & ea cursorum ad multos alios ablegatio nemini videbatur majestatem imperii proconsularis imminuere. sin autem famulus aliquis ad me missus esset, tum statim humi abjecta & proculcata fuisset dignitas potestatis, & Eustathius non amplius visus fuisset, neque sibi, neque alii cuiquam, eo in loco constitutus, quem obtinet. 24. quod officiis erga me defuit multo minoribus, quam est illud officium, quod ipse in se recepit, & quo se ultro obligavit, quamquam eo non ita tenebatur antea, quam tenebatur istis officiis tralaticiis, quae insuper habuit: ex eo colligo, ut hoc majori & splendidiori officio defungeretur, ei nunquam in mentem venisse. *ibid.* recte dat margo ὁ γάρ. 25. ἐκείνων] τῶν ἐλαττόνων τιμῶν. 26. post τηλικούτων aegre patior νεμίσαι (in optativo) deesse. qui minoribus indignum me habet honoribus,

qui

qui dignum ille me tanto majoribus habebit? 32. λόγων. 34. φίλε. ibid. recte dat margo ἀκοῦσαι ὁ κάλλιον. scil. ἄκουσμα, audire orationem acceptiorem auribus honestioremque. nam cum de valetudine amicorum percunctamur, accipimus ἄκουσμα, expositionem, aut καλὸν καὶ ἡδὺ, aut αἰσχρὸν καὶ ἀπευκτόν. horum duorum generum ὁ κάλλιον est illud prius. 36. post ἐμοῦ videtur γνώριμος deesse. quoque gressu reperisset familiarem aliquem meum, quem de me potuisset interrogare. aut etiam sic dedit Libanius καὶ τοι διὰ πάνυ ὀλίγων βημάτων ἦν ἂν παρ' ἐμοὶ aut ἐν τοῖς ἐμοῖς. quanquam perpaucis modo factis gressibus fuisset intra tectum meum, aut mecum. 40. τῆς] f. τρεῖς. tribus intermisfis diebus. aut ε ἢ ϛ h. e. πέντε ἢ ἓξ τοίνυν. quinque igitur aut sex diebus intermisfis. 41. codicillos eburneos pugillares. quos sibi missos esse, non literas legitimo modo formatas, ad contemtum sui refert Libanius, nimis ille querulus, & amore sui infatuatus homo. 44. τὴν δὲ duobus vocabulis. ult. aut φρονῶ, aut φρονεῖν, aut ἐφρόνει. f. quoque οὐκ ἀγνοῶν legendum.

555, 1. post κανόσιν videtur ἀξιῶν deesse. ego non nescius, qua mente ista dicerentur, & aequum censens, meo me modulo metiri, neque pennas ultra nidum extendere, admittendis domi meae congressibus virorum honoratiorum, quos adire meum erat, renuntiabam & deprecabar illum congressum. 3. καλοῦντος] subaudi ἐμοῦ. non modo si veniam accessus ei dedissem,

venisset, sed ne si invitassem quidem. nam si venire volebat, quid opus erat, istud literis mandare, venisset ultro, nulla praemonitione. quod penes eum est, cur vult doceri, sibine liceat? 5. ζητεῖ ἀκούειν, εἰ τοῦτο αὐτῷ ποιητέον. εἰ δὲ δὴ δέος ἦν, μὴ τῶν τοῦ θυρωροῦ χειρῶν ἡττηθῶσιν αἱ τῶν ἐκείνῳ στρατιωτῶν, [scil. χεῖρες] ᾔδει Μουσώνιος, ἣν ἔχω — sin autem metus erat, ne a manibus mei janitoris vincerentur manus cohortis militaris, quae latus ejus, quaqua it, stipat, norat quidem Musonius, quae mihi esset in hac re sententia. respicit ad locum in Vita p. 39. *init.* 14. οὐκ ἔφασκε] subaudi μόνον. Musonius vere volebat ad me venire, non autem solummodo jactabat se velle, id quod facit Eustathius. 23. num ἐπὶ τῷ ψύχει, an μετὰ τὸ ψύχος. utrumque eodem sensu. *sole fruentem post frigus.* videtur ad frigus illius carminis a poeta inepto recitati respicere. Cum Eustathius admoneretur ab illa recitatione domum in carrhuca rediens, me illic aliquo in loco sedere, post frigus calore solis perfruentem, & jam praetervectam locum illum esse carrhucam, succensebat iis, qui admonuerant, & amice factum ab iis negabat esse, qui satis tempori se non admonuissent. nam alias se a carrhuca sua descensurum fuisse & mecum congressurum ibi loci, ubi consedissem. 33. probo Morelli δεθέντα *vinctum.* 34. recte τὸν inclusum est signis parentheseos. delendum enim est, & extrema syllaba proximi vocabuli iteranda ad hunc modum: ἀποστερηθέντα, τὰ ἀπὸ τῶν νόμων. priva-

privatum *& exclusum juribus suis, quae leges ei tribuebant.* nam in τὰ subauditur δίκαια, & ad ἀπὸ τῶν νόμων subauditur προσγενόμενα αὐτῷ, vel δεδομένα vel tale quid. quibus in juribus, Domnino negatis, erat quoque jus habendi causidici, qui causam pro reo ageret, quum reus ipse nondum ea esset aetate, ut ipse suam causam agere posset. 39. quum igitur illi, qui adolescentem indigna passum miserarentur, Eustathium rogarent, ut iracundiam suam exstingueret. 41. verba ἦν δ' αὐτὸς admodum dubiae sunt interpretationis. si ἦν est prima persona, tum conjungenda sunt haec cum proximis τῶν ἠπατημένων. & est sententia haec: & eram egomet ipse in deceptis, seu passus egomet ipse quoque fueram mihi ab Eustathii vanitate promissionum imponi. sed si ἦν est tertia persona, tum erit verborum ἦν δ' αὐτὸς haec sententia: *erat autem* manebatque Eustathius idem, qui fuerat antea.* & tum post αὐτὸς deerit nonnihil. e. c. καταγελῶν. *& deridebat deceptos.* ὑποσχέσεις μὲν ἑτέρας ἑτέραις συνεῖρεν, promissa promissis conserebat, ἴσα δὲ ἐδ' ἔτως τὴν ὀργήν. at ne sic quidem sistebat iram, h. e. eam finiebat, modumque ei ponebat. Causa rei haec erat: Norat nempe Eustathius, me studere saluti pueri orbi, qui & amici hominis esset filius, & chori mei [h. e. coetus scholastici] non segnis consors.

556, 2. qui olim ἄπορος inops erat, nunc plane est πένης pauper factus. videtur tamen sanius esse, sic legi locum: ἐξ εὐπόρε καὶ πάλαι ποτ' εὐδαι-

εὐδαίμονος οἰκίας. inops e domo quondam splendida & beata. 3. si τῷ adſciſcimus e margine, leg. erit verſu 4. ἀξιῶν. ſed bene habet vulgata. rogando Euſtathium, ne in indulgentia & clementia erga Romulum deceſſoribus ſuis concederet. 9. Romulum ab Euſtathio repetentem jus ſuper illis, quae accuſabat, corripi jubet a ſuis lictoribus, & rui, pronumque humi ſterni. 12. καὶ τὸ μὲν ἐποίησαν, (ὤσαν γάρ.) τὸ δ' οὐ προσέθεσαν. alterum faciebant, ejiciebant enim e praetorio, alterum autem ei condonabant. h. e. humi non extendebant verberandum. 15. τῶν ἔμπροσθεν] ſcil. ἀρχόντων. 20. atqui non latuit Euſtathio, ſed fuere, qui planis & diſertis verbis eum docerent, neceſſitatem Romulo in hac re admovendam nihilo magis quicquam effecturam, aut frumentum extuſuram eſſe, quam ſi nulla ei admoveatur, at hoc habituram incommodi, ut neceſſe mihi ſit, maxima cum ignominia, in Italiam proficiſci, calumniae purgandae ergo. v. p. 562, 28. 32. pro διὰ leg. eſt aut δὴ aut νὴ Δία. 37. τὰ μὲν] antea quidem, in illa priore vexatione, de qua commemorat verſus 10. 38. τὰ δὲ] nunc autem. ult. videri poſſit nihil deeſſe, praeter nomen proprium.

557, 1. ἂν delendum. ut natum e proximo ἂν. aut potius cum ἂν eſt mutandum. ibid. recte Morellus conjecit κἀγαθῶν. 2. recte dat margo: θήραν τῶν ταῦτα πωλήντων ἐποιήσατο, τὸ σιτία τοῖς ςρατιώταις ἐνδεῖς. Euſtathius itaque advocato ſuper hac re - - - - quaſi in nefando & execrando

rando hoc histrione habiturus unum aliquem virum bonum & honestum, venationem instituerat ista [olera puta] vendentium, mandans negotium eos exagitandi & compellendi militibus. ...ῑεν dicitur pro territare, pavefacere, similitudine a feris ducta, quae complosione manuum, aut clamore, aut fremitu magno e lustris suis extracta in retia compelluntur. Ego vero a magistro istorum [hortulanorum puta] vocatus, decurione quodam nostro, accurri ad ferendam opem. ecquidni etiam facerem, seu suppetias latum accurrerem, cum neque delictum commissumve quid esset, aut si quid etiam esset erratum in re aliqua minuta, temporis id referendum esset infelicitati. 10. aut delendum est εἰ, aut eo servato, erit versu 11. post μόνον addendum ἴδοι. 12. ἔνδον] cum jam intus, in tribunali, vel dicasterio, esset Eustathius. 13. εἰσάγει] jubet introduci illum decurionem, hortulanorum patronum, de quo modo dixerat versus 5. 15. αἱ δεξιαὶ] scil. ἦσαν. 17. f. καινὸν μὲν τοίνυν τοῦτο, jam erat quidem hoc novum, & a te primo, Eustathi, repertum, ut senatores ad quaestionem introvocati accederent comitante tortore. ἀλλ' ὅμως ὑφίετο ἄν, εἴ τις ἕτερος βοηθήσων ἀφῖκτο. sed videtur tamen futurum tum fuisse, ut senator illaesus abiret, si quis alius ei advocatus subvenisset, non ego. verum ego, homo ab Eustathio tanti factus, is eram, qui misero tantam tempestatem irarum & poenarum consciscerem. nam assidente me & coram spectante nuda pe-

ctora

ipsi per leges integrum erat. verum Eustathius laesum cogebat coeptam actionem in aggressorem persequi, Libanio incassum obluctante. 26. praeclarus enimvero honor hic est mihi habitus! oratio ironica. 27. ἐκείνη, in nominativo. iste honor, de quo statim in continenti dicam. 28. μὲν] respondet ἀλλὰ versu 36. 29. ante τῶ videtur deesse τόν. rogabam Eustathium, ut functione frumenti pervehendi [ex Alexandria ad Antiochiam] liberaret filium philosophi diis paris — sed quis ille est philosophus; & qui ejus filius? puto philosophum esse Thalassium, & ejus filium Bassianum. 30. δῶναι h. l. est *remittere, condonare.* 31. quamquam ipse, (Bassianus) abs me plane non contenderat (testor deorum fidem) ut hanc gratiam pro *se* ab Eustathio peterem. 32. f. ἐπαγγεῖλαι, h. e. *postulare, flagitare.* 33. hoc autem, ut scil. navicularia functionem remitteret, multis dederat. αὐτῷ in dativo. 35. πάντα] malim πάνυ. 36. sed nimirum (oratio est cavillantis) navis haec (Bassiani) afferebat imperio Romano salutem, in hac navi sita erat salus reipublicae. 38. significat Romam & Constantinopolin. erant enim hae duae omnium principes. 40. scilicet non me oportebat hanc gratiam rogare, sed alium aliquem ex iis, qui blanditiis & adulationibus suis obstrictum & servientem sibi habent Eustathium. 44. αὖ] f. αὐτῶ. *penult.* τῶτο] si scilicet unus aliquis adulator Eustathii gratiam illam

pro Domnino ab eo rogasset, tum Domninus procul dubio eam obtinuisset.

559, 3. μᾶλλον h. l. est pro μεγάλως. *vehementer.* utpote quod magnum mihi gaudium esset allaturum. 5. γνοίη τις ἂν ἐντεῦθεν. Τὸ δεσμωτήριόν ποτε — 11. incusabat janitores carceris. miro modo dictum, pro ἦγε τὴν ἐπὶ τούτους, ἐφ' οἷς ἦν ἡ θύρα. id est ἡ ἐπιμέλεια τῆς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου. lectionem θύρα bene habere, docet v. φυλάκων versu 14. fortasse sic dedit auctor: ἐφ' οἷς ἦν ἡ θύρα, ἐπὶ τούτους τὴν αἰτίαν ἦγεν. 16. resumsit, redorsus est denuo dijudicandam causam jam dudum disceptatam, nullo jure, nullo praeditus ejus rei audendae auctoritate, quemadmodum item decessor ejus, auctore nemine, praeter se, id ausus erat. 18. παρ' αὐτῷ] me nonnihil valere gratia apud Eustathium, putantes. 21. ἐγὼ] scil. ἱκέτευον. ibid. ὁ δ' ἐτραγῴδει τε τὴν διωρυχήν. 22. τοῖς ἀνδράσι] latronibus puta, carceris effractoribus. 23. ἐκεῖνος] decessor suus. per τὰ γράμματα videtur significare sententiam vel edictum decessoris sui literis exaratum, quo custodes carceris absoluti fuerant. Hoc scriptum Eustathius impudens & petulans appellitabat, quam diu Libanius causam custodum carcerariorum defendebat. 24. πραχθεῖη bene habet. confectam, comparatam, constructam esse fugam sceleratis illis ὑπὸ [non οἷα] τῶν φυλάκων, a carcerariis. 27. καταφεύγουσιν] scil. οἱ φύλακες. ἐφ' ἕτερον] scil. σύνδικον. 30. ἀπηλλάχεισαν, ipsi sese liberaraverant latrones, insciis carcera-

Aa riis

riis. 32. recte dat margo φησὶ. ait Eustathius. 35. χρώμενον] sententia flagitat ἠκίζετο. ὧν ὁ νόμος [vel ὁ βασιλεὺς] φησὶ δεῖν καθαρὰ — 39. primum καὶ delendum. 43. a νὴ Δία incipit nova objectio. ult. recte dat margo τῶν. subaudi τετελμημένων αὐτῷ. at, hercle, Eusebius caussam suam satis dixit, & purgavit ausa in Monimum, illa ratione, qua usus est cum Eusebio? responsio incipit ab ἀλλ' εἰ καὶ μὴ κακῶς —

560, 1. αὐτῷ] Eustathio. 2. ἐκεῖνον] Eusebium. τούτοις] quae statim dicet. scil. κινῶν — nam sic leg. est pro κείνων, eo quod labefactarit decretum Pr. Pr. 7 atqui oportebat sacram hac de causa editam notario recitandam dare. h. e. inspicere in rescriptum principis super hoc negotio, & ex eo discere, sitne haec causa ab *illo jam* definita & peremta, an supersit adhuc aliquid, quod illud rescriptum dubium reliquisset. deinde me interrogare de facundia Eusebii, h. e. mecum deliberare eum oportebat, expediatne in hac causa dicenda Eusebium socium adsciscere. deinde oportebat eos interrogare, [sed quinam sunt illi *eos?* decessoresne Eustathii? an ejus assessores?] sed eos, meminerintne, semetipsos hac de re jam quatuor decreta scripsisse. 12. γε γράφουσι] leg. uno verbo γεγράφασι. quid igitur opus erat eos [decessores tuos, aut assessores] docere, seu iis demonstrare, qui possent absolutionem & definitionem hujus causae de die in diem prorogare & impedire? quid oportebat meque illumque [Eusebium, ni fallor.] derisui

expo-

exponere. An quaerebatur etiam hoc ipsum, ut ridiculi fieremus. Hiccine igitur cuiquam honos mihi habitus videbitur? 23. φυγών, per ω. in genere masculino. 24. causatus necessitatem urgentem, & ad opus naturae faciendum ire cogentem, h. e. profectionem necessariam ad latrinam. 25. ἄψεσθαι. operam se daturum, ut protinus rediret, atque negotium susceptum redordiretur. quo dicto me coegit celeriter advocare manus famulorum, qui me e tribunali educerent foras, in atrium, ibi exspectandi ergo, donec judex rediret. 27. αἴ με δὴ ἐξοίσουσι. ibid. ἦν est prima persona, *eram extra fores*, h. e. & ita exibam extra ostium dicasterii, dictis & factis, quae ejusmodi tempore & loco dici honoris gratia, fierique ad judicem moris est. at ille manebat intus, neque redibat ad tribunal; sed prandebat, & bibebat, & somno meridiano se dabat. interea ego exspectatione ejus frustranea ad necem usque defatigabar, usque paene ad vesperam. 31. recte dat margo ἥλιος. neque famuli mei minus, quam ego, taedio exspectationis enecabantur & animum despondebant. Ita nos videns aliquis gementes, misertus nostrum, docet judicem intus, sumto prandio, stertere. quo audito ego sic tandem abibam domum, mentis vix satis compos, prae indignatione. 37. sed in moribus, quos Eustathius erga Dimilum demonstravit, Danai filium, illius ludi magistri, qui multos pueros literas docuit, (quanquam filius patrem, cum quo artem eandem

exercet, in hoc antecedit, quod, praeter grammaticam, etiam bonus poeta est:) in illis ergo moribus mihine habuit honorem Eustathius? 42. ἀλλ' ὡς —] cohaeret cum illo ὡς ταυτὶ μὲν ἰσάσι versu 3. p. 561. quomodo Eustathius Diphilum deceperit — haec nunc quidem exsequi oratione omittam. antepen. θέατρα] frequentes consessus juvenumque senumque, in quibus ostendendo ingenio plausum & emolumenti maxima mereretur. τῶν] l. τὸν. aurum. h. e. quaestum, illinc redeuntem. penult. f. εἰς Σελευκείαν. nam e p. 561, 17. apparet, Diphilum Seleuciae primum docuisse, deinde cum parum responderet illud oppidum spei, qua proponenda Eustathius Diphilum permoverat, ut secum, e Phoenicia in Syriam transiret, rogarat Diphilus Libanium, ut pro se apud Eustathium intercederet. Paruit Libanius, & ab Eustathio nihil aliud obtinuit, quam promissum hoc, operam se daturum, ut Diphilus in Daphne, suburbio Antiochiae, aperiendi ludi facultatem nancisceretur. ult. καὶ αὐτῶν] scil. τῶν Σελευκέων. quum Diphilus tacuisset Seleuciae, h. e. jacuisset nullo applausu civium, nullo concursu puerorum ad ejus scholas, cum abjectus, contemtus, ignoratus omnibus diu languisset, nulla ope, nullis beneficiis Seleuciensium adjutus, reduxit eum, h. e. ad Antiochiam illinc redire jussit Eustathius, postquam numerasset Diphilus oppida. h. e. taedio & molestiis itineris frustra exhaustis, nullo operae pretio.

561,

561, 1. ἀριθμεῖν τὰς πόλεις, qua dictione jam supra p. 520, 7. usus est Noster, si libri vulgati bene ibi habent, de quo valde dubito, illa itaque dictio significat, praeter aliquod oppidum ita celeriter & rapide praetervehi, aut per illud, ferente ita via, modo tam trepido transire, ut nullum ejus fructum inde referas, nihil ejus videas, spectaculo quod dignum sit, nihil ejus memineris, nisi hoc unum, te illac transiisse. 2. Diphilus Antiochiae jam desidens, nullum quaestum faciens, sumtum e re familiari quotidianum, unde res domestica in dies minuebatur — ego aliqua vespera Eustathium domi suae conveni, & de Diphili rebus adversis indeque contracta animi aegritudine exposui; affirmare eum, injuriam sibi fieri, eo, quod neque abire, & domum redire jube:etur, neque manere, sed in dubio relinqueretur, utrum faceret. 8. μήτ' εἰ ἀπιέναι. Ad quae juid opponeret Eustathius nil inveniens: (maiifesta enim erat injuria ab eo ad Diphilum proecta, ut neque infitiari eam, neque excusare ›osset) ego vero, inquit, partem ludorum eum aciam, h. e. (ni fallor) operam dabo, ut ipsi nandetur conscribendum carmen in laudes)lympiorum proxime instantium. unde quaestus d eum non contemnendus redibit. 11. h. e. abitur ei facultas carminis sui panegyrici in emplo Apollinis recitandi, & puerorum in suburbio, ubi templum Apollinis erat, erudiendoım. Verum illud templum conflagraverat re-nante Iuliano? Eratne ergo postmodum re-

 staura-

ſtauratum? 13. καὶ τῦτο. Iam erat quidem Diphilo, ut aliae res tum eum circumſtantes & prementes, ita haec quoque permoleſta, ut audiret, docendi locum in urbe negatum iri, & ſe amandatum & relegatum iri in ſuburbium. attamen vel hoc ipſum quoque, me auctore, cenſebat ſibi tolerandum eſſe, quicquid id eſſet moleſtiae; & exſpectabat jam literas patentes, quibus juberetur nomine principis in ſuburbio noſtro literas docere. Euſtathius autem, ludibrio Diphilumque meque habens, recitationibus alterius alicujus poetae ſe dabat, quem antea fugerat & oderat. Diphilus autem, & una ego, nulli uſquam penes eum eramus. 22. intolerabile enim videbatur Euſtathio, eſſe Diphilo datum, ut depraedicaret ad Palaeſtinos ſuos [Diphilus enim e Palaeſtina erat oriundus] ornamenta illa magna, quibus eſſet apud Antiochiam cumulatus, meae ſe debere gratiae. Gratioſum enim me eſſe, & ita potentem, ut amicis prodeſſe poſſim. Diphilus itaque domum rediit, minatus, ſe ſibi non defuturum, neque omiſſurum poenas ſibi debitas ab Euſtathio repetere. [videtur homo ultionem poeticam minatus eſſe, carmine Archilocheo in Euſtathium vulgando, tametſi ſtatim adjuncta videntur ultionem indicare aliquanto acerbiorem.] mihi autem ſatis eſt, mortalibus omnibus oſtendere, quantam mihi Euſtathius contumeliam in hac quoque cauſa adſperſerit. 31. πῶς γὰρ] ſcil. ἀγνοήσειέ γε τις. 33. τὰ οἴκοι] ſcil. δεδεγμένα καὶ ἠσελγημένα εἰς ἐμέ.

37. τῷ] l. τῶν, hac in parte jurat se nemini concedere, ne amicorum quidem unicuiquam, eorum, qui in amicissimis mihi penitissimisque habeantur. 38. φίλων] imo vero φιλῶν. 39. αὐτῷ τὸ μῖσος. quod si autem in amando, aut cum amat, talis est, vel, quod si autem erga eos, quos amat, eo est animo, quale oportet ejus odium esse, vel, quem existimabimus eum esse, quam saevum & crudelem irarum, si in quem odio & animis exarserit. Cujus amicitia tam saeva est, quam dirum & funestum erit ejusdem odium. 40. τὰς φίλας ita positum est in bivio, ut a legente, tacite, saltim & in mente, debeat iterari. ego vero ita animum decere amicos (amantes) ornare & extollere, non dejicere, & pessumdare amicos (amatos.) 41. aut μεγάλας legendum, aut servato μεγάλα addendum τὰ αὐτῶν. quod si fit, potest μικρὰ versu 43. servari. alias etiam ibi erit μικρὰς legendum.

562, 4. ἀρχαίων ἐπιόρκων. 5. οὐδὲν τῶν ἐν αὐτῇ. 13. ἐκεῖσε] ad Eustathium, in ejus praetorium. 17. reliquis quidem auctor fuit, ut si quid se vellent, quia non liceret secum congredi, & verbis de eo secum agere, id literis inclusum ad se referrent, eaque fraude legem circumvenirent. 20. πειθομένας. atqui si legem tueri vere vellet, non autem gauderet ejus debilitatione, oportebat eum, primo quidem loco, eos, qui dolose legem sic eludere studerent, ab illo coepto verbis blandis dehortari, tum, si nollent, iterum atque iterum objurgare, & legi parere vi

cogere, eamque ſeveritatem pertinaciter usque ad finem tueri, adhibitis etiam minis. 23. post ἀπειλῆς videtur καὶ τῦτο vel tale quid deeſſe. Ita ſi ageret, oſtenderet ſe legis amicum & ſtudioſum eſſe, vel etiam mei amantem. Iam vero videtur mihi Euſtathius caeterorum quidem cauſa moleſtiſſime ferre, quod ejusmodi lex lata ſit; mea vero cauſſa, vel maximopere ſibi congratulari, latam eam eſſe. 28. Romulus id docet, quem norat Euſtathius mihi inſtiturum, & me mole ſuae litis oppreſſurum eſſe, ſi rurſus a calumniatoribus laceretur, & obtorto collo ad functiones curiales & ad lites trahatur, atqui amantis erat, malum dormiens non reſuſcitare. h. e. atqui, ſi me amabat Euſtathius, cur Romulum rurſus vexabat, cur litem ei intentatam, dudum compoſitam & oblivioni datam, rurſus ad cognitionem revocabat. 31. κακὸν εὕδον. (in neutro) ἀνεγείρειν. 32. ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος ἐπεχείρει, [ſcil. τῦτο τὸ κακὸν ἀνεγείρειν] κοιμίζειν. decebat amicum, malum rurſus quieti dare & componere, ſi qui fuiſſent alii, qui id e ſomno reſuſcitare conarentur. *ibid.* κἀκείνῳ illi quoque. Romulo puta. videtur cauſa Romuli cum cauſa Libanii ita arcte conjuncta fuiſſe, ut ſi Romulus caderet, una quoque Libanio concidendum eſſet. v. p. 556. 20. 37. f. ἀλλ' ἐκεῖνο φιλῦντος (εἰπέ μοι) τὸ. *at hoc amantis eſt, dic mihi, amabo te?* — oratio eſt cum exſultatione exprobrantis. ſequentia non intelligo, aut corrupta illa, aut mutila. num τὸ φίλῳ δικάσαι φοβεῖσθαι τὴν διατριβὴν,

χυῖαν,

;αῖαν, διὰ τὴν τῶν ἀδίκων ἰσχὺν ἤδη λυθησομένην erat-
ıe amantis, metuere amici causam disceptare,
ıropter iniquorum potentiam jamjam incipien-
em illam elanguescere, & mox emorituram?
ʝuanquam, ut verum fatear, τὴν διενηνοχυῖαν ve-
eor, ut graecum sit pro causa, lis, differentia,
ıt vulgo loquuntur. Possit quoque sic distingui
& legi; ἀλλ' ἐκεῖνο φιλοῦντος. at hoc profecto, quod
ıunc dicam, est amantis? (oratio est ironica.)
ἰπέ μοι τὸ φοβεῖν δικάσαι τὴν διενηνοχυῖαν [scil. δί-
:ην, vel γνώμην, vel ψῆφον.] διὰ τὴν τῶν ἀδίκων
σχὺν, ἤδη μοι θησόμενος. Docebat me, quid id es-
et, quod sibi metum injiceret, & se absterreret
ı sententia peremtoria pronuntianda; qui secun-
dum me fuisset jus daturus, nisi potentia iniquo-
um obstaret. 40. atqui hortabatur antea, ut
llam causam in forum inducerem, & objurga-
ɔat meam in ea re cessationem, & nobis favere
eges ajebat. 42. ἐκεῖνο. verum haec ejus erat
ɔratio, qui commodum sibi privatum aliquod ve-
ıaretur. illa autem superior oratio, modo a me
:ommemorata, proficiscebatur ab odio mei,
ʝuod jam se proferre & monstrare nil verebatur,
ɔosteaquam perfectum & comparatum id habe-
ɔat, quod quaesierat, decipiebat ergo & dissimu-
abat adhuc quaerens id, quod quaerebat. ult.
ɔro ζητῶν videtur εὑρὼν legendum esse. εὑρὼν δὲ
'κ εἴα, scil. δικάζεσθαι vel εἰσάγειν τὴν δίκην, in-
'ento autem eo, quod quaerebat, inducere nos
:ausam & deferre in forum non sinebat; sed
;audens parta praeda ἐπεβούλευσε, insidiabatur

 mihi,

mihi, fraudansque me victoria, quam paene jam manibus tenebam, quo rem adulatoribus suis gratam faceret, ad eam procrastinationem extraxit causam, ut jam prae diuturnitate conticuerit, & ad oblivionem silentiumque deciderit.

563, 5. μηνὶ] f. μήκει. tum ingreditur novum caput accusationis, & versu 13. in verbis ἐπ δὲ ὡς ᾤετο rursus aliud. 13. erat autem, ipsi si credimus auctori, erat haec quoque gratia & officiositatis genus, quod ista minatus est Thalassio. Causa minarum erat illa sane amica & officii plena. Thalassium scilicet, penes quem essent orationes a me habitae, sibi earum communicationem postulanti negasse, eoque sitim suam sustinuisse, non sedasse. 21. οἷόν καὶ περὶ τὸν υἱὸν [spiritu leni] ᾤετό τι, cui similem animi affectionem affirmabat inesse suo quoque filio, quem ajebat, modo ipsum se ad me adducturum esse, modo missurum, [videntur enim verba ποτὲ δὲ μεταπέμψασθαι aliena & delenda esse.] quasi ad rivos salubriores, quam haberet Tyri. [leg. enim εἶχεν ἐν Τύρῳ τε καὶ τοῖς χείροσιν (ὡς αὐτὸς ἔφασκε) λόγοις, in disciplina magistrorum (ut ipse dictitabat) sequiorum. affectat hic Libanius, (homo laudum suarum insatiabilis & fatuus ebuccinator) modestiam quandam. Contumelias & contemptum aequalium suorum, qui ipsius revera erat, a se ad alium, cujus non esset, amolitur. 26. sic Eustathius de filio suo ad me praedicabat, illo tempore, quum nondum magistratus ille,

quem

ıem nunc gerit, filium illum natu majorem una m fratribus huc adduxit una cum patre. h. e. ıum Eustathius adhuc praeses Phoeniciae esset; nam postmodum, cum huc veniret pater, filios secum adduxit, & disciplinae meae commi- erudiendos. 29. atqui si Eustathius potitus at meis orationibus, & eas possidebat, antequam eas a Thalassio postulavit, quod ait se fesse, non potuit Thalassius sitim earum suam re- ıorari & ardentem sustinere: sitim enim quanam suam, si dis placet, jactat. 30. κατὰ τὸν ὐτῦ λόγον, ut ejus verbo utar. id quod ille quiem prae se fert verbis. sin autem rursus nullas nquam secum habuit Eustathius meas oratioıes, falsum est, & mentitur, quum ait, earum se esiderio teneri. qui enim potuisset fieri, ut ils careret, si unquam vere & bona fide voluisset illis potiri. significasset modo mihi suum eaum desiderium, & statim eas ad ipsum misisem. quid igitur opus erat, cavillari, & quas res ontemneret, earum rerum simulato studio insultare viro amplissimo, incutiendis minarum erroribus, idque ei, qui deos revereretur, — audat nempe Thalassium, usque ad finem fere aginae. 36. ἀπειλῇ. in ablativo. 40. miseraur adulatores, tantum abest, ut ipse adulationi it deditus. 42. f. ὡς' εἰ ᾔτεις, ᾔτεις διφθέραν, ἐχ ς ἐγγραψόμενος ἔχθιςα [ῥήματα scilicet vel ἔπη] κεῖθεν, ἀλλ' ὅπως αὐτὴν ἐκεῖθεν. [scil. ἕξεις] τῦτο δὲ κ ἐραςῦ, ὐδὲ τὸ μηδὲ ςατῆρι — quapropter si coicem illum rogasti a Thalassio, rogasti eum,

non

non quo inde tibi curares à librariis tuis exemplum sumi, & exscribi alium novum codicem, sed quo illum ipsum Thalassii codicem tibi haberes tuum proprium, & domino ne redderes. Id quod sane amantem mei, quem te fers non magis decet, atque istud, quod nunc dicam; quod illas tuas, quas videri vis, delicias, [orationes meas] ne uno quidem numo aureo dignas habueris, quem expenderes in librarios, qui tibi tuum codicem e Thalassiano exscriberent.

564. 1. quid est ergo, quod Thalassius in eo peccarit, si tibi negavit id, quod tu ei redditurus non eras? Hoc autem modo acquirere velle vel ea quoque, quae non magni sint pretii, facile est, & cujusvis de trivio hominis etiam abjectissimi. 3. πάντως] leg. παντὸς. tralaticium est & cujuscunque. 6. καὶ τῶδε. 8. ἐξελεγχθεῖσι. id est τύτοις, οἳ ἐξηλέγχθησαν κακοὶ ὄντες ἐν τῷ διαφθείρειν τὰ δίκαια τὰ τῶν μαθητῶν πρὸς τὸν διδάσκαλον. tu enim conversaris iis, & eorum convictu uteris, qui convicti sunt animi mali & ingrati in eo, quod violarunt jura a discipulis magistro debita. h. e. illis, qui me, eorum qui olim fui magister, nunc exagitant, & cornua mihi opponunt, improbi discipuli & ingrati. 9. recte dat margo σύνει. est secunda persona singul. praes. indic. activi a verbo σύνειμι, adsum alicui, sum & ago una cum quopiam. 11. αὐτῷ] eo ipso in loco, ubi tecum epulantur & potant, & helluantur. 20. haereditas a patribus accepta tradita, qui eam artibus nequissimis accumulaverant. 21. τὰ

προσ-

πρεσβυτέρων δὲ —— quae verba sunt, ut in paren-
tesi posita, accipienda. solet autem sors senum
pes multa diligentia & parsimonia multisque
gilliis partas junioribus conferre, qui eas brevi
dilapidant, nescii uti. ὧν ὠνεῖτο τῇδε τῇ θεραπείᾳ. a
uibus [juvenibus stultis] redimebat Eustathius
ac officiositate sua haereditatem sibi utilem.
5. tali autem venatori, qui omnia minora &
nferiora pulchris divitiis putat, merito mea per-
ona nullo in loco est. 30. aut ὑβρίζων leg. est,
ut πείθειν, ὃν ὑβρίζει [vel ἐν ᾧ ἐμὲ ὑβρίζει] περιφα-
νῶς, — sed se decere putat, ut persuadeat aliis,
ne, quem adeo perspicue & manifeste insultat,
naximo penes se in honore esse, & semper fuis-
e. 33. μιμουμένῳ. redit enim ad θυρωρῷ. idem
usus est heri, h. e. nuper, per janitorem suum,
mitatum illum exemplum magistri, h. e. Eusta-
hii. 35. aut τοιχωρύχον leg. aut ὁ τοιχωρύχος,
k e margine λάβοι. quo enim me deprehende-
et arriperetque & coargueret, ut in facinore re-
enti, hominem impurum & consceleratum. aut,
uo enim me ille trifurcifer, homo nequam,
nortalium omnium turpissimus, arriperet, insi-
iis exceptum, septumque teneret, unde elabi
equirem. hoc enim est hic loci λαμβάνειν. 36.
μητρὸς καὶ κόρης ἄδικον, ῥίψας, ἀπήλασε [aut ἀπε-
κώνει] τὸν δόντα τὰ γράμματα. literas quasdam
neas ad Eustathium, in quibus questus cum eo
ueram de matris alicujus unaque filiae illegi-
ma in vinculis detentione, abjecit, & perlato-
em earum rebus infectis repulit & ablegavit,
negans,

deprehenderent socordiam, eam oratione grav. notarent, atque corrigerent. 20. τῷ πράγματι, significat illum veterem, sed dudum intermissum morem, ut praefecti & consulares in curiam venirent, & deliberationibus curialium praesiderent, & orationes ad eos haberent. Illo itaque instituto esse utendum, & dudum omissum revocandum esse. 22. post ἐπαναάγειν deesse videtur παντί που δῆλόν ἐστιν. 23. & erant ei quoque orationes & multae & praeclarae, dummodo voluisset aliquid facere, quod iuri & aequo responderet. 25. f. ὁμοίως, ὡς εἴ τῳ [vel ὡς ὅτῳ] μὴ προσήκει, προεῖπεν ἀπιέναι. nunc autem mihi, proinde atque si cui plane nil commune est cum curia, interdixit, ut curia me abstinerem, qui tamen innumeros possum inter maiores meos, honoribus civilibus functos, enumerare illis, qui nescio unde venerunt. Hic notat peregrinitatem Eustathii, quasi diceret: ego sum Antiochenus a prima stirpe originis meae. te autem nemo novit, unde huc veneris. multo magis mihi ius est, curiam nostram participandi, quam tibi. 28. καλέσαι h. l. est optativus. verba intelligo, sententiam minus. videtur mihi Eustathius ne tum quidem me pratermissurus esse, etiamsi eorum quosdam vocaret. quosnam eos? & quo vocaret. 31. αἰτούμενος] pendet hic nominativus, neque sequitur verbum ex eo aptum. fortasse verbum illud est ἠρνεῖτο. ut sic locus sit: αἰτούμενος ἠρνεῖτο χάριν. eandem igitur gratiam rursus a me rogatus, negabat, quam gratiam cum saepe con-

ondixiſſet & ſperare me iuſſiſſet, nunquam im-
ertivit. videtur Libanius hoc dicere velle: Cum ex nova ferretur ab imperatore, Syriae praeſidente Euſtathio, ut praeſidiales conventibus decurionalibus intereſſent, & orationibus ad curias habendis eas gubernarent, venit Euſtathius quoque in curiam Antiochenam. Ibi Libanius rogabat Euſtathium, ut ſe quoque, qui in proximo doceret, ſub eodem tecto, ſub quo curiales convenirent, interdum arceſſeret, ad audiendas orationes eas, ſi quas Euſtathius ad curiam eſſet habiturus. Recepit id quidem Euſtathius facturum. ſed verbis fidem rebus ipſis nunquam fecit; & quoties Libanius iſtam gratiam rogabat, ipſe contra aliam a Libanio rogabat, quam ſciebat aeque parum ab eo ſe impetraturum, quam ipſe illam daturus erat. Ita vulpecula vulpeculam ſuis artibus eludebat. 33. monſtrat margo, quid auctor dederit. Hoc nempe dedit: ἀλλὰ σοφῶς, ὡς ᾤετο, διεκρέσατο, λόγους ἀνταιτήσας ἐμὸς, ἐπαίνους δήπουθεν ἑαυτῷ. ſed ſapienter, ut nempe ſibi videbatur, amoliebatur & excuſabat, eo, quod pro gratia, quam ego eum rogabam, aliam ipſe me, quaſi compenſationis ergo, rogaret, orationes puta quasdam meas; quibus ſcilicet laudes ejus ego depraedicarem. [Hoc nempe volebat Euſtathius, ut perſuadere vult Libanius, tametſi verbis diſertis non prodebat.] bene gnarus ille quidem, me nunquam coram illo eſſe dicturum, idque multis de cauſis; effugium tamen & praetextum quaerens & parans, colorandae ſuae

recusationi, in eo, quod ego toties aspernatus essem gratiosam ipsius obsecrationem. 39. ἐποίει. ideoque se faciebat verbis & ferebat amatorem harum [id est mearum] orationum. (h. e. ideoque mirifico se studio & admiratione incredibili teneri mearum orationum dictitabat,) sed verbis modo: nam reapse nostrae orationes nullo prorsus in loco penes eum erant. 42. s. εἰ δ' ἦν, [scil. αὐτῷ λόγος τις τῶν ἡμετέρων λόγων] ὅλοι περὶ αὐτοὺς ἂν οἱ δέκα μῆνες ἀνάλωντο. sin autem fuisset penes eum aliqua ratio & aliquis honor nostrarum orationum, toti illi decem menses, [quos Antiochiae cum imperio fuit] in illis meis orationibus & commentationibus ab eo essent absumti. Ex hoc loco intelligitur, Eustathium per decem menses solummodo Consularem Syriae fuisse.

566, 1. τόκος] partus ingenii, commentarius, oratio, aliud quodcunque scriptum. τὰ δεδειγμένα] scil. ὑπὸ τοῦ Εὐσταθίου. quod Eustathius recitavit. vult dicere: qui semper gestant manibus, tractantque & legunt, volvuntque super genubus & revolvunt orationem ab Eustathio recitatam, quam majoris faciunt, quam ipsum Platonem. Ille autem nunc tam invidiose jactatus amor, & τὸ τῷ μὴ τυγχάνειν ἀνιᾶσθαι λέγειν, & contestatio prae se ferentis, angi se & affligi, quod rogata non impetrent: [h. e. simulata aegritudo ob negatam a nescio quo recitationem] non ille verus amor est, sed studium emolumentorum, quo sperant a viro aliquo summi iis faciendo, quibus

causae

causae in foro pendent, propter artis oratoriae vim & facultatem, & qui uxorem duxit ex horum [quos notat Libanius] gente, ideoque se decere existimat, ut eos ornet. — Locus hic totus cum insequentibus est perobscurus, quia Libanius, homo minuti & muliebris animi, impos sui prae stulta admiratione sui, invidentia, aemulatione, livore, inconstantia, & quae alia sunt vitia humilis & malesani animi, eminus modo, per aenigmata, notare & adumbrare res mavult, quam exprimere & nominatim designare, praesertim minutas illas & vix commemoratione dignas, quarum in sterquilinio volutari amat. 10. ὧν δ' οὐκ ἄξιον, ἠμεληκότα] h. e. τούτους δὲ ἠμεληκότα, οὓς οὐκ ἄξιον ἦν ἀμελεῖν. eos neglexisse, quos negligere fas non erat. 11. hoc video, post ῥήματα deesse καταφεύγειν. ipsam tamen sententiam totam non perspicio. 17. nisi persuadere nobis potest, toto illo decem mensium tempore se dormivisse [h. e. nihil in magistratu suo se serio & ex animi sui sententia, sed ex aliena libidine egisse. 19. f. ψῆφον, sed in medio versabatur, [h. e. omnibus se conspiciendum dabat eum,] qui sententiam hanc pronuntiaret, omnes coargutas esse orationes. [h. e. oratores omnino omnes a Libanio victos & infantiae convictos esse, & cum eo comparari nullo modo posse.] sed, ut rursus inculcem, totius hujus loci sententiam vix per transennam perspicio; & in una hac oratione contra Eustathium plus molestiae devorandum habui, quam paene ab omni-

bus superioribus orationibus, si libellum de vita sua excepero. 21. sed ajet Eustathius, Romulum a se servatum esse. Cur vero solus ille ab eo servatus est? Nam si hoc beneficium non tulisti a me, alia quidem profecto tulisti, in quibus sunt etiam literae, quas filius tuus e ludo meo literario secum extulit a me sibi impertitas, ingentes, quae ipsi tibi visae sunt, & quae saepe te lecto surgere coëgerunt. 28. f. οὐκ ἐχρῆν οὖν τούτοις ἀντιδοθῆναι τὴν χάριν. his igitur gratiam referri nullam oportebat? nisi eadem conditione, ut ista gratia tua a me officio quodam novo compensaretur. Aut, tune viro forti, athletae, aut militi, coronas palmasve merito, easque postulanti, praemia praeclari facinoris sui, sic occurras, ut dicas: ea ipsum praemia virtutis tum esse adepturum, cum alterum virtutis specimen ediderit? nam istud quidem specimen, quod jam edidisset, mercede dignum non videri. 32. sic distinguendum: λάβοι, τὸ πραχθὲν δὲ — 33. Daturum te mihi rogatam gratiam ais, ubi orationem dixero. [de laudibus tuis, ni fallor.] Quid ergo? nonne jam tum dixi? aut an tu pro nihilo habes ea, quae dudum dixi, & ea, quae istam meam orationem insecuta sunt? tam claros puta & omnem modum excedentes plausus, ut quicquid unquam theatra bacchantia tumultuata sunt, id hi pone se reliquerint, & obscurarint. 37. ἀποκρύψαντα. 39. ἄλλος. tu ipse tum quidem confitebaris, te a me ornatum esse iis honoribus, quibus nemo ante te alius. 41. εἰ δοίης

duo-

duobus verbis. nunc autem ea uteris oratione, ut, si rogatam gratiam mihi des, non relaturus, sed temere abjecturus, & gratiam prior aufferre postulas, si sperare velim aliquam abs te obtinere. Atqui, quorum jam a me gratiam abstulisti, Eustathi, eorum, age, aude ad compensationem accingi. *ult.* aut deest aliquid, aut leg. μικρὰ δὲ αὐτὰ νομίζεις εἶναι. sed parvi tu illa ducis, neque id in te miror.

567, 1. οἰήσοιτο εἶναι] haec non intelligo, & profecto vitiosa sunt. *ibid.* ut nil mirer, si tu neges rogatam a me gratiam, etiamsi eam, quam tu me rogas, abs me tuleris. 3. ἀφαιρεῖς σε. ipse tu te privas fide tui jurisjurandi, propterea, quod tam saepe fidem iureiurando sancitam violasti, & nullo in loco habuisti, ut etiam ille securus esse non possit, si quis a te iurato ius rede merit. 7. f. μὴ ἴσα τοῖς ὀυκ ὀμοσμένοις. sed semper metuat, ne exitus spem suam fallat, perinde atque si nullo iureiurando ille sibi assertus esset. 10. f. τὸ μὲν αἰτούμενον, φυγόντος ἐμοῦ, σὺ καὶ αὐτὸς οὖναι φύγης, verendum est, ne gratiam rogatam si tibi nego, tu mihi neges pariter eam, quam te rogo. rursus autem, si tibi concedo, quod tu vis, tu deinde, potitus tuo studio, spem nostram deseras, & nos delusos vanitate tuorum promissorum irrideas. Aliud si fas est commemorare, dicere audeat velim, qua re promeritus sim, ut de me ista scriberet, quae scripsit, nugacia, anilia? Multa istiusmodi ad aures meas pervenerunt, ab eo jactata, & antequam hunc magistra-

tum capesseret, & cum eum gereret. quae cum vulnerarent animum meum, τῶν αἰκισαμένων, (sic enim leg. in aoristo) ferenda tamen erant, & quod acerbissimum, vel laudanda quoque. Nil itaque necesse erat, eum novam gratiam abs me flagitare, qui nonnulla fecissem, redhostimento digna: ab illo autem ad me boni nihil est profectum, neque dudum, ante initum magistratum, neque postea. nam & ipsam illam caussam (v. p. 562, 38.) a qua secundum nos judicata licebat nobis mulctam haud meritam effugere, neque in forum introduxit, neque disceptavit. 27. ὁρῶν τῶν ἀδίκων τό τε πλῆθος. propterea, quod improborum videret globum & numerum, & splendorem, atque auctoritatem. nam jure quidem illi nullo fidebant; at numero abundabant, qui validus est ad vincendum titulus. 30. f. τί δ' εἶναι πολλοὺς ἰσχυρόν. terret enim conjuratorum multitudo, magistratum infirmum & velut aegrotantem, quanquam fortem & robustum nil terret. Praeterea ideo me contemnebat, quod ipse sibi in animum induxerat, se posse orationes ipsum multas conscribere. 36. ergo scripta haec est invectiva, postquam Eustathius in honore Consularis Syriae successorem accepisset. sententia est: aegre fert & stomachatur, quod, cum magistratus ipsi suus abrogaretur, non humi nos abjecimus, non ploravimus, sed aequo animo id tulimus. atqui oportebat non tum lamentari, cum illi potestate decedendum erat, sed tum potius, cum ad eam capessendam accedebat.

iat. *penult.* ἱερχομένῃ. Sic tandem aliquando scopulum hunc, ut potuimus, praeternavigavimus.

AD ORATIONEM XXVI. (XXIV.)

DE RECITATIONE, AD IUVENES.

Senex hanc habuit vel scripsit. v. p. 569, 8. 571. *ult.* & 574. sub Theodosio p. 573, 31.

568, 6. ἔχειν redit ad λόγον, non ad σιωπήν. silentium puto mihi habere rationem, seu me decere, & aliqua niti ratione, quam ubi acceperitis — 14. τουτονὶ τὸν νόμον. quid moverit hanc legem. h. e. quid me induxerit, ut a consuetudine & lege publice recitandi discederem. 15. μὴ non ad proximum λογισάμενοι, sed ad remotius κατειδότες referri debet. 16. aut delendum μὴ, aut cum δὴ mutandum est.

569, 39. οὐκ] l. οὖν. 42. ἐμοὶ δὲ —] respondet οὐκ αἰτίαι p. 570, 1. *mihi autem ea causa non est.*

570, 3. sic distinguo: τί οὖν, εἰ μὴ ταῦτα. id est τί οὖν τὸ αἴτιον τῆς σιωπῆς, εἰ μὴ ταῦτά ἐστιν αἴτια. quid ergo in causa est, si haec non sunt? Nonne video juvenes —? 5. recte dividit Morellus ὅτι in duo vocabula. aut ignorantes praestantiam nostrae doctrinae & eloquentiae. 29. ἐστάσι. 32. κάθηνται] sedent quieti, non acclamant, non applaudunt. 39. νεανικώτερα] subaudi ταῦτα ἐστί. haec vero jam insolentiora & petulantiora sunt. 44. ἐπὶ λουτρὸν καλήσει τὸ πρὸ ἀρίστου. nunc invi-

invitatione ad lavacrum ante prandium. funt enim non pauci, qui hoc ipso genere luxus diffluant & corrumpantur.

571, 14. quod si non evenit, data haec est gratia precibus intercedentium pro eo. 21. ὧν ἄλλος. 23. f. καὶ ἕνα ποιεῖν. 37. τότε delendum. 44. non improbabo lectionem vulgatam νενικῆσθαι. potest utique stare. malim tamen κεκινῆσθαι. se commotos ab oratione mea esse. v. p. 572, 7.

572, 21. aut pro ἀγνοοῦντας leg. est συναινοῦντας. *consentientes*. aut καὶ ταῦτα οὐκ ἀγνοοῦντας. 24. v. p. 8, 19. ubi meliori usus judicio hanc barbariem recte damnat, hic autem ipse furit. 37. τῆς] f. τοὺς. hos autem, novos magistros, praetenditis, eorum nomen praetexitis vestrae audaciae, ac si eorum causa auderetis omnia, quae audetis. 39. τὰ δεύτερα] posteriores tempore magistros. πρότερα] priores gradu, honore, auctoritate. 40. τὰς δι' ὑμῶν. defectiones, quae vestra causa fiunt, desertiones juvenum, a magistris suis ad aliena castra transfugientium, quum ad id audendum a vobis impulsi sunt. 41. συντέταχθε. cum quo facitis, cujus a partibus statis. 44. ὅσον. tantum abestis a suscipienda quapiam molestia meam in gratiam, ut ne vota quidem pro salute mea facere dignemini.

573, 4. προσιθεμένων] subaudi ἐμοὶ, aut τῷ ἐμῷ χορῷ. 5. ἑτέρωσε. 24. τὸ] leg. τῷ. 29. videtur tempus seditionis Antiochenae A. 387. designare. f. leg. ἦν ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ ταῖς γινομέναις

μένοις —. 38. κἀκεῖνο] scil. ἴσετε, aut ἐγὼ, εἰ βούλεσθε. si ad orationes meas audiendas invitare omitto eos, quos invitare soleo, molestiam iis creem, quibus nullam creari satius sit. sin autem invito, tanto certiores fecero vestrae nequitiae, quam illi, a recitatione degressi, silentio facile non premant.

574, 3. ἰσχυρωτέραν. ut praehabeam hanc disciplinae rationem [quam mihi mei adolescentes praescribere audent] tantae temporis diuturnitati, & tanto rerum usui. 7. τοι] l. τι. 17. τέτανται bene habet. intenti ora tenent, exspectatione defixos oculos in me. tenduntur, torquentur aviditate cognoscendi, num tale quid mihi contingat; num visuri me sint in grege admodum minuto. 29. ne, cum audierint, quos ludo meo ejecissem, eos pro civiliter mortuis habeant, & excludant omni ad honores aditu, ut albo civium expunctos, & conclamatos atque jam compositos. 32. τὴν ἀτιμίαν] relegationem ex universitate; ut nos hodie loquimur. 40. bene habet vulgata. ταῖς Μούσαις potest hic accipi pro, Musis invitis & dolentibus, aut, locum Musis dedicatum, vel in damnum Musarum.

AD ORATIONEM XXVII. (XXV.)

SVPER TAPETE.

577. 3. praefero φαρμάκων e margine. 8. ἐκείνοις. 10. recte conjecit Morellus ταῦτα. 18. del. καὶ. quod Morellus videtur de suo addidisse,

dicere, possit quoque τῷ legi. 19. f. ἦκω. αὐτος ὤν μοι.

578, 10. νῦν] f. ἦν. 12. καί τισι] respectum habet ad versum 2. p. 579. etiam aliis quibusdam praeter paedagogos. 16. ἀγέτω] scil. ὁ νέος. 34. ἐφ' ἅ. ult. aut deest aliquid post καὶ τὸ, aut delenda sunt haec verba. quod satius puto. facile fieri potuit, ut e sequenti καινὸν nasceretur καὶ τὸ, literis illi paene simillimum.

579, 8. cum ego adhuc puer ludum puerilem frequentarem. 22. ante ὅτε deest ἃ, aut ἃ, aut οἷα. 29. πολλάκις δέ γε συνέβη. 31. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο] scil. μέτρον τοῦ χρόνου κατέτριψεν. eandem mensuram temporis consumit adolescens in opere, & sibi vindicat ejus emolumentum. h. e. utilitas, quae ad juvenem e studiis literarum redit, implet tantundem diei, seu totum paene diem. Possit quoque sic legi: τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο [id est κατὰ τὸ αὐτὸ] ἐν ἔργῳ [scil. ἐστὶν] ὁ νέος. per idem illud tempus in opere continetur adolescens, & exercetur id, quod ei expedit. 36. ὁ δὲ] paedagogus puta, semetipsum & adolescentem admovet lucernae: & postquam ipse sibi somnum ex oculis excussit, tum puerum quoque expergefacit. 40. Pari modo vincit haec paedagogorum diligentia multis modis eam, quae a magistris ad pueros proficiscitur. Magister enim puerum non nisi usque ad meridiem in oculis habet; toto reliquo diei tempore ab eo abest.

580, 28. αὐτοῦ. eodem ipso in loco mortuos. 34. ἅ πάντα duobus vocabulis.

581,

581, 4. νῦν δὲ τὶ ἐ τὐναντίον. quid non e con-
'ario illis inuritis injuriarum. 15. παρὰ] l. περὶ.
9. μικρὸν] imo vero ἔλαττον. 35. πολλὰς πολ-
οῖς δίκας. ibid. recte Morellus ταῦτα. 40. κρι-
ί. ult. f. ἐκεῖνος, παρ' ᾧ τὸ χρυσίον. ibat in carce-
em ille, penes quem aurum deprehendebatur
sse.

582, 14. εἰσελθόντα. redit enim ad τρόπον.
einde leg. ὅτε δὴ καὶ τὸ πρῶτον εἰσῆλθε. quan-
μuam haec sex verba plane abesse facile pate-
er. 15. f. ὁ δ' ἐστὶ τοιοῦτός τις. Τάπητα — 16.
χρσι] subaudi τινὲς. 20. primum τὸν delendum
st. nam αὐτὸν redit ad τάπητα. 33. νικῶν. in
genere neutro, pro νικάον. 41. v. p. 553, 37.
n servis literatis infimi erant, qui pone liberos
d scholas itantes cum libris ibant: paedagogi
ionestiori erant conditione, & liberos manu vel
rachio ducentes comitabantur. ult. οἷός τ' ὢν]
cil. οἴχεσθαι.

583, 12. ἀγνοοῖεν. per duplex ο. 15. signi-
icat professorem eloquentiae latinae. 19.
πρὸς] l. περὶ. 23. ἀλλὰ τῶν φίλων. 24. αὐτῷ]
lli professori latino. ἐποίησε] paedagogus tapetis
supplicium passus. 28. ἐβουλήθη] paedagogus.
ρεῖ] professor latinus. 29. ὁ δὲ] paedagogus.
31. ante μέντοι deest ἡττῆσθαι aut ἡττηθῆναι, &
constructio est: ἡττηθῆναι μέντοι τῶν ἡμετέρων
λόγων, διὰ τὸ αὐτῶν φίλτρον. negat voluisse un-
quam discipulos ab illo latinarum literarum pro-
essore abalienare. non potuisse tamen facere,
quin studeret nostris graecis literis, propter ad-

mira-

mirabiles earum amores. 34. τοῖς ἑτέροις] latinis literis. τούτοις] graecis. ἀπὸ βιβλίων] latinis puta. ἐπὶ βιβλία] graeca nimirum. κείνους] latinas literas. 36. τούτους] graecas. 39. δευτέρων] cum latinis. τὰ πρότερα] graeca. 44. πείσαντα] si vel postea quam persuasisset, scil. magister latinae eloquentiae, ad quem etiam ἐκβαλεῖν & δυνηθέντα ἄγειν redeunt, item τῷ (pro αὐτῷ) p. 584, 3.

584, 6. ἔχει] id est κατέχει. ab illo inde die usque ad hunc rumor urbem obtinet de tapete, καὶ τὸν πεπονθότα καὶ τοὺς πεποιηκότας ἐλεοῦσι. ἐλαττον δὲ ἐκεῖνον, ἢ ὑμᾶς, πλέον. (nam recte margo addit ἢ.) & tam passum indigna miserantur, quam auctores tanti sceleris. sed illum magis, quam vos. 9. εἴχετε. si mens vobis recta constitisset. 12. ἃ μὴ παρ' αὐτοῦ] h. e. ἃ μὴ ἐτόλμα ζητεῖν παρὰ τῶν περὶ αὐτόν. εἰ μὲν γὰρ (sic enim leg.) 14. τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπιτάττειν. nam si insania ea non erat, ipsum decebat suis familiaribus clara voce mandare, ut miserum paedagogum tapeti imponerent. 21. κατεσήσατε. 27. τὸ καινόν. ὑμῖν μὲν οὖν. 40. videtur ergo Libanius tum temporis Sophoclem scholis suis exposuisse. 41. versum hunc non intelligo. videtur significare, oportuisse, ut juvenes illi, si quid haberent, quod in paedagogo illo minus probarent, ideo verbis cum eo queri, & tentare, possentne eum ad meliorem mentem traducere. aut etiam: oportuisse, ut juvenes post perpetratum facinus blandis verbis paedagogum demulcerent, eique persuadere studerent, ut injuriam acceptam aequo animo

no ferret, oblivisceretur, dissimularet atque reiceret. ἐπὶ τὸν λόγον] ad scholas meas illotis pedibus convolastis. 42. καὶ μετὰ μείζονος φρονήματος ἀπὸ τῶν περὶ τὸν τάπητα — multo majoribus cum animis & spiritibus, quam antea, habebatis, ad scholas a scelere in tapete commisso accessistis. 44. ἤλθετε.

585, 2. αἰτιᾶσθαι. in infinivo. 3. ἐρεῖτε. *dicetis*. 4. τούτῳ. scil. πεφύλακτο τὰ δίκαια. nam & huic ipsi quoque paedagogo jura sua integra servata fuerant ad illum usque diem. 5. οὕτω] leg. οὐ τῷ. 6. τῷ] l. τό. non habuit τὸ non pati, in τῷ non passus esse. h. e. in superioris temporis immunitate satis ei praesidii non fuit ad securitatem posterioris. 12. ταχύ] id est ταχέως. 13. κατεχέετε vel κατεχεῖτε. in unius caput defudistis contumeliam. a καταχεῖν. 14. recte, dat margo ἀπέσχησθε. 23. αὐτῶν. unum sui ordinis. 26. ὑβρίζονται. 28. νὴ Δία, καὶ γὰρ διδάσκαλος. sed magister tamen erat is, qui haec nobis imperaret. Audio. 29. οὕτω] leg. οὔπω. magistrum mihi profers, nondum herum, id est, non autem herum. 32. non satis est servo, ut herum [h. e. herilem auctoritatem] excuset, [h. e. pro sui excusatione alleget] neque, ut poenas commemoret, quae manent servos mandatis herilibus parere recusantes. 35. ἦν] l. ἤν. id est ἐάν. ne tum quidem, cum animadversio heri in servum dicto non audientem sit gravior & acerbior, quam poena legis.

590, 5. τὴν τῶν ἐπαίνων. 18. nil refert, αὐτοῖς legas, an αὑτοῖς. illis [quos interrogarunt] largiuntur [hoc est ultro dant, oggerunt, subjiciunt] responsionem, an sibimetipsi respondendi veniam indulgent. 27. ὡς] l. ὧν. id est τούτων, ἃ ἐπίςασθαι. 31. γε] leg. μὲν. notabile διδόντος h. l. pro διδὸς. cohaeret enim cum οὐκ ἐμεμψάμην. 36. aut ἀπενεγκὼν, aut ἐπενεγκών. 42. f. καὶ πάντοσε πέταμαι. quoquo volo, h. e. oculos quaquaversum circumfero, & ubique adsum, ubi video discipulos segnes aut maleferiatos, & perperam agentes. aut καὶ πανθ' [id est πάντα] ὅσα παρεσκευασαι κατὰ τῶν ὑπτίων, & omnia, quae comparata sunt in segnes & supinos [scil. praesidia correctionis] in hos verbera, in alios convitia & probra scutica acerbiora, subaudi πάρεστι, vel ἐνεργεῖ usu veniunt, a me usurpantur.

591, 19. ἐνέβην. v. dicta ad Polybium p. 206, 13. 24. significat defectionem a sacris paganis, & transitum ad Christiana. 26. ὁ μὲν] Constantinus. ὁ δὲ] Constantius. 30. ἐκ τῶν ἂν δεῖ] videtur ex his effici debere ἐκτείνων, δὲ extendens autem τὴν θεῶν ἀπὸ τῶν ἱερῶν deorum contemtum a templis ad literas; & id recte quidem atque consentanee — 36. f. τελετῆς, ἐκλείσε τὴν πάροδον εἰς τὸ βασίλειον. 43. recte dat margo ἀφῆσήκει. quibus concesserat de muniis imperii, seu quibus munia imperii transmiserat. v. Vales. ad Amm. p. 192.

592, 6. τοὺς τάφους] ita per contemtum & opprobrii ergo appellat ecclesias Christianas. quo de

le usu h. v. Valesius ad Ammian. p. 326. egit, ibi etiam hunc locum attingit. 9. εἰς τάξιν] in ordinem, amplissimum puta, seu Senatum Romanum & CPtanum. 37. τριύτων] f. ποιητῶν. 44. ταῦτα] latina, aut etiam jus Romanum, quod per contemtum artes scribarum vel commentariensium appellat. ἐκείνοις] graecis literis, & severis eloquentiae studiis.

593, 7. designat adolescentes, qui, post finita Athenis literarum studia, CPlin proficiscebantur, & ibi donis & gratia perficiebant, ut palatinae militiae cingulo ornarentur. 8. τρίβων seu pallium philosophicum erat insigne hominum, qui literarum studiis sese dedidissent. 10. ergone jam ea aetate Aristoteles tanta florebat auctoritate, ut in scholis traderetur ejus philosophia? Est quidem sententia vulgaris, ejus philosophiam nonnisi saeculo XIV. circiter coepisse inclarescere. *ibid.* braccae & cingulum erant insigne militiae. 11. τῶν διακόνων h. l. accipi debet pro διακονούντων. 12. ἐκ βασιλέων si dictum est pro παρὰ τῶν βασιλέων, paulo est durius, videtur potius leg. esse ἐκ τῶν βασιλείων, e comitatu, seu palatio principis. 16. συνόντων (sine jota.) 19. ὅπερ] designat CPlin, Nicomediam & Antiochiam, quas cum ludis literariis in Aegypto, & Palaestina & Athenis comparat. v. versu 28. 23. λαμπρὰς. in accusativo plurali. 25. τὸ μὲν] scil. ἀκροᾶσθαι διηγουμένων. 27. τὸ δὲ] scil. τὸ αὐτοὺς εἶναι τῶν διηγουμένων, quos hic appellat τοὺς διεστηκότας, sunt homines provinciales

procul ab urbe regia degentes, adeoque ignari morum curiae, & minus a malis curiae afflati. 33. & hoc, quod necesse nunc habent magistri discipulos interrogare: ubinam est Plato? [h. e. magistri eo se redactos vident, ut necesse habeant, tironum suorum desidiam in versandis vetustis graecis auctoribus increpare, qui vix tenent, ubi Plato, ubi Homerus, ubi Demosthenes in suis forulis jaceat, pulvere obsitus.] atqui teneremus sententias Platonis, & omnem ejus sapientiam mente conclusam haberemus, si alia essent tempora, & id fieret, quod oportebat, etiamsi magister nullus ejusmodi interrogationibus velut stimulis quibusdam nos excitarent. haec mihi videtur loci obscurioris sententia esse. 35. f. ἀσκεῖται γὰρ τὸ — 38. una litera minus l. Κωνςαντίυ. deplorat enim infelicitatem temporum Constantii, non Constantini. 39. ὁ διδάσκαλος κέχρηται] id est, patior me dici, qui literarum sum professus magister, male usum esse oportunissimo iis tradendis tempore. 42. λέγοντος. non oratores ipsi, sed oratorum notarii, verba ex ore dicentis rapiditate calami & compendiis verborum excipere docti.

594, 18. τῦ μὲν] Constantium designat. 19. τῦ δὲ] Iulianum. 35. verba τὸ γὰρ ἐξεῖναι ad κτώμενος versu 39. sunt in parenthesi accipienda. 42. ὗτοι] qui alias mercedem solvere consueverant. ὑπ' ἐκείνων] ab illis, qui, tametsi per fortunas dependere poterant, tamen prae insolentia & inhumanitate recusabant. 43. ἢ παρὰ τύτων.

quam

quam ab his, mercedem afferentibus, ἐκεῖνοι, illi denegantes & defraudantes. *penult.* recte Morellus τοῦ πονεῖν, ut etiam.

595, 6. τοὺς μὲν. 9. ἐπὶ τὸ τοὺς νόμους — 21. se, quod sperent & sectentur, id non consequi, sed aliud, quod nolint. Quas literarias opes augere sperant, nova quadam accessione, eas minuunt, permutatione literarum illa, quam faciunt. Latinas cum acquirunt literas, quas nesciunt, tum graecas, quas tenent, amittunt. 23. f. ἀλλὰ τὸ μὲν ἴσως εἰσέρχεται, τὸ δὲ ἀπέρχεται. alterum [latina literatura] influit, si modo influit, alterum [graeca] effluit. 26. f. τὴν ἐκείνων φυλακήν. 27. τούτοις & ἐκεῖνα. 36. ἐντεθέντας λόγους ὑπὸ τῶν προτέρων διατριβῶν. 41. ἐστὶ μὲν καὶ ἕτερον.

596, 1. f. οὐδὲ τοὺς μὲν κολάζουσι, τοὺς δὲ φοβοῦσιν, ὡς ἑτέρῳ. 5. munia sua paterna [monendi, hortandi, imperandi, vetandi,] transferunt in filios, munia contra filiorum [reverendi & parendi] transsumunt in se. 6. οἱ μὲν] filii. 7. οἱ δὲ] patres. 9. πενθοῦσι delendum, factum e proximo ῥέγχουσι. 11. ἐνδείκνυνται. 15. videtur hoc ex aliqua Sophoclis aut Euripidis tragoedia, Andromacha, sumtum, ubi ait Andromache, se liberorum amores sequi. 21. αὐτῷ & παρέξειν. 30. σὺν] l. οὖν. 32. hic init altera pars orationis. Superiori exposuerat caussas corruptae & deficientis eloquentiae, e quibus hoc confecerat, ignoscendum sibi esse, etiamsi nullos unquam habuisset literatos discipulos. Iam altera parte

 susci-

ſuſcipit planum facere, e ludo ſuo tanquam ex equo Trojano principes eloquentiae graecae quam plurimos exiiſſe.

597, 22. ὁμώνυμοι] cuinam? Libanione? an ſibimetipſis? ſi poſterius, quodnam fuit amborum commune nomen? 33. τὸ μὴ βεβουλῆσθαι. 42. οὐ μόνος] l. οὐμὸς. h. e. ὁ ἐμὸς. v. p. 2, 28. penult. recte dat margo παριών. ult. διεώσατο. ut p. 2, 28. παρεώσατο. *deprecatus eſt*, *recuſavit*.

598, 34. ὑπὲρ τοῦ μὴ πλ. 40. ἐπιδείξεις.

599, 5. 6. poteſt lectio marginis pariter atque vulgata probari. 13. f. δεῖξαι δ' εἰς τοῦτο παρελθών. & videtur id ipſo opere demonſtratum daturus, ſi illum ad gradum, progreſſu temporis, pervenerit. δεῖξαι h. l. eſt optativus. 27. ſic diſtinguendae perſonae. obtrectator Libanii: πολιτεύονται δέ τινες? ſuntne, qui e tuo ludo profecti, Libani, municapalium decurionum functiones obeant? reſpondet Libanius. πολλοί. ſunt, iique numero plurimi. rurſus pergit obtrectator. πῶς, (φησὶν) οὐκ ἐκλάμπουσι τῶν ἄλλων? qui ergo fit, ut prae aliis non exſplendeſcant? reſpondet Libanius: ἐν Ἀγκύρᾳ — πόλει καὶ μάλα — Ancyrae vel maxime eniteſcunt Ageſilai filii, Albanius & Strategius. 43. f. τοῖς ἡμετέροις λόγοις. *ibid.* καὶ τῇδε] etiam hic, hac in urbe noſtra. *ult.* f. οὐ πολλοὶ πολιτεύονται. quibus qui oratores rempublicam tractent multis partibus praeſtantiores, non ſane multos reperias, at reperias quidem, qui id faciant, multo iſtis inferiores.

600,

600, 5. πρότερον h. l. accipio pro πάντων πρώτιστα. ante omnia. 13. f. ὁ γὰρ λειτουργεῖν μὴ δυνάμενος. 15. αὐτὸς λέγων. nam qui muneribus curialibus fungi nequit, tametsi ipse in senatu sententias dicit, exemplo tamen fit, unde constet, vel saluberrima & sapientissima suadentes pro stultis & temere garrientibus irrideri. 23. f. θεῶν τῇ ἐκείνων περιουσίᾳ τὴν τούτων δεινότητα. 25. εὐπορεῖν non raro pro ἐκπορίζειν reperitur, h. e. pro acquirere, unde unde reperire, comparare, praestare alteri, & ἣν εὐπορῶν posset accipi h. l. pro ἐξεπόριζε. si deus aliquis praesentes his sisteret. & in manus daret illorum opes. verumtamen quia manifestum est, desiderari h. l. ἐκείνων, malim sic legi: καὶ ἢ τούτοις τὰ χρήματ' ἐκείνων τῶν εὐπόρων, ἢ ἐκείνοις — si deus aliquis aut his disertis divitias illorum locupletium, aut his locupletibus facundiam illorum largiretur.

601, 18. καὶ τὸ τοῦ ῥήτορος — 27. ἐποίησεν] scil. ἡ τῶν δικαζόντων ἀσχολία. v. versu 12. ibid. οὐδὲ] leg. εἰ δὲ. 41. τῇ κτήσει τοῦ λείπεσθαι. nove quidem dictum, αὐτῇ τῇ κτήσει τοῦ λείπεσθαι τοῦ τάχους, pro αὐτῷ τῷ λείπεσθαι, vel αὐτῇ τῇ νωθείᾳ. verumtamen habet talia non pauca Libanius. 44. f. τὸν ῥητορικώτατον, ἀλλὰ τῷ τῆς τέχνης. scil. μέτρῳ. quod praecessit versu 42.

602, 9. οὗτοι] causidici e ludo meo profecti. at hi tamen omni contentione elaborarunt, facultatem dicendi ut sibi compararent; & antequam eam nanciscerentur, mercedem doctrinae solverunt magistris eloquentiae, & fuerunt in

 coetu

coetu juvenum bonis artibus ſtudentium, & honorificam aliquam appellationem [rhetoris aut ſophiſtae] meruerunt. h. e. ut populari latinitate, qua hodie utimur, rem exprimam, in univerſitate curſum ſuum abſolverunt, & gradum aliquem adſciverunt. Hujusmodi enim latinitas cathedras noſtras hodie perſonat. 17. κατὰ τὴν ἐμπορίαν. quod idem eſt atque κατὰ ταύτην τὴν ἐμπορίαν. gari vendendi ergo. 20. Conſtructio eſt: εἰσῆλθεν [εἰς τὸ δικαστήριον puta] τὴν ἐκείνου νοσοῦντος τάξιν λαβών. ingreſſus eſt in tribunal, poſtquam adſciverat perſonam amici aegrotantis. h. e. nomine locoque amici ſui diem obiit illam judicialem. 25. ſic diſtinguo: εἰ προσέχοι ταῖς δίκαις, τὸν νοῦν μερίζει. ſi attenderet cauſis dicendis, ita dividit animum inter collocationem ſui gari & audientiam cauſarum, ſi quae in foro agerentur. 41. menſura dicaſterii cujusque eſt dignitas ejus, & exiſtimatio, qua cenſetur vulgo. parva menſura ſignificat dicaſterium inferius, maxima ſummum. vult itaque dicere: verſatus Heliodorus in omnibus ex ordine dicaſteriis, parvis, mediocribus, majoribus, tandem evaſit ad maximum, palatinum puta.

603, 15. f. ἀλλὰ καὶ τοὺς σὺν ἄλλοις [ſubaudi γεγονότας] ἄρξαντας συναριθμοῦνται. eſt nova objectio. atqui, ait, mei adverſarii connumerant [h. e. multas & magnas catervas enumerant] eorum, qui ex aliorum magiſtrorum diſciplina ad honores [palatinos puta & caſtrenſes] aſcenderunt. poſſit quoque legi: ἀλλὰ καὶ τοὺς παρ' ἄλ-

λοις

.ων ἢ ἄρξαντας αὐτὰς ἢ συνάρξαντας συναριθμοῦνται: atqui discipulos aliorum connumerant, qui aut psi populos gubernarunt, aut eorum gubernatoribus consilio & opera sua adfuerunt, & omnium rerum ad gubernationem pertinentium participes fuerunt. 24. πόλεων. in plurali. 34. μὲν] f. μέντοι. est nova accusatio. Discipuli tui, Libani, sunt tardi, & inglorii jacent. respondet versu 36. καίτοι, εἰ — atqui, ait, si fas est, magistris imputare ea, quae deorum est dare & negare, ingenii alacritatem & excitationem, tum Rhodius [aut Herodius] nil venerabilior fuit Ulpiano, h. e. tum Ulpianus, meorum discipulorum unus aliquis, nil concedit de gloria Herodio, discipulo alius alicujus magistri. possit quoque sic legi: καὶ δοῦναι, καὶ ἀφελέσθαι, μηδὲν σεμνότερος ἡμῖν ὁ Ῥόδιος Οὐλπιανοῦ γίγνεται. vel καὶ δοῦναι καὶ ἀφελέσθαι, ὅρα μὴ σεμνότερος ἡμῖν ὁ Ῥόδιος Οὐλπιανοῦ γίγνηται.

604, 6. queritur de pravitate temporum, nunc non rogari eos, qui digni sint honoribus, iisque gerendis pares, ut capessere eos velint, sed indignos & parum idoneos importunitate flagitationis eos rapere. Verum, subjicit, quid ego multum de futuris laboro temporibus? qui possum in meis, qui fuere, discipulis edere non paucos, in honoribus egregie jam versatos. 9. parum ad rem nostram & ad historiae illuminationem facit, quod homines non e nominibus suis, sed e patria cujusque sua designat. Pa-

phlago, Galata, Heracleota, qui ſunt? 19. τῶν μὲν. 21. f. ἀνήγαγεν. *reduxit.* 23. ἤνεγκε videtur eſſe h. l. pro ἀπήνεγκε, *retulit*, *ſecum extulit e provincia.* 33. f. λόγῳ, νῦν ἂν ἀμνημονῶν. cujus in alio quodam loco fortaſſe minore invidia diſſimulaſſem memoriam, ejus ſi nunc praetermitterem tacitum nomen, injuriae violatae amicitiae abſolvi non poſſe videor. 37. provinciam deſignat uberem, divitem, copioſam, unde facile ſit praeſidi, ſine civium incommodo, magnas opes acquirere. 38. aut ἐν delendum, ut ad ἑκάστοις ſubaudiatur ἀνθρώποις aut πολίταις, aut leg. ἐν ἑκάστῃ. ſcil. πόλει. 42. μισθὸν] ſportulas, quas afferebant Tyrii Andronico, praeſidi ſuo, appellabant primum donorum vel munerum nomine, quae conſueſſent praeſidibus omnibus ex more vetuſto dare. Quo nomine quum ille ea admittere nollet, appellabant alio honorifico nomine, μισθὸν, mercedem. dicentes, hanc eſſe mercedem vigiliarum pro ſalute ſua ab Andronico ſuſceptarum, quam mercedem & ſe dare aequum ſit, & eum accipere, quum mercedem laborum nemo paulo aequior neque deneget, neque recuſet, & invidia perinde ad dantem atque ad accipientem careat. 43. quinam erant illi magni Tyriorum ludi? Aſclepiane? *pen.* parum abfuit, quin Andronicus ſervos ſuos, ſi quos a civibus munera accepiſſe deprehenderet, obtorto collo arreptos in cippum daret; & quum tandem victus precibus civium pro ſervis intercedentium, ſervis poenam remitteret, juſſit tamen,

men, ut provinciales imposterum, se, qui rector esset, pro mercenario habere nollent.

605, 1. aut φόνῳ leg. aut φόνῳ τοίνυν χρῆσθαι μένος ἀρχ. 14. ὕβρεσιν. 15. ἐκείνους ἔχειν ἐγκαλεῖν, διδαχῇ δὲ [vel ὑπομνήσει δὲ] ὡς εἰδέναι, non contumelia, non convitio, unde fuisset justa Andronicum accusandi causa, sed docendo, aut monendo, eum se esse, qui mortalium neminem majoris, quam jus & fas faciat. 22. οἶκοι] erat enim Andronicus Tyrius. 25. κλῆσιν] vocatus enim a Procopio, imperium affectante, fuit ad Vicariatum Thraciae. v. Valesf. ad Ammian. p. 466. 29. ἁψάμενος] Procopius designatur. 35. μαχοῦνται] ipse, Andronicus, & Procopius, & caeteri, qui cum eo facerent. 39. Thessalorum probrum erat *proditio* & *perfidia*. ut aliquando Normannorum.

606, 1. ἢ] leg. εἰς. 16. ὑπ' αὐτοῦ. 28. τοῦ cum circumflexo, pro τίνος. 40. quare noli nunc, mi homo, solum hoc spectare, Celsum, eloquentiae quaerendae ergo e patria profectum, Athenas se contulisse, aliisque se doctoribus tradidisse, quorum aliqua mendaci gloria impletus fuerat; non hoc modo specta, tu, quisquis es, qui me carpis, qua mente Celsus Athenas venerit, sed hoc, quae ei mens fuisset, cum illuc esset delatus, & statum literarum, qui Athenis tum esset, cognosset. *penult.* παῖδα. & *ult.* ἐοικότα. invenies enim eum filium [h. e. discipulum] nostrum, & primis quidem similem, non autem posterioribus. h. e. referentem dictione

sua formam meae institutionis, qua usus est, antequam Athenas proficisceretur, non autem illius institutionis, quam, a me digressus, Athenis delibavit. τὰ πρότερα est institutio Libanii, τὰ δεύτερα, institutio magistrorum, ad quos a Libanio transiit Celsus.

607, 4. hic init tertium & postremum eundem hujus orationis, seu defensionis, seu invectivae locum, ut notatorem suum ipse vicissim teterrimis notis compungat. 9. ἐπίσαμαι μόνος, ἀδικοῦμαι ὃ μόνος τὴν γῆν οἰκῶν. solus novi, populos gubernare; injuria mihi fit in eo, quod solus terrarum orbem non incolo. 11. πλουτεῖς μὲν, κακῶς δὲ. dives es, verum id ais, sed malis artibus id consecutus. εὐπορεῖς, ἀλλ' ἐκ τῆς ὠμότητος — abundas opibus, sed ex crudelitate. 29. τούτου] scil. latronis. 30. τοῦ δὲ] sed foenerator non plane inhumanus meminerit interdum aliquid remittere, & humanitati condonare. ult. φύτῳ.

608, 1. est hypophora. Atqui, ait aliquis amicus aut defensor mei vituperatoris: egit tamen caussas, vel habuit orationes. ergo illiteratus non est, quod tu criminaris. respondet. Habuit, sed alienas. quas recitavit, eas alius exaraverat. 2. recte dat margo οὕτως. leg. item est ἔγημεν. hac ratione invenit uxorem, recitandis orationibus, alienis quidem illis, sed quas pro suis venditabat, pater enim puellae, quam nunc uxorem habet, magni faciebat literas. Quas jactas & circumfers orationes, novi, novi, quis eas

as scripserit. 7. omni contentione id agis, ut pro poëta, h. e. auctore & conditore illarum fabularum habeare, quarum non es nisi histrio. 8. ταῦτα] artes oratorias, quo loco sunt conscriptio orationum & earundem recitatio. 9. ut aliquis homo adolescens orationes ab aliquo emat aere suo, quas pro suis recitet, est id quidem turpe, proh dii, quotquot eloquentiae praesidetis. 12. τἄλλα δ' ἄν. 14. fuit ergo inimicus ille, cum quo Libanius hac oratione expostulat, commentariensis ab epistolis principis, aut si multum, quaestor. nam quaestorum erat, imperatoris literas praelegere, & item ejus literas in senatu recitare. 15. sic videtur distinguendum: γλῶτταν εἰς ἐπιςολὰς, πάλιν ὠνεῖσθαι. quanquam, ut verum fatear, illud πάλιν quid sibi velit, non intelligo. non enim de nova quadam orationum emtione hic agitur, sed de eadem, quam versu 6. notarat. 18. colligitur ex hoc loco, illum oratorem, qui hosti Libanii orationes a se conscriptas vendidit, etiam libellum conscripsisse de armatura equitis illa, quae totum hominem una cum equo tegit, (κατάφρακτον appellant,) sed quis ille auctor? saepe irascor Libanio, ita muliebri suae & insidiosae atque per cuniculos reptanti dissimulationi servienti, ut hodie ignorandum nobis sit, quos identidem notet. hoc est, sibi commentari, & intra os, in barbam, muginari, non posteris servire, non posteros clara & aperta oratione docere. 20. ὅπως] ut rem clam haberet. 21. non modo exemplum primige-

nium

nium illarum orationum, quas tibi vendiderat, servabat sibi, sed etiam τῇ τιμῇ προσεκτήσατο τὴν φιλοτιμίαν, λέγων [scil. τὸ γεγονός, vel τὴν σὴν αἰτίαν] οἷς ἠπίστατό σοι ἐχθροὺς. οἱ δὲ praeter pretium earum, quod a te tulerat, acquisivit sibi quoque gloriam ingenii, eo, quod totam rem aperuit iis, quos tibi infensos norat. 27. α] f. σὺ δὲ λεγόντων. 28. τῷ] leg. τό. Quod si ausi essent illi, ea, quae norant, proloqui, jam dudum audisses exemplum insigne meae intempestivae humanitatis. 37. f. ἐπέσχον.

609, 3. recte dat Morellus ἀρχῆς. 6. f. ζητῶν. aut si ζητημάτων servatur, deest ἐξευρών. quamquam quae illa sint ζητήματα, haud assequor.

AD ORATIONEM XXIX. (XXVII.)

DE PACTIS.

610. *ult.* ἐπανόρθωσιν. hic retorquens oculos ad loci versu 28. latinam interpretationem, video πραγμάτων versum esse *parentes*. quaecunque Morelli fuit conjectura, sententia loci haec est; cum res multae, vel eventus multi mihi saepe optionem dederint inter doctores. h. e. cum saepe contigerit, ut doctores ludi nostri inferiores, seu morte sublati, seu alio vocati, seu quocunque alio modo abstracti, locum vacuum relinquerent, facta mihi tunc est facultas, ut universi ludi moderatori, quemcunque vellem, in istum vacuum locum sufficiendi. constat enim aliunde

liunde (e vita, ni fallor) penes supremos ludorum magistros fuisse optionem hypodidascalorum, quod etiam in hoc nostro ludo literario, qui a civitate Lipsiensi quondam apertus est, quo juventutem suam bonis artibus imbuendam mitterent, quanquam qui hodie sunt cives Lipsienses, dedecori sibi paene ducunt, liberos suos magistris, quos ipsi publice alunt, committere, sed domi malunt in umbra, in otio, in disciplina contumaciae, libidinis & ignorantiae, sub magistris haud raro iis, continere, quibus ne calceandum quidem se facile quisquam tradat, nedum liberi hominis caput bonis artibus implendum homo sapiens committat: sed in illo ludo S. Nicolai nomine consecrato, fuit item olim moris, ut Rector collaboratores pro judicio suo deligeret. cujus moris mutandi auctor fuit Iacobus Thomasius circa A. 1672. ut nondum centum anni excesserint, ex quo vetustus mos usurpari desiit.

611, 1. τὸ] leg. τῷ. sed quod hic commemorat, sibi nullum esse aemulum, ἀντικαθήμενον, hoc enimvero non intelligo. erant utique non pauci aemuli ejus, de quibus haud raro queritur. 4. in margine est βλάπτων, leg. βλάπτον. 9. πρὸς] l. πρὸ. 20. ἡμετέρων] graecas literas designat. 21. τοῖς ἑτέροις] latinis. apparet, orationem hanc scriptam esse sub finem imperii Valentis, aut regnante Theodosio, cum latinarum literarum studium graecas obruere & obscurare inciperet. v. Vit. p. 71, 19. 27. πόνων. 28. ἀγωγαὶ] itinera

nera maritima, pervectiones, domo Romam, & illinc domum retro. 39. κτηθὲν. 43. recte Morellus conjecit διδασκαλείων.

612, 25. ἀμαθία raro sensu, cum ratione linguae graecae conveniente illo, hic usurpatur pro illa temporis & conditionis miseria, quum, vitio magistri aut disciplinae, discendo nil proficimus. Sententia est: legibus non imperari mercedem ejus disciplinae, a qua nihil in literis proficiatur. 26. aut πρὸς πατέρας delendum est, aut leg. sic: τὰς αὐτὰς δὲ καὶ πρὸς πατέρα φωνὰς ὁ υἱὸς, [subaudi ἀφίησι, ταύταις ταῖς πρὸς διδάσκαλον] ἃς αὖθις πρὸς τὸν διδάσκαλον ὁ πατὴρ ἀφίησι. his adolescentis vocibus ad magistrum, consentiunt eae, quibus patrem quisque suum domi dementat; quas voces rursus pater easdem magistro occentat. 39. f. ἀκριβῶς, ἀνθελκόμενοι εἰς τὸ κέρδος. non potest mentem penitus infigere meditationi, districtam emolumenti cogitatione. nisi volumus κέρδος non pro mercede disciplinae accipere, sed pro incrementis scientiae, quae e lectione & meditatione exsistunt. 40. ὅτῳ] leg. ὅτῳ, cuicunque.

613, 13. ἀμφότεραι] scil. αἱ ἀποστάσεις, καὶ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς ἄλλον, καὶ ἀπ' ἄλλου πρὸς αὐτόν. 43. ἔχεις.

614, 7. ἐπιτιμῶσι, nam ἐπιτιμᾶν dicitur. 11. αὐτοῖς. 23. ὃν ἄν. 28. ὁ δεύτερος] ille alter magister, ad quem adducis filium tuum, aut ipse

filius

filius accedit, relicta prioris magistri disciplina. 30. αὐτὸς potest ferri, sed tum debet tamen subaudiri ἑαυτόν. quanquam malo, αὐτὸν legi pro αὐτὸς, se non commissurum, ut tibi sit in se talia audendi locus.

615. 1. se statim a principio a recta via aberrasse, & puerum in disciplinam mali magistri abstrusisse. 9. εἴ τις] f. ἔτος, & tum διελθόν. 16. ἡμᾶς. & 18. ἡμετέρας. v. versu 27. & 28. 23. ὥς τι — significat dies Votorum, quinquennalia, vicennalia, natales dominorum, etc. 26. ἐκείνων] τῶν ἀρχόντων, tam cum praesides in theatra & circum procedunt, quam cum rursus illinc redeunt. 29. in iis elaboramus, in quibus non elaborare, vel a quibus otiari licebat, si id voluissemus. 30. σιωπῇ. nam si ejusmodi temporibus ingruentibus, scholae omnes, & cum caeteris nostra quoque conticesceret, non esset haec causa, cur a nobis ad alios discessio fieret. sed quia per ludos publicos nos tamen non otiamur, aliae autem scholae otiantur, ideo catervatim a nostra transitur ad illas. 31. ἔτι τοίνυν] si volumus gregem nostrum crescere, (id quod fieri potest, si libera cuique est magistri optio & permutatio) accendemur ad diligentiam in laborando. volet enim nostrum unusquisque de se laudem aliquam praedicari; quia expedit, exempla bonae disciplinae posse ostendere. discipuli quippe bene formati, & a fama publica commendati, viam iis, qui nondum ludum aliquem

quem literarium salutarunt, ostendunt, quem ad ludum inprimis eundum sit. Haec Libanius, vult nempe occurrere illi dubio, & illum tollere scrupulum, quem paulo ante ipse sibi injecerat; verendum nempe esse, ne lege illa, quam suadet hic Libanius, sancita refrigescat ardor magistrorum in erudienda juventute. Negat enimvero Libanius, id verendum esse: primo, quod ipsi segnes natura non sint, sed navi potius, quod exemplo docet. altero: quod desiderium augendi gregis non sinit quiescere, sed satis unumquemque ad strenue elaborandum stimulat. 37. πρὸς δὲ τούτοις] tertium subjicit locum, quo illi dubio occurritur. si necesse est, vereri, ait, ne lex illa secordiam disciplinae creet, occurretur huic labi ita, si patres liberos interdum examinent, quos si non sentient in literis proficere, constabitque culpam penes magistros esse, tum ad judicium eos arcessent, quod judicium constituent nonnulli e coetu magistrorum ipso cum aliis aliquot extraneis. antepen. καθιζέτω] subaudi τις vel ἕκαστος πατήρ.

616, antepen. f. πρεσβύτερον ἥττω νομιζέτω, nolit existimare, minus efficere posse, minorisque faciendum & levioris momenti esse [me] conciliatorem pacis, quam irritatorem & incendii follem; minus sophistam [me,] quam lenonem. [paedagogulum aliquem nequam, corruptorem juvenum, quos ab alio magistro abstractos suis

leno-

lenociniis & nugamentis ad alium traducat.] minus denique [me] senem, quam juvenes.

29, 4. οἷά τυ] scil. de me tum dicebas, cum — Hic incipit enarrare, quae Eutropius de se judicarit, & quando. Iudicavit nimirum Eutropius, Libanium delirare, bis; semel, cum per aliquem suorum familiarium Libanius Eutropium rogaret, ut litem aliquam vetustam, quae multos per annos pependisset, tandem aliquando disceptaret atque absolveret. Ibi Eutropius legato Libanii demandarat, ut ei renunciaret, sibi videri Libanium delirare. deinde (vsu 9. ὕστερον δὲ —) illo tempore, cum aliquis e numero apparitorum Eutropii ad se, Libanium, veniret, eumque juberet, Consularis nomine, surgere & ad eum venire. (Ambo nempe in eadem curia agebant. Consularis ibi tribunal habebat, Libanius auditorium) Apparitorem invitationi haec verba adjecisse, ait Libanius: tanto desiderio videndi ejus ardere Eutropium, ut cum primis salutationis verbis sit de tribunali exsulturus, & ad Libanium, amplectendi ergo, accursurus. Verum longe secus evenisse. nam cum ad Eutropium pervenissent ipsi ambo, tum Eutropium verbis aspe-

ris

is increpasse apparitorem, eique teterrima ma- comminatum esse, qui, injussu suo, Liba- nium arcessivisset; deinde feriisse latus equisonis, ut celeriter carrhucam admoveret; se enim domum festinare. tandem conversum ad assessorem suum, clandestino murmure ipsi haec verba insusurrasse: ecce rursus venit ille, nostras aures verberatum suis nugis. haec tum se quidem non audisse, postea sibi ab alio relata, qui audivisset; e vultu tamen Eutropii mentem ejus collegisse; ideoque statim discessisse, verbo ea de re nullo facto, de qua cum Eutropio agere decrevisset. haec est sententia hujus loci, qui emendate quidem editus est, non miror tamen, quod interpreti negotium facessivit, & mendosus visus est esse.

AD ORAT. TERTIAM.

AD SENATVM.

ad intelligendam hanc orationem, expedit conferre orationem in Morelli editione quintam, item 31. (29.) p. 633. & Vales. p. 427. ad Ammianum.

30, 1. ὅσυς] subaudi ἄρχοντας, ἢ καὶ βασιλέας. 5. significat τὺς ὑπάρχυς (cujus nominis hic scitam affert notationem) Praefectos Praetorio Orientis. 6. αὐτὸν] subaudi βασιλέα. designat Iulianum.

νεῖς τῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. aut τοῖς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. 24. ἐπιστησόμενος] ut derepente superveniret legibus, ut inopinato, insciis omnibus, in Ioniam elaberetur. solebant enim, qui domi functionum curialium onera subterfugerent, peregre proficisci.

37, 25. significat Iulianum Aug. v. Ammian, Marcell. p. 427. ult. 30. παρ' ὅτῳ] in quonam scrinio, vel in cujus tribunalis tabulario illa lex asservetur, ad quem honoratum esset missa, penes quem latitaret suppressa. *ibid.* προσετίθετε.

38, 8. τὰς δὲ καὶ τέρπει. 10. deinde redeunt domum, illa, quam alibi sustinuerunt, functione parum sumtuosa & facile tolerabili, hoc consecuti, ut hic, domi, ad obeundas functiones multo sumtuosiores cogi nequeant. 18. sic distinguo & lego: οἱ μικρά. δεσπόται δ' ὑν, καὶ διὰ τά. sed sunt tamen semper vestri domini, & filios vestros vident in dicasteriis coram se stantes, & causas agentes, cum ipsi sedeant, h. e. judicis personam gerant. 26. οἱ δὲ] illi autem deliciantur, & in lautis omnibus vivunt, & superbiunt, atque vos despiciunt, postquam ad honores pervenerunt, tametsi nullis defuncti sunt vestrae curiae functionibus onerosis. *antegen.* τοῦτο servetur, an τοῦτον legatur, & ad χρόνον referatur, perinde est.

39, 4. post ἀργοὶ videtur μένοντες, vel tale quid deesse. & tamen nemo nos objurgabat, aut diem nobis dicebat, nemo nos arguebat, & reos poenas faciebat, (quo tempore id licebat

facere)

facere) propterea quod privati & immunes mansissemus, & albo senatorio non essemus adscripti. respondet: Non ego nunc illud commemorabo, fuisse tunc quoque, qui gratias iniquas indulgerent, & multos clam subductos recensioni senatoriae fuisse, quos oportuerat ordini adscribi. Verum quis hoc non videt aut novit, ne licere quidem neminem ordini senatorio adscribere, tametsi sit vel maxime, qui neminem adscribere velit. nam si quis esset quidem, qui hoc vobis offerret, tanquam ingens beneficium, nemo autem id esset amplexurus (ut nemo certe est) esset vel sola oblatio tanti beneficii crimen poena dignum, & perspicua proditio animadversione castiganda. quae itaque metus est ne puniantur, ea noli ad voluntatem animi referre. h. e. noli committere, ut tu videaris id voluisse consequi, quod si convincaris perpetrasse, certa poena formidanda est. Id autem, quod ea poena sancitum hic designatur, est omissio recensionis senatoriae, seu perscriptionis in tabula nominum eorum civium, qui pro modulo fortunarum pares haberentur muniis senatoriis obeundis. 19. ἐκείνε] Iulianum Aug. designat, cujus in hac causa frequens & cum laude fit mentio. 29. ποιεῖτε an ποιεῖται legatur, perinde est. τῦτο redit ad τὸ μὴ ἐγγράφειν εἰς τὴν βυλὴν τὺς δικαίυς βυλεύειν καὶ λειτυργεῖν. idem etiam significat verbum ῥαθυμεῖν. *penult.* significat eum proconsulem Asiae fuisse. Chalcedon Bithynica designatur.

40, 5. ἔπεισε] Imperatorem, Valentem forte, ut legem daret ad emolumenta curiarum pertinentem. 6. Sed evenisse aliquid, quod imperatorem ad aliam sententiam traduceret, & in causa esset, cur ille aut supprimeret legem nondum emissam, aut revocaret jam ad civitates ablegatam. 11. τῶν βουλεύειν φυγόντων. eorum, qui curiales functiones defugerunt, aut potius τῶν φυγεῖν βουλευσαμένων. eorum, qui peregrinatione necessitatem obeundi munera curialia eludere jam decrevissent. 16. τοῦτο] subaudi ἦν vel ἐγένετο. Sed fac quoque tandem, hoc ita non fuisse, vel evenisse. at supersunt tamen asservata huic studio documenta Curiabus, unde, ipsis quae debeantur jura, constet. literae puta, ad Comitatum missae, verbis Curiarum, quae ibi, in Asia minore sunt, conceptae, malis curiarum petentes medicinam. 20. ἐκείνων] i. e. τῶν βουλῶν τῶν ἐκεῖ, illarum curiarum, quae ibi sunt, ubi Apronius tum gubernabat, h. e. in Asia minore, v. p. 39, *penult.* & p. 41, 3. ubi οἱ περὶ τὸν πόντον sunt curiae Bithynicae. 22. αὐτὸν] videtur ad Valentem redire. 23. aut pro βουλεύεσθαι leg. συμβαλέσθαι, aut leg. βουλεύσασθαι δὲ συλλαβέσθαι [vel ἐπικουρῆσαι vel βοηθῆσαι, vel tale quid]. τοῖς Βαλεντινιανῷ δ. 29. ταὐτά. *ididem.* & sic quoque v. 32.

41, 3. intelligitur ex h. l. & p. 40, 20. civitates Bithynicas, permittente Apronio, Valenti (ni fallor) literas supplices exhibuisse, quibus rogarent, ut defectus curiarum suarum supple-

plerentur, & leges darentur, quae non finerent unquam deesse curiis sua supplementa. *ibid.* culpa nostra factum esse, ut aut per nos stetisse, quo minus cupita consequerentur. 24. τὴν ἑτέραν] Romam puta. 25. ἑκατέρας φωνῆς] graeca & latina. 28. οὗτοι] qui Berytum abeunt. ἐκεῖνοι] qui Romam petunt. 31. καθιστᾶσι (per ι in secunda syllaba.)

42, 8. αὐταῖς an ἐν αὐταῖς legas, nil admodum refert. sententia prioris lectionis est, illas vias hoc velle, ut a curia auffugiant; ubi tribuitur viis ipsis id, quod eorum est, qui vias istas sequuntur. posterioris sententia planior paulo est haec: per illas vias licere a curia, h. e. a functione munerum curialium effugere. 10. nam qui aut Beryti aut Romae curiae sunt adscripti, opus illi non habent, neque isti linguae Romanae, neque hi juris prudentiae; quare vanus ille quoque praetextus est, si forte eo utentur, se aut Beryti aut Romae curiales functiones obire pariter posse, aut si quis ibi aut linguae latinae apud Berytum, aut legum Romae usus sit homini senatorio, id profecto parum erit; id quod constitit exemplo eorum, qui cum admodum nobilitati sint, tamen a neutro inclaruerint, neque a legum, neque a linguae latinae peritia. 13. ἔδειξαν ex imo margine debet praeferri. 15. sic distinguo: ἀλλ' ἀπὸ τίνων? ἐκείνων — sed a quibusnam tamen? ab illis nempe, quae quanquam in te nil deteriora facta sunt, tamen ad contemtum deciderunt, & insultan-

ſultantur. 20. τὰς ἑαυτῶν] ſcil. πατρίδας. 25. τῶν ἑτέρων] qui linguae latinae diſcendae gratia Romam proficiſcuntur.

43, 2. ἢ ὁ ἔφηβος αὐτὸς, ὁμολογησάτω. 3. ἐκείνοιν] legum & linguae latinae. *ibid.* ἄχρον. 4. ſe tamen nihilominus domum rediturum, & functionibus neceſſariis ſatisfacturum. 5. aut pro τοιοῦτον leg. τούτων, aut, ſervato illo, poſt ἐμελλήσατε addendum eſt οἷον, & ſignum interrogandi commate mutandum. Sed praefero prius. 19. reveremini enim literas. h. e. jura nimirum & privilegia ſtudioſorum minuere dubitatis. 25. leges vetant, advocatos, vel cauſidicos ad curialem neceſſitatem adigere: quos ſi quis vexet, & per vim cogere velit, nil agit, & deridiculo tantum eſt. haec eſt objectio, cui occurrit ſic verſu 28. ὑμεῖς δὲ — 29. παραβαίνετε & διδάσκετε ſunt imperativi. nolim quidem vos violare illas leges: at docete tamen — vel: atqui, quamquam non jubeo, vos illas leges migrare, facite tamen illis planum. *antepen.* οἵ] l. εἰ.

44, 1. ἔθνους] deſignat cauſidicos. 2. iniquum prorſus non eſt, poſt eas leges abrogatas, quae tamen civitatum ſalutis ergo latae fuiſſent, eas tolli, quae pro ipſis [cauſidicis puta] ſint latae in damnum curiarum ſeu civitatum. 4. ἐκείνων] ſcil. τῶν πόλεων καὶ τῶν βουλῶν. 5. f. ἡμῖν. Sed mittenda eſt legatio ad Arcadium, qui jam in virum adoleſcit, & flagrat deſiderio noſtram urbem videndi. quem jam mittemus in tanta

curi-

curialium paucitate? nam quo pauciores ſunt, tanto in illis eſt numerus minor idoneorum legationi obeundae. fac tandem eſſe quosdam in illis paucis, qui legationem ſuscipere velint: at intercedet morbus, & non erunt ferendo tam longinqui itineris moleſtias. videtis ergo, quam neceſſe ſit, etiam hoc nomine legationum obeundarum, plena & numeroſa habere collegia curialium. 19. κακῶν] malorum, quae numerum curialium ad tantam paucitatem redegerunt. 20. locus hic clare demonſtrat, hanc orationem paulo poſt ſeditionem Antiochenam conſopitam, h. e. A. 387. eſſe exaratam. 24. καὶ τὰ μὲν ὄντα. 27. Erechtheus enim amori & ſaluti patriae filias ſuas conſecrabat. Sed hi noſtri curiales nolunt eum imitari, ſed filias ſuas potius ad peſtem patriae accommodant, quas curialibus in matrimonium petentibus negant, collocant militibus. 30. οἱ δὲ] illi juvenes, Antiochenorum curialium filii, Romam navigaturi. 31. λιμένα] Seleucienſem puta, εἰδότων] ipſis curialibus, collegis patrum illorum, quorum hi liberi Romam proficisci inſtituunt, conſciis, quin hortantibus etiam ad iter ſuscipiendum, & ſuscepti conſilium laudantibus, fortaſſis etiam viatici nonnihil addentibus, mantiſſam illi viatico, quod parentes liberis abeuntibus addiderant. 34. τὸ] l. τῷ. ſcil. παρὰ τῶν γονέων ἐπιδοθέντι τοῖς υἱέσι. antep. ἐρωτῶσι] hi ſeu cives ſeu curiales Antiocheni, qui aliis curialibus auctores ſunt, ut liberos ſuos Romam mittant.

quentibus subjicitur & confirmatur, praestabilior esse. 18. f. τὴν δέσποιναν: proverbium est ἡ κύων ἐμιμήσατο τὴν δέσποιναν, de pauperibus & ignobilibus, divites & nobiles, victu, cultu, moribus, rebus omnibus aemulantibus. hic loci accommodavit auctor hoc proverbium ad infimam plebeculam, & ad famulos herorum, qui curialium Antiochenorum praedia & hortos a se emtos aedificiis amplissimis obruebant, ipsos quoque ad latus substructionum herilium suas tabernas appingentes.

51, 7. ἀλλήλοις. inter nos gaudemus alii aliorum malis. 23. περὶ τȣ̃] i. e. περὶ τίνος λέγοντες — διατρίψετε [scil. τὸν χρόνον]

AD ORATIONEM QVARTAM.

PRO SE IPSO PROPTER ANTIOCHI DEFENSIONEM.

ad orat. hanc v. Vitae p. 69, 20. sqq.

53, 7. τῷ σιτοποιῷ, 9. αὐτήν. redit enim ad βοήθειαν.

54, 14. ὁ ἄρχων] Icarius, qui Consularis Syriae fuit A. 384. ergo post illum annum scripta est haec oratio, aut illo ipso. 24. Φαινομένȣς.] scil. ἄρτȣς. τῶν ὄντων] h. e. τῶν παρόντων ἐν τῇ πόλει ἄρτων. ibid. ȣ̓κ ὀλίγος. ut redeat ad δρόμος. 26. προσήεσαν τοῖς ἐκπεπρακόσιν, ἐπ' ὠνῇ διδόντες ἀργύριον. Sic distinguo. ad panes, eorum, qui in urbe erant, conspicuos fiebat concursa-

tio

tio non modica. ad pistores, qui copias suas panarias jam plane distraxerant, accedebant permulti, offerentes pecuniam pro pane, quem emere volebant. sed cum ab illis pistoribus audirent, nihil sibi panis superesse, & idem quoque suis oculis cernerent, abibant. — 31. ἡμέρα δευτέρα. (in nominativo) subauditur enim ἐγένετο, vel ἦν, vel tale quid, & rursus penult. τρίτη.

56, 5. δὲ primi loco leg. est μὲν. 12. v. hac de re Vitae p. 65. ubi res paulo aliter narratur. 28. οἱ μὲν] scil. pistores. post ἐλέλυντο videtur τοῦ φόβου deesse. nisi malumus οἱ μὲν ad panes referre. subaudiendum tum erit ἀπὸ τῶν καμίνων. cum panes furnis liberati, h. e. percocti erant. 30. κείνων] panium puta.

57, 1. οἴονται] f. ἥδονται. 5. ἡμεῖς] scil. ἡδόμεθα. 13. ἐφίστησι] Icarius, Consularis. 16. comma pone τοῦτο promovendum. arbitratus illos, quos Candidus ipse subornaverat, ut hoc flagitarent, totius civitatis personam repraesentare. 24. f. ἀρτοποιοὺς ἀρτοποιοῖς.. 27. τέχνῃ] subaudi στρεφομένων. ult. ξαίνει.

58, 2. ut ad ejus saevitiem & crudelitatem Coccus nil videretur comparatus. Cocci cognomen adhaeserat Proclo, Icarii decessori. v. Orat. Liban. Morell. p. 464. 29. hoc versu, aut post ὀνείρασι, aut post πληγὰς, deest verbum aliquod. e. c. ἐθορυβήθην, aut ἐταράχθην, aut ἐπτοήθην, aut ἀνεπήδων, vel tale quid. 32. ἐῤῥιμμένης. duplici μ.

59, 5. ἐξετάσει] significat colloquium syndici civitatis cum Icario Consulari. Erat enim syndicorum, in caussis civium interdicere apud praesides, & ad eos de injuriis, quae civibus factae essent, agere, v. p. 68, 13. 15. f. ταὐτό.

60, 2. τὸ πρῶτον] idem est h. l. atque τὴν ἀρχὴν, plane, unquam, ullo modo. 3. τοῖς παρ' ἡμῶν] scil. γεγενημένοις καὶ εἰρημένοις. 17. τις] leg. τοῖς. 34. τὰς θεὰς ἐχόντων τῶν λεγόντων ἐλθόντων: ne tum quidem, cum, qui cum pistoribus agerent, omnes formulas jurisjurandi, habentes omnium deorum nomina, persequerentur, ut nullam sibi reliquam facerent formulam jurandi. Constructio haec est: καίτοι οἱ λέγοντες ἦλθον διὰ πάντων ὅρκων ἐχόντων ἅπαντας θεὰς μάρτυρας.

61, 11. ταῦτα μέντοι] scil. πάσχω. 15. αἰδὼς] scil. ὅτι ὑπ' αὐτῦ ἀπόλλυμαι.

62, 7. κακὸς ἂν ἦν ἐν οἷς — 17. εἰ γὰρ —] apodosis hujus periodi est in verbis v. 27. ἐκείνας τ' ἂν — 24. ἀρτοκόπων, nam ἀρτοκόπος nemo unquam dixit, quanquam a πέπτειν potest derivari. antepen. comma tolle ab ἦν, & defer ad λόγων. dictio ὰκ ἂν πιςὸς ἦν ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων significat: non inveniret, vel non invenisset fidem eadem oratione utens, atque antea.

63, 10. φησὶ] Candidus. 13. μέντοι] leg. μέν τι (sine ο) 34. ἀλλὰ ταῦτα ὰκ ἐρῶ.

64, 12. οἷον] ita nempe validum & robustum, ut est filius Candidi, quem pater apposuit spiculatoribus Antiochum caedentibus, ut ab

ipsis

ipsis praescriptum plagarum numerumque modumque exigeret. 15. τῦ ῥήματος] jusserat nempe Icarius, Antiochum νυθετεῖσθαι. quo verbo utimur ad paedagogos, quibus liberos nostros castigandos committimus. v. 65, 7. 34. εἰσηχὼς est forma bona, sed parum usitata. 36. post καὶ deest aut ταύτης aut τῆσδε.

65, 12. ὅτε νῦν] scil. ἀνέξεται.

66, 36. ἑλκύσης ἢ] idem est, ac si dixisset ἑλκύσης μᾶλλον ἤ.

67, 12. saepe queritur, praefectos caeterosque magistratus factionalibus nimium servire. 16. πείθει δὲ] scil. illud ipsum jus & fas, ut etiam simultates & odia hinc exstitura aequo animo feram.

68, 13. ἐλέγχοις] est idem atque ἐξέτασις, quo vocabulo usus est p. 59, 5. significans expostulationem syndici civitatis cum Candido, coram Consulari, cui expostulationi se interfuisse, ibidem ait Libanius. 20. ἐργαστηρίῳ] videtur h. v. h. l. significare collegium opificum, pistorum puta. Spiculatores erant milites, quorum erat, a sontibus condemnatis poenas petere suppliciis infligendis, quod olim lictores, & in servis carnifices faciebant. frequens mentio fit illorum spiculatorum in Menologiis, & formae quoque eorum apparent in Menologio Basiliano Romae edito. 28. ὃ] l. ὁ nam ille spiculator, qui ab uxore Antiochi numos acceperat, ut clementer eum caederet, cum negaret, se illos numos a trapezita accepisse, quamquam

acceperat, necesse habuit, illos numos ad mensam referre. tantundem ergo fuit, ac si non accepisset, & ac si, qui dederant, nil dedissent; sua enim recuperarunt.

69, 16. est idem ac si dixisset ἕνεκα τῆς τύχης τῆς ἴσης κατὰ [vel περὶ] τὴν φύσιν τῶν υἱέων. quorum parentibus merito congratuleris de benigna fortuna, qua ipsorum liberi, quoad ingenium vel naturae bona, usi sint. 17. ὁ μὲν] Augarus vel Abgarus intercessit apud me pro suo fratre. 18. ὁ δὲ] filius Augari, silentio & vultu dejecto, confirmavit intercessionem sui patris, & ipse quoque tacite supplicavit pro patruo, ne litem in meum prosequerer.

AD ORATIONEM QVINTAM.

PRO SENATORIIS ORDINIBVS.

ejusdem argumenti cum tertia.

70, 2. καὶ τὸ] significat praefectum praetorio orientis. v. vsu penult.

71, 17. αἱ βελτίους] scil. ἦσαν ἐν τοῖς βουλεύουσι. 21. denotat Constantinum M. 33. v. §. 17. in oratione a Fabricio edita T. VII. Bibl. Gr. p. 192. 193. *ult.* fiscum compilantes, principalibus bonis & arvis pinguescentes.

72, 16. cum adhuc magister libellorum supplicum esset. verum τῶν δεήσεων debet h. l. *sacrarum largitionum* reddi. dicitur enim in continente Cynegius paulo post mandatam ab Impera-

peratore curam reddendae curiis vetustae dignitatis, antequam eam curam capessivisset, factus esse praefectus praet. or. sed Cynegius A. 384. factus est Pr. Pr. or. & ab A. 381. usque ad A. 384. fuit Comes sacrarum largitionum. necesse igitur est, ut aut lapsus sit Libanius memoria, aut ut τῶν δεήσεων h. l. non libellorum supplicum, ut vulgo solet verti, sed sacrarum largitionum reddatur, aut denique, ut magister libellorum supplicum idem cum comite sacrarum largitionum fuerit, quod non improbabile est fuisse, saltim per tempus aliquod. 23. ἀφιέναι] subaudi τῦ βυλεύειν καὶ τῶν λειτυργιῶν. v. p. 73, 12. ne quem sineret abire [h. e. immunitate curialium onerum gaudere] propterea quod is ἐν ἀρχῇ in honore seu magistratu aliquo majore palatino fuisset. 29. ματαίοις θορύβοις] designat tumultus, quos toleravit Cynegius in Aegypto propter destructionem templi Sarapidis aliorumque fanorum. qua de re v. Histor. Eccles. & Tillemont V. p. 234. sqq.

73, 7. βοῆσαι τὰ τῶν ἀδικυμένων] scil. ἔπη vel βοήματα, clamare verba, vel clamores illos, quos edunt hi, qui vim & injurias patiuntur. minari, nolle loco decedere, priusquam impetraverint rogata, nisi vi & pedibus extrahantur & ejiciantur. vel etiam potest haec sententia esse: si senatores nostri vere voluissent numerum suum augeri, & opes suas amplificari, debuerant ad genua praefecti praetoriani, aut consularis procidere, & cum lacrymis obsecra-

re, ne sibi injuria fieret haec, ut aut ipsi, aut collegae sui, praetextu honorum comitatensium alio vocarentur, & protestari, se in urbe patria & in functione sua curiali mansuros, neque illinc discessuros, nisi summa sibi vis fiat, a qua inviti extrahantur. Verum illi nihil horum fecerunt. 10. ἐκλήθη τις] dubium quo, num ad curialem functionem obeundam, an ad honorem aliquem palatinum. mihi prius potius videtur. Conscribebatur scilicet a curialibus index eorum, quibus esset census senatorius. Ille census exhibebatur Consulari. Consularis eos, quorum nomina in illo indice scripta essent, ad se vocabat, & iis injungebat necessitatem obeundi functiones curiales. verum illi recusabant, & alii alia excusabant, eamque in rem saepe etiam voce advocatorum utebantur. de hoc ergo malo more queritur h. l. Libanius. Vocatus est aliquis, ait, nempe denominatus curialis, ad Consularem. venit proxime secum habens advocatum, qui paucis modo verbis factis & frigida quadam prolata excusatione eum, pro quo verba facit, necessitate curialis functionis liberat, curialibus vetustis, illis, qui istum indicem exhibuerant, conticescentibus. potest ἐκλήθη τις etiam de eo accipi, qui, cum deberet Antiochiae curialia onera ferre, eorum metu alio concessit, & ibi honores palatinos aut militares ambiit atque capessivit. ille jam domum revocatus ad obeunda munera curiae negat venire, sed excusat honores suos. ibi statim

tim ei patronus causae adest, qui citissime nulla opera paucissimis verbis eum illa necessitate liberat, quod curiales etiam facile fieri patiuntur, neque contra pugnant. vel etiam peregre aliquis agebat studiorum causa, Beryti aut Romae, vocatur nunc domum. recusat venire. excusat labores literarios. brevi absolvitur. 12. ἀφεῖσθαι] ἀπὸ τοῦ βουλεύειν δηλονότι. v. p. 72, 23. 14. post μὲν aut subaudiendum est, aut potius addendum καιρούς. ante hanc oportunitatem amplificandi sui ordinis, multas alias oportunitates secundissimas e manibus dimiserunt. 19. φεύγουσι] scil. τὸ βουλεύειν.

74, 6. στρατιῶται. 9. sententia est: obi eum ordinem, in quo te tua sors nascendi collocat. pater tuus, aut avus paternus maternusve fuit curialis. necesse igitur est, ut tu quoque sis. 20. γραμμάτων. 26. τοὺς μὲν] scil. ἀποδεδρακότας τὸ βουλεύειν. 27. πρὸς δὲ τοὺς] scil. ἄρχοντας. 35. διδόντων.

75, 8. τούτοις] scil. τοῖς ἀσθενεστέροις ἐν τοῖς βουλευταῖς. τὰ κείνων] scil. βάρη καὶ λειτουργήματα. hi curiarum proceres, viri praepotentes, onera decurionatus, a se in illos infirmos, quos pro lubitu agunt feruntque & vellicant emunguntque, amoliuntur & devolvunt. 10. τούτων hoc non eodem, quo superius τούτοις, redit, sed eo, quo κείνων, scil. praepotentium. emolumenta ex administratione reip. exsistentia augent horum praepotentium rem familiarem. 17. ἑστηκότας] per contemtum. nos solos desertos,

 deso-

desolatos stantes, ab omnibus derelictos. 22. ante δὲ ἡμῶν τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς deest hoc membrum δὲ ἡμῶν τὰ ἐν ἄστει. 26. quicquid rerum agendum est, eadem tamen eorundem nomina audies, quibus res natura diversissimae & numero quam plurimae mandantur, quanquam vix uni aut duabus iidem sufficiant.

76, 7. οἱ δὲ] scil. βουλευταὶ οἱ νῦν ὄντες. verum hi pauci, qui nunc curiis dominantur, nolunt, illos istud onus capessere, tametsi hi velint. ad eosdem οἱ δὲ redit versu 12. 13. προειπὸν si bene habet, sententia haec erit: hi semet ipsi curatores ludorum curulium, vel circensium renuntiant, aut nuncupant. nolunt alios ad ejusmodi rerum administrationem venire, sed aperto capite se profitentur futuros earum administratores. *aperto capite*, h. e. impudenter, sine verecundia. 20. sic distinguo: τί οὖν? πονηρὸν — quid tum? quid ex eo enascitur? hoc nempe — tempus curiis noxium & importunum hi induxerunt. 26. τὰς αὐτῶν] scil. πόλεις vel πατρίδας. deinde pro τῷ leg. ᾧ. 32. τι] l. ἢ. quis quaeso talibus sit amicus.

77, 9. τὸ] scil. quod traditus & recitatus Consulari Syriae sit index eorum, qui curiales functiones subterfugiant. 11. τοιούτοις] ejusmodi sunt codicilli ad remp. pertinentes, quo de genere etiam est index paulo ante commemoratus. 17. μηδὲν. 20. συνηγωνισμένοι] scil. τῇ βουλῇ. 25. δεχόμενοι] imo vero διηγούμενοι. e tribunali egressi metunt mercedem gratiae ibi,

tan-

tanquam sementis sparsae, narrantes cum risu ad illos, qui proditione sua, periculum effugerunt, quam egregie sibi proditionis stropha successerit. 27. οἱ δὲ] scil. οἱ διαπεφευγότες καὶ ἀφειμένοι. penult. μὲν] respondet δὲ p. 78, 3.

78, 2. τρεῖς] scil. ἐδίδοντο τῇ βουλῇ. est interrogatio cum admiratione & indignatione. 3. τούτων] designat illos tres curiae adscriptos. οὗτοι] designat veteres illos curiales, in curia praepotentes. 7. versum hunc non intelligo, nisi pro λαμβάνειν subjicimus διδόναι. 8. videntur quaedam deesse, interea sic utcunque locum sarciamus: εἶτα τίς αὐτοῖς ἦν ὁ ἄρχων? quid tum Consularis? qualem erga eos se gessit? ἦν (εὖ ποιῶν) χαλεπὸς — erat, in quo etiam recte & laudabiliter fecit, erat saevus & asper in eos, qui istos liberassent, cernens in iis, qui immunes dimissi erant, improbitatem eorum, qui hos dimiserant. 10. ἀφεῖντο. id est ἐν τούτοις, οἳ ἀφεῖντο. 18. οὐδεὶς] scil τὸ φανερὰ καθιστάναι τὰ τούτων ὀνόματα. 20. οἷς] malim οὓς. Constructio haec: οὐκ ἂν ἐλύπουν τούτους, οὓς ἐφοβοῦντο, ἐν τοῖς ὀνόμασιν. non videntur aegre facturi esse illis, quos metuebant, in exhibendis eorum nominibus. 21. ἐν τοῖς δευτέροις] id est ἐν τῷ ἀφιέναι αὐτοὺς καὶ ὑπερμαχεῖν αὐτῶν. 22. τοῖς συμμάχοις] λόγοις subaudi aut ἔπεσι, est idem h. l. atque τῇ συμμαχίᾳ. 23. σπέρματος] per indicem puta, in quo ipsorum nomina scripta erant, qui index semina tenebat incendii, quod ingens poterat exardescere, nisi statim a prin-

cipio sedulo esset oppressum. 24. αὐτῶν cum spiritu aspero. cum sibi arrogant, & se jactant in hoc, quasi suo, praeclaro facinore, quod ipsi sint illi, qui nominum indicem exhibuerint. — 27. ταῦτα] scil. se allegi in curiam, & nomen suum in candidatis curiae scribi. 28. περὶ τὴν αὐτῶν] subaudi πατρίδα.

80, 9. f. αἰτούντων πρὸς χάριν. neque rogantibus gratiae loco, ut Argyrius sibi condonaretur, concessit. 15. καὶ νῦν] scil. βουλεύειν. 18. ἀνθρώπους (in accusativo.) 25. ἐκεῖνος] scil. ὁ στρατηγός. verumtamen, quanquam ille dux reliquorum curialium, remp. improbe tractantium, suffragia, tabulis scriptis consignata habebat, quibus illi testabantur, se illis tribus tribunis curialium functionum gratiam facere, cum Letoii suffragio destitueretur, nil habebat, nil profecerat. 30. αὐτὸν] Letoium. ἤλπιζε] dux ille nominis ignoti. ἐκλύσειν] constantiam & pertinaciam ejus in tuenda dignitate senatus Antiocheni se esse emolliturum, & velut arcum intentum retenturum. *antepen.* τὸ βιβλίον] Letoii suffragium, literis scriptis consignatum, quibus testaretur, se non intercessurum, quominus illi tres tribuni, ducis in gratiam, a functionibus curialibus liberentur.

81, 7. συνοίσοντα] l. συνοῖσον τό. 17. εἰλημμένον] vinculis legum & fori constrictum & irretitum. 18. τῆς βουλῆς non cohaeret magis cum ψήφῳ, quam cum γεγενημένον, sed ita stat in bivio, ut ad utrumque pariter referri debeat. qui

judicio,

judicio, seu sententia judicis post caussam discussam & disceptatam pronuntiata, & suffragio curiae factus est unus curiae, seu jussus est in ordine curialium agere. 23. χρημάτων] subaudi ἥττω vel ὑποχείριοι. 26. αὐτοὺς] scil. τοὺς ἐγγράψαντας, καὶ ἐπιδιδόντας τὰ τινῶν ὀνόματα. ἑτέρωθεν est idem atque ἑτέρωθι, *alibi*, aut *alia de caussa*. 27. θήρασον] o tu, quisquis es, senator, venare alios, qui tui collegae sint futuri; & tene, si quos ceperis.

82, 4. ἰσχυόντων ἐπὶ τὸ πρῶτον, τὰ τείχη κ. 14. leges designat illas, quae parentibus imponunt necessitatem, liberos educandi, qua par est, & bonis artibus imbuendi. 22. interea dum vibices consanescunt, redeunt ad antiquum, & manus rursus exercent vetus studium, furandi puta.

83, 1. f. γὰρ addendum ad μὲν. 9. ἐπιτίθεσθαι. 11. post ἐκείνων subaudiri debet μᾶλλον. si decreta curiae & praefectorum & imperatorum irrita, & jussi quidam curiales functiones obire tamen absolvuntur, culpa non magis istorum est, qui hoc facinus machinationibus suis emoliuntur, quam horum ipsorum, quibuscum decerto, senatorum nostrorum. 13. τούςγε] nostros senatores. λάβωσι] illi, qui effugere curiales, quibus damnati sunt, functiones student, eorumque amici & protectores, qui gratia & calliditate sua sciunt legum vincula perrumpere. 30. ἀναρθείς.

84, 14.

84, 14. ὁρῶσι. 21. δὲ] f. τε. 26. μὴ] leg. τά.

85, 11. ἐπανελθόντες] reversi ad comitatum seu CPlin, unde ablegati fuerant, magnificentius de Phasganio praedicabant, quam — 24. loco secundi τά τε leg. est τά γε, aut simplex τά, aut tandem καὶ est delendum. 27. sic distinguo: εἰσπράττοντα, τοῖς ἑαυτοῦ χρήμασι λοῦσθαι — eundem hominem gaudere multis & muniis & appellationibus, ipsum eundem & exactorem tributorum fiscalium esse, & praebere plebi balneum suis opibus, & esse ipsum balneatorem. egregie locum hunc illustrat alter Libanii apud Fabric. B. G. T. VII. p. 192. 26. τὰν τῷ βαλανείῳ.

86, 2. νῦν] l. νῦν. hunc, qui nunc obtinet, Consularem. 8. f. ἑωράκειμεν μόνους τῷ δικαίῳ συναγωνιζομένους, ἀλλ' οὐδέ ἐστιν εἰπεῖν ὅσους. non solos tres vidissemus juri & aequo succurrentes, sed nescio, quam multos alios. σὺ τοίνυν ἀνθ' ἁπάντων — 13. quae curiae tua cura non minus utique dignae sunt, quam exercitus & castra. 14. αἱ μέν γε] scil. δυνάμεις. milites tui. 15. αἱ δὲ] curiae puta. 19. est idem ac si dixisset οὐκ ἐστιν ὑπὲρ ὅτου καλὸν ἦν κινδυνεύειν.

AD ORATIONEM SEXTAM.

QVAE EST PRO THALASSIO.

v. epistol. 842. 846.

89, 4. ὡς μὲν οὖν οὐκ ἴσον. 6. ordo, qui aegre fert, si videat esse, quibus videatur non plane

incom-

incomparabilis [h. e. plane contemnendus & despiciendus] esse. 15. τὸ πλέον] victoria obtingat ei, quod numero & dignitate est potius. 18. τιμῇ] videtur dictio paulo durior τιμὴ περὶ τὴν ἀλήθειαν. ferrem πρὸς τὴν ἀλήθειαν: aut servato περὶ, videtur σπουδῇ pro τιμῇ requiri. Potest tamen vulgata defendi, si τιμὴ περὶ τὴν ἀλήθειαν accipimus pro τιμὴ τῆς ἀληθείας: ita apud Diodor. Sic. ἡ περὶ τὸ ἄροτρον εὕρεσις pro ἡ τοῦ ἀρότρου. ἡ περὶ τὸ αἷμα ῥύσις, pro ἡ τοῦ αἵματος, & alia talia. 21. post μόνον videtur τὸ δίκαιον deesse. 26. ἄνωθεν] scil. ἄρξομαι, jam supra alicubi eandem dictionem annotavimus. 29. τούτοις] Optato & ejus sodalibus, cum quibus deinde expostulabit. antepen. f. ἐπὶ τὸ τοῖς ἄλλοις τῶν κτηθέντων [vel παρόντων] μοι μεταδιδόναι. ut eas literas, quas mea mihi assiduitate comparassem, aliis impertirem.

90, 4. φύλακα τῶν δεικνυμένων ἡμῖν] ex hoc loco & iis, quae postmodum p. 106, 20. dicet de Thalassio, cui alibi etiam (ut edit. Morell. p. 563.) similia leguntur, colligo, fuisse morem vetustum, ut recitantes aliquod opus apud aliquem amicum suum ejus codicem deponerent, unde exemplum petere possent, si qui ejus operis habendi studio tenerentur. 6. Maximus hic aut est Ephesius ille philosophus Iuliani Aug. familiaritate & supplicio sub Valente tolerato nobilis, cujus carmen περὶ καταρχῶν a Fabricio editum in Bibl. Graeca exstat; aut potius est ille Galata Hyperechii pater. 20. διατρίβει.

21. διὰ

Respondet cavillans & amare irridens. Ita me Deus amet, est Optatus, Aegyptiis quidem, & [hi] menses, quibus illi paruerunt, adorant. hactenus subsannans, nunc serio. Imo vero tam diris illum probris onerant, ut publice clament, Optatum suppliciis dirissimis necandum, barathro abjiciendum, & inde rursus extrahenda ejus ossa, cremanda & auris atque fluviis spargenda esse. 11. τοσύτων an τοσῦτον legatur, perinde est. 14. ἰσχυσάντων & προδεδομένων. nam de tempore praeterito loquitur. 27. sic distinguo: ἤρπασεν ἐξ ἱερῶν, ἐπὶ δικαστήριον μετέθηκεν.

96, 3. f. ὐδ' ἐθείρας πολιάς. sic ego dudum conjeceram. nunc autem videtur nihil esse mutandum. sententia est: cum Optatus Ptolemaei canos non reverebatur, immemor erat Homeri, de reverentia ab Achille canis aliis, illis Priami puta, habita. 9. ἀπ' αὐτῦ τῦ γήρως] ea sola de causa, quod senex erat, & canos alebat Ptolomaeus, eum vexabat Optatus. 17. Colligitur ex hoc loco, Optatum, cum Augustalis Aegypti esset, philosophos, praesertim illos platonico-pythagoricos, seu eclecticos, magiae deditos, exagitasse, unde colligo, Christianum eum fuisse, & recte me conjectasse paulo ante, p. 93, 23. αἱμασιὰν esse cellam alicujus eremitae, aut coenobium aliquod, patescit ex eo quoque, quod Thalassium senatu Antiocheno exclusit, philosophum eidem sectae, & Maximo Ephesio deditum, qui Maximus fuit amicissimus Iuliano, homini Chri-

stianis

stianis tam inviso. 22. μαθήσεις] describit philosophiam τὴν θεουργικὴν vel potius νεκρομαντικὴν καὶ ψυχοπομπικὴν καὶ δι' ἐντέρων ἀνθρωπείων τὰ κρυπτὰ θηρωμένην. 26. τοῦ παραδείγματος] videtur Ptolemaeum designare. cum ille seu ultro, seu jussus, Agypto excessisset, etiam reliqui philosophi, juniores magistri, principe suo sublato, emigrabant, & discipuli magistros suos desiderabant. 30. πεποιηκώς. 35. significat Optatum, successore misso, in vinculis translatum esse CPlin ad reddendam rationem praefecturae gestae.

97, 5. non quo bonum virum & honestum, & ea opera atque commiseratione dignum ducerem Optatum. 9. significat CPlin, quo ductus ex Aegypto fuerat Optatus in vinculis, itinere non maritimo, sed terrestri per Antiochiam, ubi Libanius miseria ejus motus pro ipso intercedens consequi precibus hoc studuit, ut in vinculis clementius & benignius haberetur. 15. τοῦτον] Optatum ἐκεῖνος] Clearchus. 34. δούλην] ei puta, Optato.

98, 1. τοιοῦτον] scil. δουλεία. 6. locus hic est perobscurus, mihi quidem, nisi verum est, quod ex eo suspicor, oculum, forte dextrum, Optati minatum aliquando fuisse vitium, & aegre servatum esse. ut ἐκπηδῆσαι h. l. idem sit atque ἐκπηδήσειν, & φάσκοντα pro ἀπειλοῦντα, sane saepe φάσκειν & φάναι apud Homerum pro asseverare cum jactatione sui & comminatione usurpatur. 9. novum ingreditur argumentum Optati con-

θυγατέρα. 9. videtur Optatus major, cujus hic noster ex uxoris fratre nepos fuit, ludos circenses edidiſſe in conſulatu, in quibus curſores exhibuit mirifica & inaudita celeritate. 13. ὅπερ ἔφην] cauponis puta. non caret hoc livore, & ideo quoque attulit, ut morderet. 14. τῆς αὐτῆς] Paphlagonia puta, quae paulo ante commemorata fuit. malim tamen τῆς αὐτῶν. patria ſua. 15. τρέχουσι] Romam puta, ubi Optatus, ſororis ſuae maritus, Conſul erat. 23. μετρίου] pater enim fuerat commodus & bonus. v. v. 11. 27. ταῦτα] haec Optati adverſus Thalaſſium dimicatio, ejusque inſectatio. 28. μάθῃς] ſcil. ὦ βασιλεῦ. Theodoſi. 29. poſt τῇ βουλῇ deeſt ἐπιχειρεῖν vel συλλαβέσθαι. 31. μαστρωπός. per α. in media ſyllaba, & ſic quoque v. 34.

103, 7. παιδευομένων] ſubaudi παρ᾽ ἐμοῦ, vel παρ᾽ ἐμοί. 11. θρασύτερον ποιῶν] juvenem impudicis digitis pertrectans. 19. χρήζοντα] Optatum. 22. ἐπιτίμησιν] illam, quae v. 12. & 13. continetur. 25. καιρὸν] illud nempe tempus, quo Thalaſſius ordini Antiocheno reſcriptum principis exhibebat, quo jubebatur Thalaſſius in illum ordinem allegi. 26. ἐκείνων] illorum priſtinorum officiorum, quum Sabinianus Optati libidini adoleſcentes formoſos & robuſtos adducebat. 28. αὐτὸν] Sabinianum. 29. δεύτερα] ut impoſterum quoque de hoc ſtudio libidini Optati gratificandi nil remitteret. 30. πρόθυμος.

104, 6.

104, 6. ſic clamabat Optatus: Excluſi Thalaſſium ſenatu. Iam ultus ſum Libanium pro injuria, quam mihi olim per Thalaſſium faciebat, cum Sabinianum, conciliatorem meorum gaudiorum, a ſchola ſua depellebat. 9. quam igitur gratiam ſenatus Optato debebit, ſi machinationis illius contra nos ab eo conſtructae, qua Thalaſſium ſenatu excluſit, non amor quidem erga ſenatum, quem ille amorem mendaciter prae ſe fert & jactat, ſed aliud quidpiam privati in nos odii fomentum in cauſa fuit. 12. notum proverbium graecum ex Homero ductum Πάτροκλος πρόφασιν, quod de ſimulatoribus & doloſis omnibus uſurpatur, qui ſuis moribus honeſtam praetendunt cauſam, ſed reapſe turpes deſignationes ſpecioſo praetextu occultant. Lugebant captivae Trojanae, per ſpeciem Patroclum, ſed revera mala ſua. ſic quoque Optatus ulciſcebatur, non curiae injurias, quanquam id prae ſe ferebat, ſed ſuas privatas, quanquam id eum fateri pudebat. 17. ergo Sabinianus etiam curiae adſcriptus erat. 18. δὴ] l. τῇ. 21. ſunt hi, quos Arabes قيون a ſingulari قين appellant, & graeci medii aevi κωμοδρόμους, nos *Keſſelflicker*, quum volumus homines abjectiſſimos & ſpurciſſimos ſignificare.

22. ſic Verres quoque. 31. Hactenus refutatio Optati. Iam incipit refutatio argumentorum Procli contra Thalaſſii receptionem in ordinem Antiochenum. 32. καὶ νῦν] nam antea

as ad aedes accessit; & cum haberes ejusmodi hominum tantam turbam, ut alii alios premerent & conculcarent prae multitudine, nihilominus tamen, quanquam noras, domi tuae Thalassium esse, & ubi sederet, non aegre tulisti, neque eum accipi & custodiri jussisti. *penult.* significat, fundum illum modicum quidem & tenuem esse, at talem tamen, qualem possideat homo justitiae studiosus, & amatus a suis colonis, quos aequitate & beneficentia sustineat.

107. 1. νοσοῦντος ἔτι] nempe σοῦ. te, Procle, adhuc aegrotante, redibat ad Antiochiam Thalassius ex agello suo. 10. p. v. p. 106, 11. 13. qui te in turba prosequebatur, quoties tu publice in carrhuca prodires. Praefectis & comitibus atque ducibus & vicariis jus erat in carrhuca ab equis tracta procedendi in publicum, quod alii nemini neque honorato neque privato licebat. & haec carrhuca ἅρμα, vel ζεῦγος, erat insigne, unde honos ipsorum agnosceretur. procedentem in carrhuca praefectum proximi prosequebantur intimi amici, paulo post minus necessarii. postremi ibant clientes. quos praefecti facerent summi, eos sibi assidentes habebant in carrhuca, qui summus erat honos. v. p. 155, 7. Pergit: si tu porro, Procle, saeviu aliquid in Thalassium statuisses, non poterat nobis id latere. habebamus enim multos amicos in comitatu tuo, qui ad nos de tuo erga nos animo certo certius relaturi erant. 15.

ὄντων

ὄντων φίλων] scil. ἡμῖν. 20. nova Procli argumentatio. necesse mihi erat, jura curiae tueri, alias si tacuissem, & Thalassium sine certamine admisissem, metuendum erat, ne curiae suspectus forem, isque ei viderer, qui ipsi adversarer, & commoda ejus negligerem. 26. οὐδὲ φράσω, omittam hoc in praesens, quod ne tum quidem satis justa fuisset Proclo causa irascendi, quod Thalassius non cum diis habitaret [aut quod nos non cum diis habitaremus] tametsi curia id vel maxime aegre ferret. dictio est proverbialis, habitare cum diis, pro esse in summis & splendidissimis fortunis. 30. quae futura erat causa irarum curiae in Proclum, si Proclus ad nomen Thalassii prorsus conticuisset?

108, 1. quanto honestius erat Optato os claudere proferenda adversus ejus probra maledicentissima nostra cum Thalassio consuetudine, & hac ostendenda illa refutare. 13. οἷον ἄνθρωπον] Proclum jam describere vivis coloribus incipit, usque ad p. 110, 15. Quum Proclo honores mandasti, Imperator, qualem hominem nobis imposuisti. 15. qui neque graece, neque latine, neque leges novit. hae nimirum erant tum artes inclarescendi & ad honores perveniendi. adde, peritia notis tachygraphicis verba excipiendi. 18. τρυφῆς. per υ. 21. graece loquendo turpiter impingere in foedissimos soloecismos, adduci nunquam potuit, ut id turpe putaret, & viro honorato indecorum. 25. comma post ἔτος delendum. Constructio

haec est: ὅσος λοιμὸς τοσούτους ἀπήνεγκεν, ὅσους Φοινίκων ἀπήνεγκεν οὗτος. quae pestis unquam tot homines sustulit, usquam terrarum, quot homines in sola Phoenicia hic Proclus gladio & tormentis atque suppliciis sustulit? 28. πλειόνων ἐθνῶν ἀρχή] comitiva Syriae. 31. ὅπερ ἔπασχεν] scil. τὸ ἀνατεθῆναι. sic ratiocinatur: Proclus non Thalassium modo, neque me, sed vel imaginem meam ludibrio habuit, quam ipse dedicavit, quasi honorem illum mihi habens; ea vero mera contumelia fuit, ut ex eventu constitit. ipse demonstravit, infirmum & plane nullum eum honorem fuisse, (hoc est illud ἐλέγχων v. 30.) quo aliud quid esset quaesitum, aliud actum (ὅπερ ἔπασχεν.) nam ex posterioribus (h. e. ex injuriis, quae post illius imaginis meae dedicationem a Proclo ad me profectae sunt) colligo, priora (qua scilicet mente Proclus illam dedicaverit.) Nam si studio honoris mihi demonstrandi Proclus eam dedicasset, procul dubio repressisset Optatum, neque passus eum esset, tam petulanter & contumeliose in amicum meum unaque me insultare. verum ea causa meam illam imaginem non peperit. quapropter consentaneum erat, ut Proclus meque Thalassiumque multo crudelioribus modis insectaretur, quam Optatus fecerat; mendaciis & calumniis in curia in nos spargendis. Sed vel illas quoque missas faciamus, & ab hac causa separemus calumnias, & ipsam imaginis dedicationem in se spectemus. Quo facto constabit,

ne

ne vel sic quoque mihi habitum in illa imagine honorem esse. idem enim, qui illam dedicavit, alias antea dedicaverat eorum hominum, quos nemo facile alius eo honore dignos judicasset. Quanta jam mihi sit facta contumelia vides, mea imagine post faecem vilissimorum nebulonum dedicanda. sed fac vel primam omnium meam fuisse dedicatam; deinde ad reliquos quoque Proclum descendisse dedicandos. ne vel sic quidem magnus mihi habitus esset honos. Iam vero ab illis ad me tandem delapsus est. At esto tamen honos mihi habitus in eo, quod Proclus me in tabula lignea spectandum curavit. At quanto majorem ego illi honorem reddidi, qui laudes ejus oratione depraedicavi, qua patet orbis terrarum, quacunque divulgata? Retuli ergo ei suam, eamque cumulatam gratiam. Quapropter nunc mihi det protervae poenas.

110, 4. ἴσως. 15. ψηφίσῃ] pronuntiaveris, tu nempe, Imperator Theodosi. 16. jam ad tertium inimicum & calumniatorem Thalassii descendit, quem nescio qui fuerit, & quomodo dictus. Solummodo filium Gaesonis appellat. Nil video, quod impediat, quo minus Gaiso, qui pater hic dicitur hujus accusatoris, idem sit ille Gaiso, qui Constantem peremit; id quod suspicatus est Bongiovannius, cujus hominis alias solet esse rerum olim gestarum mirifica & incredibilis & hercle ridicula inscitia. Forte propterea non nisi patris nomine filium appellat orator, ut ei invidiam faciat ex patre homi-

homine infami, qui magnum dedecus sibi occidendo principe suo Constante in gratiam Maxentii tyranni, contraxit. 24. filius ille Gaisonis Antiochiae ergo splendidas domos aedificabat. 27. post τιμηθεὶς deesse videtur μάτην. 32. post λέγων videtur aliquid deesse. si fallor, & nil deest, haec est sententia loci: affirmans, si qui Thalassio testentur, [h. e. bene de eo testentur in judicio] eos debere causas senatui, [h. e. reos esse mendacii, dignosque, contra quos senatus actionem instituat, & jure in eos experiatur.] 36. διεπεπλεύκει] dele primam syllabam, quae adhaesit e proximo ἤδη. solum ἐπεπλεύκει sufficit. πλεῖν saepe idem est atque ἐκπλεῖν vel ἀποπλεῖν. v. p. 111, 27. alter testis, necessitate quadam urgente, maritimo itinere ab Antiochia ad CPlin profectus erat, & jam ad Chalcedonem appulerat, quae est contra CPlin. alter jam in portu nostro, Seleuciensi puta, erat, idem iter peracturus. ergo de tribus testibus Antiochenis non nisi unus aderat. ult. ἔνδον] non modo Antiochiae, sed in ipsa curia quoque hujus urbis.

111, 7. ἀπόντων] scil. μαρτύρων. 9. sine dubio παῖ leg. est e codice altero pro παῖγμα, quod nihili est. 19. ταύτης ἀξιοπιστοτέρας. 20. separantes meas laudes a laudibus Thalassii. 28. idem est atque si dixisset, οὐκ ἐκείνην μόνον, ἀλλὰ καὶ ταύτην.

112, 1. τῶν μὲν εἰρημένων] scil. τῶν βλασφημιῶν. 2. τῶν δ' οὐ πεφηνότων] scil. τῶν ἔργων,

calu-

calumniis quidem jactatis, re autem (seu veritate calumniatum) non prolata, neque demonstrata. 6. εἰσελθόντες] scil. εἰς τὴν βουλήν. nam qui libenter adscriberentur curiae, ii metu similium exemplorum absterrentur, ne scilicet idem, atque Thalassius, patiantur. 20. τοῦτον ἦν ὁρᾶν διώκοντα. 24. τὸν ἐραστὴν] *amantem curiae*. Thalassium puta. v. p. 114, *pen.* 25. ὃς] *qui*. Optatus puta. 30. οὗτος] idem est. 31. σοι.] redit ad Iovem Bulaeum seu Curialem.

113. 3. idem est, ac si dixisset ἐν λύπῃ, καὶ ταῦτα λύπῃ μείζονι γεγενημένῃ δι' ἑτέρας λύπης παραγενομένης οἱ ἐκ θανάτου τῶν παίδων. 22. τριῶν] Optato, Proclo, & filio Gaisonis. 23. οἳ μὲν] illi tres, quos modo dixi. 24. οἱ δὲ] senatores Antiocheni. 25. εἶπον κακῶς] sed me cum Thalassio. 30. ἐξέωσαν] Thalassium e curia. 32. aut ἔδρασαν aut ἔπραξαν.

114. 19. reperiet, nos ipsa nostra accusatione honorem conferre in eos, quos accusamus [senatores puta Antiochenos.] 24. εἰπόντας si bene habet, deest aliquid post Ἱπποκλείδην. e. c. σωφρονεῖν. nostrum erat tacere, affirmantes sapere Hippoclidem, h. e. laudantes & imitantes ejus exemplum. aut ejus loco leg. est ἐπαινοῦντας. 26. τὸν ὑβρισμένον] Thalassium. *ult.* τὰ αὐτῶν] scil. πλημμελήματα,

AD

AD ORAT. SEPTIMAM.

QVAE EST IN POLYCLEM.

Scripta est a Libanio jam sene.

117, 3. tolle μηκέτι, male introsum a Bongiovannio, illud καὶ τὸ εἰσιέναι nihil est aliud, quam interpretatio v. συνήθειαν. necesse esse, ut sit aliquid, quod sustulisset tuam consuetudinem. h. e. τὸ εἰσιέναι, morem me conveniendi. nam si μηκέτι servatur, debet legi: καὶ τὸ ποιεῖν μηκέτι εἰσιέναι. scil. πρός ἐμε, vel παρ' ἐμὲ, quod recte addit codex Vatic. te non amplius ad me pomeridianis horis ad scholas meas audiendas, & ad proficiendum in artibus eloquentiae, ventitare. nam senes quoque & milites, (cujusmodi Polycles) & mercatores, adire Libanii scholas, praesertim privatas illas pomeridianas, frequentare solebant. nam ante meridiem publicae erant, nullae publicae post meridiem, sed, si quae, omnes privatae. 11. ἄλλος δέ τις] aut Elpidius, aut Polycles, aut uterque 25. περὶ αὐτῶν.

118, 12 ἵν' ὁ ὅρκος. 18 ἡ βουλὴ] scil. εἶπεν. 24. αὐτὸν] Elpidium puta, non illum Romanum, cui Elpidius loco pellicis fuit. Scripta est igitur haec invectiva post mortem Elpidii. sed quando mortuus est Elpidius? 26. κατεχώσθης. ita obruebare a veritate.

119, 29. εἰργασμένῳ. qui tale quid perpetrasset.

120, 2. ἐγκαλεῖν γε] scil. ἔχων ἀπέκτεινέ γε. 17. ἐκ τῆς Φοινίσσης. qui ea mentitus est, non videtur

detur ille mihi calumniam a Iovis filiis ex Europa susceptis, Aeaco, Rhadamnatho, Minöe abstinuisse, sed eos iniquitatis facile incusasse. ult. μαίνεσθαι.

121, 22. δυσσεβὲς. 23. nihil hic deest, tolle signa defectus. idem est acsi dixisset τοιοῦτον, τι — ἕδρα, καὶ ταῦτα ἐκείνην, ἣν ἔσπειρε. illud facinus, quod vel cogitatione modo concipere nefas est, audebat, idque in eam quam genuerat.

122, 17. recte conjecit Bongjovanni εἰ δ' οὐκ — si autem Elpidius id non detulit, merito colligitur ex eo, id perpetratum nunquam fuisse. colligitur ex hoc loco Elpidium Praefectum Praet. Galliarum fuisse, Iuliano ad latus a Constantio appositum, ut ejus instituta omnia observaret, castra ad defectionem a Iuliano incitasse, deinde detectum conspirationis auctorem eum postulatum ab exercitu ad poenam esse, verum lacrimis & obtestationibus ipsius Iuliani servatum. Poenas hujus gratiae, cui spiritum debebat, Elpidius a Iuliano repetebat has, ut mendaciis famam Iuliani vivis exemti denigraret. Longe alia haec est facies Elpidii a Libanio depicta, quam ea, quam Christiani nostri scriptores perhibent hominis Christiani. Causa rei utramque in partem facilis divinatu est. ult. καὶ σωφρονεῖν οὐ δυναμένου.

123, 2. f. ἀλλ' ἤχθετο μὲν ἀνακαλῶν, aut διάδοχόν σοι πέμπων. 7. quum par erat te tuos oculos accusare, quod tibi imposuissent & te fascinas-

cinassent, seu si quid aliud praeter oculos amoris igniculos excitat, ut eum Iulianum, quem amare debebas, odisses, te amares, quem odisse decebat. 14. κἀκεῖνον] Elpidium. 15. ταῦτα] probra ab eo in Iulianum sparsa p. 117. 23. καταλῦσαι 30. τῦτο ἦν] scil ἔγκλημα καὶ ὄνειδος. cum Elpidium insectatus sum, non te sane, Polycle, probris proscidi. 32. potest ἐκεῖνον defendi, si τὴν γλῶτταν accipitur pro κατὰ τὴν γλῶτταν. malim tamen ἐκείνε legi. Colligitur ex h. l. Elpidium tunc temporis adhuc superstitem fuisse, quod adversatur p. 218. 25. nisi αὐτὸν ibi malumus, non ad Elpidium, sed ad stupratorem ejus referre. *antepen.* λήμματα] alternis vos mutuo stuprabatis.

124, 1. ταῦτα] τὸ πεπορνεῦσθαι. 4. οἱ] f. εἰ 30. δεδέχθαι] i. e. ἀκηκοέναι.

125. 22. erat genus aliquod divinationis per cinerem; ἡ τεφρομαντία. 34. μείζω. (in accusat. plurali gen. neutr.) 36. παρά σε] scil. βαδίζειν. *penult.* ταῖς μὲν ἐν ἐρημίᾳ.

126, 20. f. τὰς βολάς. impetus, injurias, tela hostium. v. p. 125. 6. 22. τις] l. τι. scil. κακόν. v. v. 26. 32. ἠξιωκότων.

AD ORAT. OCTAVAM.

QVAE EST IN TIMOCRATEM.

128, 5. δὲ] l. τε. 7. αἴτια] f. ἄξια. v. p. 129. 3.

129. 18. ἐπαγγέλλοντες, flagitantes. 24. ποιοῦσι.

130, 12. σεσιγήκασι. 15. καὶ ᾑρήκασι, etiam te ceperunt.

131, 8. quaestu flagitioso ex corpore suo vendendo. 28. ὀρχῶνται. cum saltant. opponuntur inter se duae conditiones histrionum, altera cum ἡσυχάζουσι nil agunt, a scenicis ludicris feriantur, altera cum ὀρχῶνται, saltant & scenicas suas artes ad quaestum conferunt.

132, 21. ἤτοι. antep. aut loco ἀρετῆς leg. est κακίας, aut κακῶς & εὖ versu penult. & ultimo inter se sunt permutanda.

133, 4. λοχαγός. 11. μὴ Δία] hypophora usque ad σημεῖον v. 14.

134, 9. τῶν μὲν] scil. in bonis. 10, περὶ δὲ τῶν] de malis. 19. τοῖς βελτίοσι.

135, 18. aut τε delendum est, aut leg. ὅπως τε καὶ ὁπόθεν. 31. ὁ γὰρ —] locum hunc ad v. 17. paginae 136. recitat Gothofredus ad Cod. Theodos. T. V. p. 360.

136, 4. edidit Gothofredus εὐδαιμονέντων ἡγεμόνων, in quo insunt semina verae lectionis, quae haec est, εὔδαιμον ἐν τὸ τῶν ἡγεμόνων, beati ergo tum sunt praesides nostri, quorum in Daphnen qui ascenderunt, quinque & plures dies agunt in licentia ea, cujus culpa pro parte quadam factionalium illorum tumultuositati & audaciae debetur, sed etiam pro aliqua parte in vos praesides redundat.

AD ORAT. NONAM.

QVAE EST DE PLETHRO.

v. Malalae T. I. p. 382. & T. II. p. 30.

139, 6. χειρογραφίας. 7. ἐγκαλοῖ aut ἐγκαλέσαι. 35. f. καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα & erga eum, qui de me id ad ipsum retulerat, declaraverat, se morem illum meum haud improbare.

140, 1. ingreditur hic collationem veteris stadii cum novo. Quo tempore, ait, tubicines & praecones artis suae specimina coram toto populo exhibebant (nam ab iis audiendis nemo excludebatur) eodem tempore, horis puta pomeridianis octava & nona (h. e. more nostro ut loquamur, secunda & tertia) in plethro seu stadio, paucis coram spectatoribus exercebantur athletae; ad quorum spectaculum paucissimi admittebantur. deinde enumerat eos, qui admissi fuissent, v. 10. 10. μαστιγοφόροι non sunt lictores, sed protectores domestici Consularis Syriae, seu militia ejus ostensionalis vel pompatica, quae ipsum exeuntem in publicum stipabat. magni habitum fuisse hoc genus, cum alii loci Libanii ostendunt, tum hic, in quo non modo numerantur in illis paucis, qui intra stadium horis pomeridianis ad nudos athletas spectandos admittebantur, sed in hoc ipso numero primo loco recensentur, eoque praehabentur hellanodicis, seu judicibus athletarum (nam hi sunt, quos Libanius appellat ἐφ' οἷς ἡ κρίσις v. p. 143. 17.) dein commemorat cu-

Q 2 riales,

riales, qui functionibus curialibus defuncti essent, οἷς ἥδιον, si quibus horum omnium volupe esset interesse huic spectaculo. est enim versu 12. sic interpungendum. λελειτουργηκότων· οἷς ἥδιον. tum incipit nova sententia Ἦλθεν ἄν τις καὶ σύνδικος — Veniebat illuc quoque interdum Syndicus aliquis (quorum erat pro plebejis in judiciis intercedere, & eorum causas agere,) & professor aliquis bonarum literarum. 15. videtur hic aliquid deesse. utcunque sic farcias. τοῦ ἐδάφους ὁπόσον τι ὑπέρτεραι vel ὑψηλότεραι, τῆς πρώτης [scil. ἕδρας] πλησίον. duo sedilia saxea, paulum quid terra elatiora, prope primum [id quod erat Praefecti, aut Consularis sedile.] sed v. ad p. 141. 25. dicenda. 16. πλείονος] subaudi τινὸς εἰς ἀριθμὸν τῶν ἑδρῶν. 17. οὐ πολλοῦ γε] subaudi ὄντος. quia multum non erat illud omne, quod in plethro convehire solebat. 18. ἔτι] εἴ τι si quod erat genus scholasticum. h. e. cum servis illinc arcebantur omnes pueri ludum literarium frequentantes, majores minoresve, cujusque ordinis. 22. ἔμελεν. uno λ. significat mollicellos puellos muliercularum venatores, pudoris sui propolas. *die jüssen gepuderten Herrgen*, ut nos appellitamus. 34. θεωμένους. 35. σκήπτρου] propter praesentiam Consularis, penes quem erat sceptrum, h. e. majestas, & quem comitabantur manclabitae, quos noster μαστιγοφόρους appellat, qui petulantes & immodestos perticis suis castigabant. antepen. loco primi πολὺ leg. est πολλοί.

141, 7. καὶ ἐνταῦθα vel κἀνταῦθα. erat ergo etiam hic, [in plethro] nihil quod plus posset, quam lex. 10. χείρονας. vocem plane nullam ibi audiri, nihil omnino acclamationis, sive ad contumeliam cujusquam, sive ad laudem. 11. εἰδέναι hic loci est idem atque ἰδεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι. licebat enim sentire atque cernere si quis athleta suam rem bene, si quis alius item secus gereret, & hoc suum judicium cuique licebat in aurem alterius prope assidentis clam instillare: verum clamore testari sive assensum & approbationem, sive detestationem & condemnationem, vetitum id erat. 20. Panolbium designat. v. p. 539. 20. edit. Morell. 21. τῇ μὲν ἄλλῃ subaudi ἀρετῇ. mallem tamen additum esse. 25. τοσοῦτον] scil. τοῦ ἐδάφους. ex hoc loco colligo v. ὁπόσον p. 140. 15. delendum esse. 30. γενικῆσθαι] l. νενικῆσθαι uno verbo. 34. συνειστήει.

142, 6. ἀπολώλει] imo vero προσεγένετο aut ἐκέρδαινε. 13. τὸν μὲν]. Argyrium. 26. v. p. 140, 35.

143, 8. αὐτῶν] malim αὐτοῖς. potest tamen vulgata pro eodem accipi. 10. quae Olympias erat, eam appellabant Majumam. 11. τῶν videtur delendum. neque tamen ausim hoc pro certo affirmare. 34. ἐπὶ τῷ. 36. τούτῳ.

144, 35. τὰ τρία] ter moti erant antiqui fines. prima fuerat ἡ πρώτη ἕδρα p. 140. 15. huic additae erant primum duae (p. 140, 14.) deinde ab Argyrio aliae duae (p. 141, 24.)

tum

tum a Phasganio (p. 142, 23.) quarta igitur haec accessio a Proclo profecta volebat omnes tres superiores vincere.

145, 12. ἐκ τῶν προςιθεμένων] scil. ἑδρῶν. h. e. διὰ τὸ προςεθῆναι πλείους ἕδρας καὶ ἐπιδοθῆναι τόπον εὐρυχωρότερον. 18 aut verba καὶ μαρτυρεῖ μοι τὰ πράγματα includenda sunt parenthesi, aut sic legendum, τούτῳ τῷ μέρει, ᾗ καὶ μαρτυρεῖ μοι τὰ πράγματα, μικροτέραν — *qua etiam* vel *quemadmodum etiam* 26. προςιθεὶς] scil. ἑτέραν λύμην. 28. Διονύσου. quatuor syllabis, non quinque, & uno tantum jota. 29. Ὀλύμπιον, aut Ὀλυμπιεῖον. templum Olympii Iovis. 33. τῶν τριῶν] f. significat templum Apollinis Daphnaei, (aut, quia illud regnante Iuliano conflagravit, & haut scio an postmodum non sit restauratum, templum Calliopes & templum Bacchi, & tandem templum Iovis Olympii. *penult.* locus paulo suspectior. si bene habet, haec est sententia. sin tamen in fatis erat, ut nulla non pars religionum in templo quoque peragendarum esset infirmior, quam ut adversus licentiae tumultuositatem duraret, at hoc tamen (plethrum) debebat intemeratum & sanctum servari.

146, 14. f. ἡμᾶς ἔδει αἱρεῖσθαι. non ideo necesse erat, ut nos de amplificando nostro theatro cogitaremus. 20. προσαπολλύσθω (duplici λ) 24. οἱ καθίζοντες] scil. in theatro. 24. ὄντων οὐκ ὀλίγων.] scil. τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων. 28. ταῦτα]

 scil.

scil. τὰ ἐν τῷ πλέθρῳ, seu τὰ τῶν ἀθλητῶν γυμνάσματα.

147, 1. sententia haec est. sunt nunc qui tuo a theatro, Procle, quamquam illo spatiosissimo, tamen excludantur; quia amplitudo ejus tantam turbam non capit. (Appellemus hanc turbam brevitatis gratia, A.) sunt alii qui nunc locum in eo habeant, postquam tu illud amplificasti, qui habituri non erant, nisi tua providentia locum illis fecisset. (Appellemus hos B.) superest tertius numerus, quem C. appellabimus, quem capiebat vetustum theatrum ante Procli amplificationem. Ratiocinatur jam sic. Ut A. nil queri potest de injuria sibi facta, propterea quod spectaculis athletarum caret, dummodo sint alii, B. qui ea spectent: sic pari modo nil causae justae fuisset his B. querendi, si spectare nequirent, dummodo liceret numero C spectare. 7. καί τόγε ὂν ὄρος] non satis placet. quae enim vis h. l. in illo γε ὂν. videtur auctor dedisse καὶ τὸ γειτονοῦν ὄρος *et hic vicinus urbi nostrae mons.* 16. f. ἐρχομένων *advenientibus*, *instantibus*. 30. videtur aut principem aut episcopum, aut praesidem aliquem Christianum notare, qui intercesserit, quominus foeminae [Christianae quidem] e Daphne expellerentur per caeremonias Olympiorum ludorum paganicorum. 26. τῆς] l. τῶν. 34. τῷ παροικοῦντι] scil. πλήθει γυναικῶν. aut si ad illum violatorem religionum Olympicarum referre cum Bongiovannio malumus, leg. erit τῷ παροινοῦντι, *homini*

ni furioso: ult. designat morbi genus rarum, quod ἐμπροσθότονον appellant, cum homines, ad rotae instar aut anguis, in semet ipsi contorquentur; ut frons pedes adversos seu digitos pedum contingat; cum contra fit, ut occiput pedes aversos seu calcaneos contingat, tum appellatur ὀπισθότονος.

148, 8. videtur v. βασάνων delendum esse, & in vetustis libris gemina fuisse lectio, aliis praeferentibus τῆς περὶ αὐτὴν (sine v. βασάνων) aliis τῆς παρὰ τὰς βασάνους (sine αὐτὰς.) 11. sed ea ratione cum melioribus athletis etiam sequiores in stadium prodiissent. 14. μεγαλοφρόνουσι] sc. Antiocheni nostri. τὸ] l. τῷ. 20. ἐκ ἴσου] sc. τῷ ἡμετέρῳ καὶ τῷ τῶν Δελφῶν. 27. quid opus erat laborare & molestias tolerare in conjungendis unoque die exhibendis certaminibus aliis ex aliis, cum licebat, quae nunc seram usque in vesperam extrahuntur, ea in crastinum prorogare spectaculum; & qui ludi nunc biduo conficiuntur, eos ludos per totum mensem distribuere, & ne de amictu quidem cum quoquam contendere, sed integrum athletae cuique facere, nudus certare, an vestitus malit. 35. τοι] l. τι. *ibid.* πρότερον h. l. accipio pro πρεπωδέστερον, est alius locus huic turbae convenientior.

149, 2. ταῦτα] athletarum certamina committi in illo theatro, quod est sub monte Casio. 3. τοῦτο] haec amplificatio plethri, haec omnis plebejae faecis admissio, estne legibus consen-

 tiens?

tiens? 4. πρᾶγμα] commissionem athletarum in certamen. 5. huic rei novum & proprium condere theatrum. 16. μὲν] l. μὴ. 19. γέμῃ (in conjunctivo.) 30. τὰ πάλαι δὲ ἐμβαλλόντων, ὧν ἀλγοῦντες. penult. per Procli latus confodient ejus patrem Tatianum.

150, 1. f. τῶν λυπούντων δὲ, οἶμαι, καὶ τοῦτο (θαυμαστόν γε) τὸν ἄθλιον, Ὀλυμπίων προσαγόντων καθῆσθαι φοβούμενον, εἰδότα οἷα ἀκούσεται. In iis rebus, quae animum dolore crucient, est haec quoque, ni fallor, (egregia enim vero & admirabilis) miserum illum senem [Tatianum] sub adventum Olympiorum sedere trementem metu, quippe qui bene sciat, quam dira & virulenta sit auditurus a furiosa plebe Antiochena ob filium tam degenerem.

AD ORAT. DECIMAM,
QVAE EST ADVERSVS EVMOLPIVM.

151, 4. δὴ] l. δὲ.

152, 3. breviter sic dictum hanc habet sententiam. ἐνουθέτησέ τε αὐτὸν τὸν ἁμαρτόντα καὶ ἄλλους τῶν ὁμοίων ἁμαρτημάτων ἀπήγαγε. 5. τοῦτο] scil. τὸ αἰτιᾶσθαι ἀχρῆν. 16. μοι] f. σοί. id quod tu saepe dixisti me fecisse. potest tamen vulgata quoque defendi & sic exponi. ut idem nunc quoque repetam, quod saepe jam dixi. 14. τοῦ λόγου] hanc ipsam designat orationem, ad quam exarandam nunc accingitur.

153, 3. προκαταγενεχθέντα] scil. εἰσελθὼν πρὸ ἑαυτοῦ. si Achilli contigisset, ut ante se [Patroclum puta] occumberet, videtur Patroclus non minus splendidum funus ei ducturus fuisse, quam Patroclo duxit Achilles. 6. ταῦτα *eadem*, quae scil. Achilles paravit ulciscendae caedis Patrocli ergo. 12. περίαψῃ. 15. τὸ τῶν πετρῶν] scil. ὄνειδος aut ἀφομοίωμα. 20. ἀνέστη] Achilles puta. 23. τῷ καθαψαμένῳ] ei qui se probris vel reprehensione saltim acerba lacessivisset, Patroclo puta. *ibid.* τὴν δύναμιν. 29. προσέθηκας] scil. βάρος τι aut ἄλλας βλάβας τὰς παρὰ σοῦ.

154, 6. potest dictio ὁ τῇ τοῦ Πλάτωνος ἀρχῇ πεπολεμηκώς duplici modo accipi & exponi. altero, ut dicatur Alexander τυμβωρύχος fuisse, latro sepulcrorum, perfossor monumentorum, spoliator mortuorum: quorum e spoliis multi divites sunt facti. sed hic modus interpretandi nimis est invidiosus. quare malim altero uti, tametsi facile potest Libanius, homo virulentus, illum quoque priorem modum clam designasse & subiecisse, ad invidiam inimico faciendam. est autem alter benignior interpretandi modus hic, ut dicatur Alexander fuisse Christianus, & monumenta pagana diruisse, agrumque, in quo illa quondam fuissent, aedificiis privatis, aut ecclesiis & monasteriis, aut arvis occupasse, & vectigalia fisco addixisse. Fuit ergo Alexander hostis & eversor paganae superstitionis, ideoque a Libanio tam odiose exagitatur. Attingit

rursus hanc rem p. 156. *ult.* sed nihilo dilucidius. 11. habet enim auri magnam vim, neque id mirum est in eo, qui nullum quaerendae pecuniae modum se indignum existimaverit, sed omnia ausus sit, unde spes lucri affulgeret. 18. reliqui quidem Alexandri filii, qui Romae manserunt, se ipsi noverunt, h. e. ipsi secum habitaverunt, & in obscuritate consenuerunt, cognatam suam fortunam non excesserunt; unus autem ille, qui Roma ad Antiochiam rediit, suamque & fratrum stupiditatem & patris infelicitatem adeo planam fecit atque in propatulo exposuit omnibus spectandam atque ridendam, ut — 27. ὁ ῥήτωρ] filius Alexandri Roma reversus.

155, 2. τῶν μὲν] eloquentia graeca. 3. τὰ δὲ] latinam. 4. αὐτὸν] f. αὐτοῦ. *ibi, ubi eum oportebat* — 7. f. διὰ τοῦ π. σ. κ. πειθομένου ἀδελφοῦ. significat Domitium. 8. ζεύγους] carrhuca praefecti aut Consularis. v. ad p. 107. 11. dicta. 13. rursus circumspiciebant portus, (ut Seleuciensem & alios, quibus instructa est ora Syriae) e quibus in Italiam eveherentur. 29. τὶ] malim τίνα. haeres, doce, quem disertum reddiderint.

156, 11. θαλλοῦ. gemino λ.

157, 12. ὑπεριδών. 15. φανείης. 29. loco καὶ videtur sententia ἐν postulare. 33. ἠσέβη] violaverat enim sepulcra. antepen. ὥς' οὐ.

158, 1. Ἀλεξάνδρου. nisi forte filius patri fuit cognominis. 2. ἀδελφῷ] Domitio. hic orationem

nem Eumolpii ad se Libanius historice refert. sed v. 3. a verbis δεινὸν δέ γε (sic enim leg.) incipit eam materialiter & ex ipsius Eumolpii persona referre, ad Libanium verba facientis. 9. aut ὃ προσῆκεν, aut τὸ προσῆκον. 15. εἰ δὲ μὴ οὗτος —] est ficta oratio Eumolpii ad Libanium, excusantis factum, de quo hic queritur. Ideone solus hic indignus est assessura, quem ego intrusi? nemo alius alium quemquam pariter indignum obtrusit judicibus? si ego non fecissem, nemo alius fecit unquam antea, aut post facturus est? respondet versu 18. τυτὶ δὲ — excusatio ejusmodi si frivola & infirma est, prorsus conticescat: sin autem firma est, debebat dudum ante factum allata esse.

159, 6. ἡ νόσος. semper enim foeminino genere usurpari solet hoc vocab. 9. ἐπ' αὐτοῖς λαβὼν] scil. χρυσίον. corruptus auro & alienatus muneribus ab ea civitate, cujus causam bello gerit. 12. post ποιεῖν pono signum interrogationis, & deinde subaudiendum puto μὴν ποιεῖν ταῦτα, ἃ — 15. ἢ hic loci non est comparativum *quam*, sed interrogativum *num?* 18. ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου] subaudi ὑπὸ σοῦ γεγονότα καὶ λεχθέντα. 19. δὴ] l. δὲ. 22. Domitium designat. 23 ἐκείνου] redit ad eundem. 30. κρείττους] subaudi ἐμοῦ εἰς τὴν τέχνην.

160, 31. λαβεῖν] esse aliquem poetam, qui velit meum fratrem adipisci in theatro h. e. audientiam ejus propriam sibi habere, usuram aurium ejus nancisci ad tempus aliquod. De reci-

recitatoribus dicitur λαβεῖν & ἔχειν τὰς ἀκροάσεις cum auditores ad eos conveniunt, & ipsis operam audiendi navant. v. v. 16. 32. aut προσθεῖναι legendum est, si servari volumus v. 33. προσθήκην, aut si servabimus προθεῖναι, leg. erit v. 33. προθήκην (sine sigma.) si prius praeferimus, tum τούτῳ referetur ad τῷ ῥήματι, vel τῷ ἔπει, quod subauditur. si autem posterius, id quod etiam malo, tum τούτῳ redibit ad fratrem Eumolpii, Domitium. *illum poetam proposuisse* (h. e. auctor fuisse) *illi*, (fratri tuo, Domitio) *ut* (ipse, poeta,) *post me diceret.* tum Domitium laudasse hanc propositionem h. e. suasionem, vel si mavis praepositionem h. e. antelationem mei prae se ipso.

161, 1. videtur in eo quaedam versata sophistarum ambitio, ut postremi dicerent, ut athletae praestantissimi quique postremi certant, aut vinum lectissimum postremo in potu exhibetur. 2. quae cum dixisset ad me Eumolpius, ego, variis quaesitis praetextibus & tergiversationibus, orationem illam, quam condideram habendam & jam praeparaveram, non habui: operam tamen navabam, ut poetae sua recitatio coalesceret; & recitavit sane ille quoque suum carmen de laudibus Domitii. 7. aut τίνι leg. est aut v. 8. τό. *qua igitur in re laudabas tu me?* responsio. *in violatione pactorum nempe, quae in eo violabas, quod.* 12. αἴτιος] scil. τοῦ ἀγνοεῖν αὐτὸν τὰς ἐν ἡμῖν συνθήκας. 16. aut εἶναι delendum est, aut pro ἦν leg. est ἐβούλετο, aut deni-

denique saltim comma post εἶναι est ponendum, ut referatur ad δείσας. *metu ne sit tua vocifera-tio* — sed haec quidem postrema ratio mihi minime placet, maxime prima. 17. αὐτὸν] l. ταῦτα vel τοιαῦτα. 27. καὶ ἔλεγεν] l. κατέλεγεν uno verbo. 31. ἐμφράττειν. 34. διατριβὴ, commoratio in oppido quoque, fori agendi causa. & sic quoque legitur in codice Palatino. v. p. 254.

162, 4. ὑπὲρ τῶν γεγραμμένων] vestris precibus oppugnabar, ut in publicum proferrem recitando illam orationem, quam de laudibus Domitii conscriptam in penetralibus musei mei conclusam servarem. 8. ἡμῖν potest defendi ut eleganter redundans. sed si ad ἰδεῖν referri debet, leg. est ἡμῶν. 16. τούτῳ Domitio puta. 18. significat Thalassium. patet ex or. pro Thalassio, quae in hac collectione nona numero est. 24. cernentes jam clarius in oratione mea & caeteras Domitii laudes, & inprimis eas, quibus suum apud nos magistratum illuminasset. 33. καταγωγὴν] scil. Domitii. 34. μέσον γὰρ] scil. Domitium. *ult.* δὲ] l. τε.

163, 3. aut τῶν ἀρχῶν aut τῶν θρόνων defendum est. nam alterum alterius est interpretamentum. 6. τῷ παραπεμπομένῳ] Domitio nempe. 6. χεῖρες] id est h. l. κρότος, applausus qui manibus fit. 8. acclamabatur ab illis ei haud secus, ac si populus per series geminas & adversas stans principem aut praesidem in theatro sedentem, aut per semitas urbis in carruca

in

incedentem salutat vocibus faustis & ante meditatis. 9. τοῖς εἰρημένοις] scil. ὑπ' ἐμοῦ. 13. τὰ ῥηθέντα] scil. ab Homero. videtur ad locum aliquem ex Iliad δ alludere. 31. τοῦ κατενεχθήσεσθαι παρέχον φόβον. antepen. ἀναβάσεως] scil. in illud ruinosum & in putribus sublicis natans auditorium. προσελθὼν] accedens Domitius ad me, rogabat, ut auditorium meum poetae ad carmen suum recitandum commodarem. Assidebas tu, Eumolpi, fratri haec abs me petenti.

164, 2. ταῦτα] ista eadem tu quoque rogabas. nam silentium tuum fidem faciebat, te ista probare. 4. ἐνέκειτο γὰρ] scil. Domitius mihi. Est hypophora, objectio ex persona Eumolpii, cui respondet v. 7. εἰ δὲ — 9. παρ' ὑμῶν] a te, Eumolpi, tuisque reliquis fratribus praeter Domitium. 19. τόπῳ bene habet. non satis vobis erat mihi insultare recitatione poetae subjicienda meae, sed etiam necesse judicabatis ut ipso loco recitationis mihi insultaretis, & poetam alienum, meae contumeliae ergo advocatum, collocaretis in mea cathedra & in meo auditorio. 21. λέγει δὲ] poëta vester. 25. ergo poeta ille Aegyptius erat. 31. ἀδικεῖτε μὲν οἶς. penult. ἐν χειρίδι. duobus vocabulis. χειρὶς erat amictus servilis cum longis manicis.

165, 6. βουλευτηρίου] nam in Senaculo erat Libanii auditorium. sed ille poeta Aegyptius negabat se quicquam de tota illa machinatione circa obtinendum Libanii auditorium praescisse. 11. populo non pari studio & laetitia acclama-

tionum

tionum prosequente Consularem abeuntem magistratu & urbe egredientem, qua exceperat eundem advenientem ad vrbem, magistratus capessendi ergo. nam illa valedictio umbra magis fuit honoris, quam verus honor. 18. f. προσδοκῶς, βούλομαι εἰπεῖν.

AD ORATIONEM XI.

QVAE EST DE VENEFICIO.

Causam hujus orationis ipse Libanius indicat in Vita p. 74. Cum aliquando torperet ad dicendum, aut torporem simularet, quod auditorium non satis caleret numero frequentantium, & ipse frigeret atque contemneretur, aut quod male ei conveniret cum consulari, ejusque officialibus, aut cum male sibi metueret, & satis tuto non auderet ad dicendum procedere, seu quacunque de causa, reprehensus ob desidiam, excusabat, linguam sibi veneficio esse illigatam, idque demonstratum ibat hoc argumento, quod in auditorio suo inventus esset chamaeleon, animal veneficiis consecratum. solenne erat oratoribus, ut, si subito obmutuissent, seu metu, seu taedio & torpore, seu odio, & ultionis cupidine, seu gratia, seu fama & studio sui sensim cum facultate consenescente, jactarent se fascinatos. v. Cicer. in Oratore c. 37. de Curione. & in Bruto c. 60. v. Liban. Vit. p. 17, 20. & 19, 26. & epistol. 1135. fine.

167, 13. ἀηδῶς, *insuaviter*, *injucunde*, *illibenter*, *invitos.'* 16. in codd. Palat. & Barber. est βουλομένους ἐπεῖχον. unde efficio leg. esse βουλόμενον [scil. ἐμὲ] ἐπεῖδον si me viderent volentem loqui hac de re. τοῦτό γε μὴ ἀπειθεῖν μοι aut τοῦτόγε εὐπειθεῖν μοι. hac tamen in re mihi non refragari, vel mihi obsecundare & omnes indagandi veri vias inire, quas in ejusmodi rebus persequi par est. 18. περὶ τοιούτων. *antepenult.* f. αὐτοὺς κολούουσιν. *semet ipsi redarguunt.* κολούειν haud raro idem est atque ἐλέγχειν.

168, 21. δὲ] l. δὴ. 23. ἔθνη h. l. appellat ordines hominum diversos, pro diversitate negotiorum, quae sua cuique ordini propria sunt.

169, 7. redemtores vectigalium, publicanos & eorum locatores designat. Ciceroni quoque multus labor erat in defendendis equitibus Rom. publicanis. 16. ad Consulares Syriae. 17. ad vicarios orientis. 18. ad Praefectos praetorio orientis. 32. μηδὲ πάντα] scil. ἔχουσιν. *antepen.* τῶν μὲν] a senatu me abstrahere. *penult.* post μερίδος comma colloco.

170, 6. τὴν τάξιν] h. e. partes senatus. 21. λέγῃ in conjunctivo. quicunque praesidialis secius de aliquo syndico vel patrono causae popularis judicaret, ei obloqui solebam. 22. f. ἐν οὐδενί. aut, si malumus vulgatam servare, h. e. ἐν omittere, saltim idem ea significabit. *nulla in re linguam cujusquam syndici, legis violatae incusavi,* h. e, nunquam criminatus sum syndicorum

quem-

quemquam, eum jus & fas oratione ulla in re violasse. 26. προβαλέσθαι] sibi praetendere tanquam scutum; eo se munire atque tueri. inest huic verbo anceps significatio. plerumque significat aversari, procul abjicere, a se amovere, amoliri, fugere, abhorrere. hic usurpatum est modo paulo inusitatiore pro amplecti, sensu plane illi contrario. sed utramque notionem complectitur haec communis ante se tenendi. tenemus autem ea ante nos, quibus nos tegimus & defendimus, sed & ea quae nolumus propius ad nos accedere. sumtum videtur ex illo Demosthenico. τὺς ἀγαθὺς ἄνδρας δεῖ τολμᾷν τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα προβαλλομένυς, φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως.

171, 2. cum sibi, qui sunt pueri adhuc, plus sapere ipsis senibus videntur. senilem prudentiam prae puerili sua temeritate contemnunt.

172, 3. κεκομισμένος. probitatis me e improbam mercedem tuli. 21. παρ' ἐκεῖνον non satis intelligo, ut damnare audeam, & παρ' ἐκείνῳ substituere. si tamen vere conjecimus, sen entia est: necesse erat illo tempore ipsi soli vacare & disputationibus ejus. 24. nos ejusmodi famulos *fiscales* appellitamus, vel simpliciter *famulos*. 26. paene colligas ex hoc loco, illos hypodidascalos nullam mercedem tulisse a magistro ludi, a quo constituerentur, sed a pueris solummodo, & pacto fuisse obligatos, ut magistro ludi, cujus in potestate essent, de lucello suo certum quoddam foenus dependerent. ἔνδεια

est vocabulum Thucydideum, & Demosth. reliquias debiti aeris nondum persolutas significans. 31. οὐκ ἔσχε] non obtinuit, non potuit consequi. *penult.* post ἐφιωνυμένης videtur aliquid de illo Ascalonita desiderari, contrarium ei, quod statim subjicit de ejus successore. Compara hos duos inter se. Ascalonita decessor erat nimis diligens & attentus ad rem, & immitis atque saevus. successor ejus contra erat segnis & supinus & nimium commodus. Ille nemini, ne magistro quidem inferiori, remittebat debitum. hic ne nomina quidem suorum discipulorum norat.

173, 3. συνῆν] subaudi τοῖς παροῦσι φοιτηταῖς. 4. οὐδέτερον] scil. ἐποίησα, si pro neutro accipimus, aut ἐμιμησάμην si pro masculino. 8. μὲν] l. με. aut alias leg. ἀλλ' ἀναμίγνυμαι ἅπασιν. 13. τἄμὰ] scil. σκώμματα. interdum intorqueo prior aculeata verba in alios, interdum retorqueo in me conjecta. 15. ergone antea radebantur adolescentes? 19. προσαιτῆσαι] videtur hic aliquid deesse. quid enim *mendicatio* ad *barbam?* 20. v. Vit. p. 11, 4. 21. post κλήσει videtur ἐκλήθησα vel tale quid deesse. antepen. προστιθεμένων] cum alii se e mea disciplina ad alios magistros conferrent.

174, 1. λύπην] offensionem plurimorum erga me. intelligebam plerisque gravem me & exosum esse. qui autem me sine offensione ferrent, seu quibus tolerabilis magister viderer, & qui disciplinae meae acquiescerent, iis acquiescebam, & contentus eram. 3. fuit cum κενότητα

τητα ἑταίρων conjectarem, *vanitatem discipulorum*. nunc nihil ausim affirmare. si vulgata bene habet, subaudiri debet ἥντινα ἦν. ad alias quascunque novitates, seu novos quosque & insperatos eventus & mutationes rerum. 31. de veneficiis agitatorum Circensium res nota, & ab omnibus commemorata, qui de ludis Circensibus exposuerunt. *penult.* post πόλεως videtur aliquid deesse ad hanc fere sententiam ἐπεὶ δ' ἐγὼ τοιαύτῃ συμφορᾷ πέπληγμαι πᾶς τις ῥᾳθυμεῖ, νωθεία τε αὐτοῖς ἡ περὶ ταῦτα τετίμηται.

175, 8. περὶ] l. παρά.

AD ORATIONEM XII.

QVAE EST DE THRASYDAEO AD NICOCLEM.

177, 3. δύναιτο. 10. videtur in illis thermis Musae Calliopes signum fuisse, ad quod lavantes vota precesque facerent, cum e solio rediissent loti. 16. τῦ στρατηγῦ] sine dubio Hellebichum designat, & res seditionem Antiochenam in continenti secutas. v. v 22.

178, 2. f. αὐτῦς. 3. f. βέλτιον ὂν ὑκ. 4. ἐκείνυς, ut ipsi [tres illi senatores] impellerent [Eusebium puta.] 13. διεωσάμην ἂν τὸν λόγον. 26. jussit nos exire suo consistorio, nec prius ad conspectum suum redire, quam inter nos de legatis legationem obituris convenisset.

179, 4. νέυς] ad meos adolescentes, h. e. ad consuetos meos juventutem docendi labo-

res. 9. δεδυνῆσθαι] scil. καταςῆσαι: me nihil potuisse constituere & ad liquidum perducere de legatis futuris. 14. quis ipsorum res, & privatam & publicam, esset, ipsorum loco, per absentiam suam, curaturus. 20. ut qui haberet tanti fastigii virum rei tantillae fidejussorem. h. e. ut homo, qui summi faceret insperatam & insolitam gratiam, qua dignaretur magister militum homini tam minuto, atque ipse, Thrasydaeus, esset, se offerre procuratorem rei familiaris, hero absente. 23. νοῆσαι] l. ὀνῆσαι quam maxima emolumenta allaturum esse. 34. quanti mansionem vendidissem. h. e. quanta mercede me redemisset Menedemus, ut ei a magistro militum veniam domi manendi impetrarem.

180, 4. Cimonem suum significat. 27. ἔχει. *penult.* παροινήσας.

181, 6. περὶ πάντων] scil. λέγοι. 12. ἥξειν.

182, 11. aut αἱρῶν aut ἑλών. sed praefero prius. *quod se ipse arguat.* 16. si quae audiverat ea lege, ut penes se contineret, ad neminem efferret, ea extulit & propalavit postea: eaquam audiverat. 27. παρεκινήθημην. 29. ut nemo possit frivolam illam & tralaticiam calumniam mihi intentare, ut dicat: Atqui tu, Libani, quamquam tacuisti, magistrum militiae tamen clam cubito adacto admonuisti. Calumnia illa hic vana est & falsa. tanto enim intervallo dissedimus, ut ego illum pungere cubito meo nequirem. 34. me nunquam ex ore

Mene-

Menedemi vel verbum audivisse, quo me rogaret, ut hanc ei operam navarem, neque me mercedem hujus operae ab eo stipulatum ullam esse.

183, 1. δύναιτο ἂν] scil. Menedemus legatione fungi. sed ais, Thrasydaee, te aliquando a me interrogatum esse, possetne Menedemus legationem obire. 2. ergo, si te interrogavi, solum interrogavi, & neminem alium. 4. ἠρωτῆσθαι. 35. τὰ περὶ τὴν νόσον μετὰ ταῦτα τὰ ῥήματα.

184, 3. ἔλεγες. & ea quoque Bongiovannio mens fuit. dixisses tu, Thrasidaee, ad me his verbis: O mi amicissime Libani — 6. ὡμολογημένων πολλὴν ἄγνοιαν κατέγνωκα. 9. ἐπηγγελλόμην. 19. ἐπ' αἰτίᾳ ψευδεῖ] erat illa falsa excusatio haec, ut negaret Thrasydaeus legationi obeundae se parem esse. 20. f. ἀπολαύοντα. tibi liceret his verbis mecum agere, & has preces mihi admovere, & fictis falsisque excusationibus me in fraudem inducere, quo Menedemum in societatem itineris pertraheres: his id idem non licebit, ut me pro se gratiam eandem rogent contra te, qui possint allegare excusationem multo firmissimam & gravissimam, morbum scil. verum, neque simulatum. 31. ἀμφω] scil. σοὶ ἐνοικεῖ καὶ ἐνοχλεῖ.

185, 6. quo me majori crimine onerare poteras, quam hoc, quod jactabas, mihi conscriptas in forulis jacere orationes invectivas *in omnes homines*, quae sunt orationes *innumerabiles*.

188. 7. στρατείων. Iuliani Aug. in Persas expeditionem designat. 23. φθόνει in secunda persona imperativi, ob sequentia οἷς & ἀξίοις. 28. τῶν φευγόντων] subaudi a communi ἔλαττον ἔχειν ἀξίοις. neque postula, ut, qui me sectatur, (Menedemus) is fructus mei minores percipiat, quam hi, qui me aversantur. (qualis tu es, Thrasydaee.)

189. 16. ἐν ἐκείνῳ] scil. τῷ τρόπῳ τῆς δεήσεως καὶ μεταιτήσεως. si priore illo modo intercessionis & supplicationis, de quo modo dicebam v. 11. uteretur. 23. αἰτήσας], perobscurus hic locus, ut vix ausim quicquam conjectare. venit tamen in mentem suspicari num δείσας sit legendum. metuens enim Thrasydaeus rem, antequam eveniret, h. e. metuens, ne legationi destinaretur vel antequam ea legatio decerneretur, hac usus est oratione ad eos, si qui ipsum, sub praetextu luctus contestandi, convenissent, se nullum dubitare, quin sit illius itineris necessitate absolvendus, & quin ego sibi sim illius auctor beneficii. Atqui satius erat hoc silentio celari. Verum [haec est occursio cavillatoria] verumtamen si ea reticebantur, tum ego scilicet ab illo liber eram periculo, quod me manebat, si ista propalarentur. Quodnam vero illud periculum? quid mali me manebat? hoc nempe. adversarii hujus rationis criminaturi me erant, ut principis inimicum, & studiosum tyranni [Maximi puta, qui eo ipso Anno 387.

Valen-

Valentinianum secundum ex Italia auffugere cogebat.] & bona atque commoda e legatione exsistentia me huic [principi Theodosio] invidere, & damna inde ad illum [tyrannum, Maximum] reditura prohibere. *antepen.* τὸν] l. τῶν. scil. καλῶν καὶ ἀγαθῶν. *ult.* aut delendum ἐν aut cum ἂν mutandum est.

190, 5. aut εἶναι aut γίγνεσθαι deest post ἰδεῖν. non sinentibus me cum illo his de rebus ullo modo agere. 13. cum enim persuadere suo animo non posset, ut crederet in praeteritione Menedemi plane nullas esse meas partes, sed ab alio quopiam effectum id esse; ut is transmitteretur: satis magnas a me poenas videbatur sibi sumturus, si bellum in me concitaret ab iis, quos habiturus esset socios irarum atque simultatis propter operam a me Menedemo navatam. 21. τὸν δὲ] scil. principem. 27. arripiebat itaque me Thrasydaeus, & rogabat, ut pro se intercederem, animo subdolo & malitioso, non quo constaret sibi, neminem esse alium, qui pro se intercederet, praeter me, quam quo incurrerem in existimationem perfidiae, & in crimen laesae majestatis. 31. τὰς] f. τῆς, ut ἕνεκα vel χάριν subaudiatur. unaque ut haberet ipse [Thrasydaeus puta] socios infamiae ejus, quam retulit e probris in me conjectis.

AD ORATIONEM XV.

QVAE EST AD AVXENTIVM.

230, 3. ἐπιςολὰς] quibus Auxentius domum revocatus erat ab Antiochia, e medio cursu studiorum literariorum, quem sub oculis Libanii agebat, ad obeundas domi functiones curiales. 4. τῶν ἐνταυθοῖ] scil. σοι φίλων ὄντων. 5. ταῦτα ποιῦντας] i. e. σε ταράττοντας καὶ θορυβῦντας. 6. ποιεῖν] scil. ταῦτα sapit non nihil latinismum. *duxi faciendum esse ut statueres aliquanto sapientius.* 8. ἔςαι τι] scil. κέρδος. 9. τῷ συμβῦλῳ] id est mihi. 10. πεισθέντι] tibi scilicet, Auxenti. *ibid.* recte vidit editor leg. esse πεπεικότι. *quam mihi consilii auctori. antepen.* molestiae & sollicitudines, terroresque, quibus nunc teneri & circumagi tuum patrem, tuae hujus ad nos profectionis ergo, fama est; quem & rebus acerbis & verbis contumeliosis majorem in modum laedi atque cruciari audimus, ea merito nos quoque vehementer sollicitos animique dejectos habeant.

231, 10. τῦτο] τὸ τῶν γονέων πρᾶγμα vel μέρος. 19. ἀπελθόντα] scil. ἐν τῦ ζῆν. 23. ὁμωρόφιος (per ω in secunda syllaba)

232, 8. τὸν ἑρμῆν] ei enim, ut eloquentiae patri & praesidi, militabat tum Auxentius. 9. ἐχθρὸν] videtur aliquis in eo oppido, unde Auxentius oriundus erat, fuisse sophista, qui,

aegre

aegre ferens Auxentium e sua disciplina ad Libanii ludum transisse, jam illo profecto tumultuaretur, & eum domum retrahere laboraret, praetextu eo usus, necesse esse, ut Auxentius functiones curiales in patria obiret. 10 εἴσεται sciet, id est, habebit tibi gratias ejus consilii suscepti, ad quod suscipiendum ipse te vi adegit atque compulit; ut nempe ejus disciplina relicta ad meam te conferres. 11. ἥκων: nihil effecisti illa tua domuitione. 12. καὶ ἃ μὴ — &, quae quod nolebas fieri atque manere, ideo domum te receperas, ea firmiora atque multo graviora reddet. i. e. odium tui & ex eo natas molestias, quas patri tuo tibique & tuis reliquis necessariis creavit. Nam, quod huc venisti, meaeque te fidei & institutioni commisisti, eo palam professus es te meas literas illius prioris tui magistri literis praeferre, neque alia spe atque mente suscepisse huc proficiscendi consilium, quam quod tibi viderere majores a me literarum fructus percepturus esse, quam ab illo percepisses. 23. probo Bongiovannii ad h. l. annotationem. ὁ δυσμενὴς est ille idem sophista aemulus Libanii. v. p. 235, 18. 27. σπείσεται δὲ πρὸς τὸν λελυπηκότα. & cum auctore suae aegritudinis [h. e. cum patre tuo] paciscetur atque in gratiam redibit. 29. αὐτὸν] eundem illum λελυπηκότα irarum & molestiarum suarum auctorem, h. e. cum patre tuo, Auxenti. 31. ἐκεῖνον] patrem tuum iisdem modis anget & cruciabit, quibus nunc cruciat.

illa ſtata tempora collegas ad epulandum ſecum invitent. πολλοῖς γε ἥδιόν ἐστιν, ἂν [id eſt ἐὰν] ἢ τισι συνεστιᾶσθαι. multi quidem eo ſunt animo, ut ſuavius in ſocietate epulentur, quam ſoli. Quis ergo tum eris, & quid tum inſtitues, Auxenti, cum ille te ſophiſta ad ſuas vocabit epulas? 15. ante ποιῶντος videtur aliquid deeſſe, e. c. ἀπάνθρωπα vel tale quid. *recuſare & ſpernere vocantem, erit inſolens & grave, laedes enim ſic humanitatem.* mihi quidem durius accidit χαλεπὸν cum ποιῶντος copulare. ſi quis tamen hoc malit cum interprete, nil cum eo contendam. 18. ſit ejus denique, quem parricidii reum agere & in jus vocare par ſit, oſtendendo quantas injurias patri oblatas ingratus filius diſſimulet atque oblivioni tranſmittat. Habetur enim pro indicio animi a parentibus alienati, ſi liberi parentum injurias in hoſtibus eorum non exſequuntur, ſed cum his pacate & amice degunt. 20. ἠδικημένος] ſcil. pater tuus ab illo ſuo inimico. 22. ſi ante patrem vivis excedas. 24. videtur Auxentius ſperaſſe, ut aliquando e vita ſcholaſtica ad civilem trasferretur, & in officio patris, quodcunque id fuit, collocaretur. 26. ipſe tuum cor exedas, cum quaeras incaſſum eas literas, quas a me accipere eſſes prohibitus. (ſi ſcil. nunc domum te recipias ſtudiis tuis nondum abſolutis.) 27. ὁ πατὴρ δὲ] hypophora, novum argumentum, ad demonſtrandum, neceſſe eſſe, ut Auxentio venia detur, affectis adhuc ſtudiis, domum redeundi. Atqui, qui te ad iter hoc

ingre-

ingrediendum & ad festinandum impellunt, hoc utuntur argumento. Pater, ajunt, injurias accipit ab eo, quem tu magistrum tibi judicasti haud idoneum. Haec illi. quibus ita occurro. πόσοι δὲ ἄλλοι πατέρες — scil. ἠδικοῦντο — solusne pater tuus is est, cui haec acerbitas contingat? Nonne multi alii quoque patresque matresque eandem ob causam sunt vexati, a magistris literarum, ad iram provocatis a desertione juvenum. Hi enim magistri, existimantes injuriam & contumeliam ea desertione suae disciplinae sibi factam esse, idque prae se ferentes, procedere solent ad ultionem, & ad poenas repetendas; quas quia nequeunt ab ipsis adolescentibus, utpote peregre agentibus & extra potestatem suam evectis, repetere, repetunt ab iis, qui in loco eodem secum sunt, & in urbe adhuc versantur, h. e. ab adolescentum necessariis.

235, 3. τοῦ πράγματος] h. e. τοῦ ἐν ἀγορᾷ στρέφεσθαι καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς συκοφαντοῦντας. 9. procuratores designat, h. e. homines ingenuos seu liberae conditionis, qui absente domino alicujus praedii rem ejus familiarem curabant. res nota e Ciceronis Quintiana. sed οἰκέται villici sunt servilis conditionis. 19. sed interea dum filii peregre literis operam dabant, insciis parentibus, domi parentes vexabantur & urgebantur, ut filios arcesserent. 21. πρὶν ἢ προσῆκεν], ante finitum literarum curriculum. 26.

sententia haec est: 'parentes interea persuadebant quibusdam civium, ut cum filiis suis vices curialium functionum permutarent, quo filii sui in studiis literarum ne impedirentur. Auxentius debebat e. c. hoc anno curiale aliquod onus gerere. sed aberat domo. Antiochiae penes Libanium literis operam dabat. Iam quo liceret ei ibi manere usque ad perfectionem literarum, reperiebat pater ejus aliquem amicum, ad quem series curialium onerum non nisi aliquot annis post erat perventura, ut hoc anno ea capesseret, spondens fore, ut filius, posteaquam redisset, eo anno vices ejus capesseret. sic non onera, sed annos inter se permutabant. nam onera quotannis erant aequalia. 28. & hi supersedebant ea dementia, ut, decedentes de medio curriculo studiorum modo inchoatorum, ea bona e manibus abjicerent, quorum consequendorum causa peregrinationes suscepissent, & in aliena oppida se contulissent. 31. ἔξω μένων] p. 265. recitat Bongjovanni ἔξω δὲ μένων, nil refert. videtur leg. esse ἕξῃ in secunda persona futuri 1. medii. *tu autem ipse manens in eo loco quo nunc es, inhaeresces literis?* i. e. egone tibi auctor sum, ut hoc facias? respondet. Solet fieri hoc quoque, nisi praecessisset ὁ σὸς πατὴρ, aut si praecessisset vel ὁ ἐμὸς πατὴρ, vel ὁ πατὴρ simpliciter, suaderem ἕξομαι μένων. facile potuit μαι terminatio ob initium simile vocis proximae intercidisse. *egone immorabor literis hic*

ma-

manens? h. e. tune mihi hujus consilii auctor es? respondet. sum vero. nam id quoque moris est. aut, si tu negas, ostende mihi — *antepenult.* ἀναπτομένους] *evolantes.* idem est atque ἀναπετομένους. *ult.* totum studium hujusmodi filiorum in eo exitu exspiravit, ut elingues ipsi; & ignari viarum juris & eloquentiae, adstarent coram judicio ad latus patrum, quorum causam defendere debebant, & defensum venerant, & eam causam non modo non orarent, neque defenderent, sed vel laederent quoque atque debilitarent & infamarent dedecore suo infacundiae & ignorantiae, quo dedecore caruissent, si diutius in literarum studio permansissent.

236, 2. enumerat scholas tum celebriores, & ostendit exempli inauditi esse, ut studiosorum quisquam vi domum a literis abstraheretur ad munia civilia obeunda. scholae illae celebriores sunt Romana, Atheniensis, Berytensis, Alexandrina. 10. fatetur tamen aliquos e medio cursu studiorum literariorum domum redisse, quibus scilicet, interea dum domo abessent, patres morte decessissent. sed eos negat coactos hoc fecisse, sed ultro, ait, & volentes, praetextu orbitatis abutentes ad deserenda studia literarum, quarum nullo amore tenerentur. Exemplum igitur illorum nil valere. 14. τὰ μὲν] scil. κτήματα καὶ τὴν κληρονομίαν καὶ τὴν αὐτῶν ἐπιμέλειαν. 16. πηγαὶ] scil. παρέχουσι πόματα.

Ἰά. 26. si locupletes estis, facile satisfaciatis [tu & pater tuus] necessitatibus curialibus. sin autem estis in re tenui, nullam possitis facere ingentem jacturam in his insultibus, qui in vos fiunt. 29. ἀπολλύοιτο. pereat. 30. τῇ μηλέᾳ] v. Vit. p. 21, 32. antepen. ἱκανὸν (sine praepositione.)

237. 2. ἦ μὲν] recte vidit Bongiov. contrahenda haec in unum voc. ἦμεν esse. 16. ἐξιέντων] scil. e protestate mea. ult. τὸν μὲν βουλ —

AD ORATIONEM XVI.

QVAE EST CONSOLATORIA AD ANTIOCHVM.

240, 2. δακρύειν. τὸ μὴ idem hic est atque ὥστε μή. 14. αὐτίκα est h. l. exempli causa. quare puto locum ita esse constituendum. τὸ δὲ πονηρὸς κακὸν. αὐτίκα. (ἱκανὸν γὰρ εἰς ἀπόδειξιν τοῦτο τοῦ κακὸν εἶναι τοῖς ἔχουσιν.) οἱ τοῖς ὀρχησαῖς — 15. designat cantores factionales. 18. ἥδιστα. libentissime. 22. recte conjectavit Bongiovanni φοβηθείης. 27. aut αἴρει extollit aut αἱρεῖται optat, deligit, sed malo prius. 32. προσιθέναι τοῖς νῦν] subaudi λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ εἰς σε ὀνείδεσι. penult. αὐτὸν ἐκεῖνον] illum ipsum ludi magistrum, quem Mixidemus extollit. quisquis ille magister fuit, Libanii certe fuit aemulus.

243, 16. aut deest aliquid post ἀψάμενος, & videtur τῦ λέγειν deesse, ut constructio sit ἀψάμενος δὲ τῦ λέγειν τὰς δίκας, aut leg. est τῶν δὲ δικῶν ἀψάμενος. sed praefero priorem rationem. 20. 21. exponit h. l. versu *penult.* & *ult.* 28. στρατιὰ (per jota simplex) militia, h. e. cohors apparitorum & aliorum officialium judicibus addita ad exsequenda eorum mandata. 32. sed qualis fuerat in pueritia cum adhuc ludum puerilem frequentaret, & qualis fuerat ineunte aetate, quum adhuc caussis dicendis quaestum faceret, idem nunc quoque erat, aetate confirmata, in judicatura, scil. pathicus.

243, 9. ἡ κεφαλὴ] scil. τῆς γυναικὸς ὑπ' αὐτῦ κατεφιλεῖτο. 13. apprehendentes dominam ex iisdem locis, quibus ipsae a Mixidemo tenebantur h. e. quibus modis Mixidemus ancillabus supplicabat, iisdem ancillae pro Mixdemo supplicabant. 30. quicunque est annus, fertilis an sterilis, vectigalia quidem sua semper ipsi dependi necesse est. *antepen.* opera muliebria sunt molere, pinsere, panem coquere, nere, texere, lavare, domum verrere etc.

244, 1. δι' αὐτὸν sui caussa.

245, 14. δυνάμεις. 15. τῦτο] scil. αὐτῷ βύλονται vel δύνανται. 19. εἶναι] Mixidemum puta. 31. probo ἐκείνης Bongiovannii.

246. 12. καλώ τε κἀγαθώ (nam est h. l. dualis.)

247, 1. ἕτερον] insidiabatur enim Mixidemus adolescentis pudori. id quod etiam induxit adolescentem ut ex ea domo, unaque ipsa Antiochia excederet. 6. συνεχὴς ἦν] scil. ἐν τῷ διώκειν τὸν νέον καὶ πειρᾶν καὶ λιπαρεῖν. 17. νεανικώτερα] insigniora ad flagitium, grandiora, luculentiora, flagrantiora, insolentiora. 20. λαβὼν] scil. μισθὸν. 25. τὸν μὲν] stupratorem pueri. 26. τῷ τὸν κίνδυνον. ibid. τὸν δὲ] Mixidemum. 34. sic distiguo πόλει, Ῥωμαίων οὐδένα — antep. usque ad nautas in Tiberi navicularıam exercentes.

248, 10. saepe tacet, quo alii quoque conticescant. ne alii os diducant, & infamiam suam [Mixidemi puta] ebuccinent. 14. ἐπεισήγαγε. 15. κηδεστὴς ejus (videtur hic loci maritus sororis uxoris Mixidemi esse) is ergo copiam uxoris suae Mixidemo facit. 19. ποδῶν bene habet. licet illis multa quoque pedibus inter se loqui, Mixidemo puta cum sorore suae uxoris. notum est inter amantes colloquium mutum non oculorum modo, neque bracchiorum, sed etiam pedum. 20. minor natu filius Mixidemi libenter aliquo abiret, si quo posset auffugere; ne videat istas foeditates domus paternae, matris sorores, ei a patre tanquam pel-

lices

lices superinductas. sed speciose auffugiendi praetextu caret. major natu autem Romam secessit, praetextu literarum percipiendarum.

249, 6. ante ἢ subauditur μᾶλλον. 9. χαλεπὸν] subaudi ταύτῃ τῇ πόλει. 11, ἐν ῇ τοιαῦτα ἤσθη] f. ἐν ᾧ τοιαῦτα ᾔσθη (a verbo ᾄδειν) eo vivo & salvo, de quo tanta facinora vulgi sermonibus jactantur. 12. ἐκείνων] Mixidemo & ejus sodalibus, qui sceleribus ejus, quae norunt, connivent. 15. locum hunc corruptum ex ingenio restituere non licet. apparet quaedam deesse. non multa tamen illa sunt.

AD ORATIONEM XVII.

QVAE EST DE EVSTATHIO CARE.

videtur haec non fragmentum, sed integrum opusculum esse; praelusio ad quandam scholam seu lectionem.

250, 7. ergo studiosi Athenienses vestitus quadam peculiari nota distinguebantur?

251, 5. v. Vit. p. 9, 8. 12. βίβλων. quia sequitur αἱ δὲ ἦσαν πολλαὶ πολλῶν. scil. βίβλοι. βιβλίον est generis neutrius. hic autem foeminino opus est ἡ βίβλος. 14. τῶν ἡμετέρων] scil. βίβλων seu συγγραμμάτων. 19. non enim deerat qui id mihi nunciaret. subauditur enim in ὁ ἀγγείλας, ἐμοί. 21. negotium hoc non carebat

rebat periculo, Eustathio puta. facile poterat fieri ut ea res magnas molestias & magna damna Eustathio crearet. 25. πόνες] respondet vocabulo penes nos usitato *exercitia*, progymnasmata, in quibus exercetur & formatur ad eloquentiam puerile ingenium. *ibid.* f. ποιεῖν leg.

252, 1. Perseo pater cum Musis communis est Iupiter. v. p. 620. v. 5. edit. Morell. 2. ἐτοι] nostri Antiocheni, 3. Constructio haec est. δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς πιστεύειν ὅτι Εὐςαθιος ὁ Καὶ ἔρχεται ἐπ' ἄκρον τῆς τέχνης. 6. ex hesterna mea recitatione vel schola. 8. τε προσήκοντος] scil. σχήματος καὶ προσφθέγματος. 20. recte conjectavit Bongiovanni ὅτῳ. Absolvi haec Libaniana d. 5. Septembris A. 1762.




GVILI-

GVILIELMI CANTERI

AD

ARISTIDEM

ANIMADVERSIONES.



VIRO

CELEBERRIMO ATQVE ERVDITISSIMO,

FRIDERICO LVDOVICO ABRESCH

LITERARVM HVMANIORVM APVD SWOLLANOS PROFESSORI,

S. P. D.

I. I. REISKE.



Anni sunt tres admodum aut quatuor, cum animadversiones ad Aristidem nostras ederemus. Quo tempore spem faciebamus publicandarum aliquando Gu. Canteri, viri summi, ad eundem rhetorem schedarum, si Tu, Vir Celeberrime, usuram earum mihi concessisses, quemadmodum concessurum benigne recepisses. Ut Tu paulo post fidem datam erga me liberasti, ita nunc demum erga publicum libero; sed Tua Tibi reddo. Eccui enim has schedas inscribi & imputari aequius erat, quam Tibi, quas Tu ultro mecum communicasses, in eum denique auctorem, quem Tu quoque ingenii Tui praeclaro quodam lumine passim perfudisses. Flagitabat praeterea amicitia nostra mutua monumentum aliquod sui, quod & ad hanc aetatem, & ad insecuturas evalesceret, mutuaeque nostrae voluntatis constantiam testificaretur, quae in Belgio multis ante annis coepta, postmodum, tametsi tantis locorum spatiis disjuncti essemus, literarum commercio perculta & continuata est. Accipe itaque amica fronte, qua mea omnia soles, qualecunque hoc studii erga te mei, quod ardentissimum est, testimonium. Non laudes nunc Tuas, quibus multis flores, praedicabo, non humanitatem haut inanem, neque verborum solummodo praesti-

giis

12. *antepen.* ἥτις — εἴ τις.

13, 3. ἐνεῖδον — ἐκεῖνον. So.

18, 10. ἐγχειρεῖν — ν. [obſervandi nota.] 16. σύμπαντος — deeſt ἔλεγον, vel ſimile quid.

19, 2. καὶ τεῖναι — καὶ τοῦτ' εἶναι f. 14. αὐτοῖς — αὐτῆς.

21, 2. ὃ — ὅτε. 16. Λευκάδα — Λευκάτα.

22, 18. πρὸς ἕω — πρόσω. O. [Oporin.]

23, 10. verba καὶ οὐκ ἔσθ' — ἀναπαύσαιτο transponi voluit ante οἷον αὐτή. v. ſeq.

25, 4. καὶ δυοῖν p. — v. 11. ἡμᾶς — ὑμᾶς.

27, 18. οἴομαι — οἶμαι. O.

36, 9. μέρους — μέλους.

38, 15. πολλὰς ὀδύνας — πολλὰς τοίνυν ὀδύνας. *penult.* οὐδόλως — οὐδ' ὅλως.

41, 9. ἀποδείξ. — ἐπιδείξ. *ult.* ἀλλὰ καὶ περὶ — ἀλλὰ καὶ τὰ περί.

42, 8. ὧν τὸ μὲν — τῶν μέν. 16. ἐκείνης — ἐκείνοις. *ibid.* ἕκαστοι — ἑκάστοις.

45, *ult.* οἱ — ἡ.

46, *penult.* ἡ ψυχὴ — τῇ ψυχῇ.

47, 4. διαχαράττουσι — διαχειρίζουσι. O. 6. συνέντες — συνιέντες. 9. ὀνομάτων — νοημάτων. *penult.* Ἰανὸς — Ἰαμός.

49, 12. ὥσπερ — οἷσπερ.

50, 17. πάντα — πάντας. O.

52, 17. σοφίαν ἐρᾷν — σοφίαν μὲν ἐρᾷν.

53, 17. αἱρεῖ — αἱρεῖ.

55, 17. ἐπαγγελίᾳ — ἀπαγγελίᾳ.

56, 11. πρόη — πρόας.

57, 17.

57, 17. ὑμῖν — ἡμῖν. O.
58, 7. αὐτῶν — αὐτῦ.
60, *ult*. φέρων — φόρων.
62, *penult*. βασιλεῖ — ν.
63, 13. παράδειγμα — παράδειγμα δὲ.
64, 3. φαίνεται ὕτω — φαίνεται δ' ὗτος.
66, 13. τῦτο δὲ — καὶ τῦτο δὲ.
67, 17. ὁ ῥήτωρ — ἔντος αὐτῦ ἐτῶν κθ. So.
68, 1. πρόσγε — πρόγε.
69, 2. ἀρέσκυσαν — ἀρκέσυσαν. 14. ἀνθῆσον — ἐπανθῆσον.
70, 15. ὅσης — ὅσην.
74, 9. εἴπερ ὖν — ὥσπερ ὖν.
75, 6. τύτῳ — ἑαυτὸν λέγει. So. 12. ὀδύρετο — ὀδύραιτο. O.
78, 13. αὐτὸ — ἂυ τὸ.
84, 12. τι — τις.
86, 4. ποιητὰς λογογράφυς — ποιηταῖς λογογράφοις.
87, 3. τὴν Ἀριστοτέλυς — τὴν μὲν Ἀριστοτέλυς.
88, 5. ὥσπερ εἴτι — ὡσπερεί τι.
99, 7. πρῶτον — πρώτην. O.
93, γε — ν.
96, 11. εἶναι — ἰέναι.
98, 6. προσοικεῖ — ν.
99, 6. εὐκαιρίας — εὐκρασίας. So.
100, 9. κοινὸν — καὶ κοινὸν.
102, 13. θαλάττης — θαλάττης ἦλθον. O.
107, 15. τὰ σπέρματα — ν — σπέρματά τε.
108, 13. ὖν γέγραπται — ἐγκέκραται. So.

110, 17. Δωριέων — ἔτι δὲ οἱ Δωριέων. So. Cant. ἡ citatque Eleus. p. 68. v. penult. Edit. Flor.

111, 6. καὶ κατὰ στάσιν — v.

114, 1. τοῦτο δὴ — τοῦτο δὲ. 17. προσεπεμ. — προεπ.

115, 11. πολλαχῆ — πανταχῆ. O.

119, 5. παρ' ἡμῖν — παρ' ὑμῖν. 7. ὅσων εἰπόν — ὅσων οἷς εἶπον. 15. καὶ αὐτῶν — καὶ αὐτῶν. Soph. 17. ἂν — v.

122, 17. ἄλλη — ἄλλα. So. penult. ἀφηγουμένους — ἀφηγουμένοις. So.

124, ult. Παιῶνος — Παιᾶνος. O.

126, 5. προτελεσθεῖσα — προτεθεῖσα. So.

127, ult. ἐκείνου — ἐκείνου μόνου. O.

128, 8. γῆς ποιήσειν — γῆν ποιήσειν. So.

130, 17. ἀπεχώρει — ut O.

131, antepen. ἡ — v.

135, 5. ἀναρπάσους — ἀναστάτους. O. pen. ἡ ταῖς — ἡ ἐν ταῖς. ult. ἐγχωρεῖ — ἐνεχώρει. So.

137, 6. ἐσχάτην — ἐσχάτης. 14. κατεργάσασθαι — κατεργάσεσθαι. So.

138, 2. ὅπερ — ἅπερ. 10. Ἀθηναίων — Ἀθηναίοις. So.

140, 10. καὶ γυναικῶν — καὶ τῶν γυναικῶν. So.

143, 1. οὐκ — v. 5. τοῖς παρὰ — τῇ παρά. O.

144, 14. διδόντα — διδόντων. So.

145, 16. ἐπὶ κέρδει φιλεῖν — v. pen. καὶ τούτων — καὶ διὰ τούτων.

149, 16. ὑπερέχειν — ὑπερσχεῖν.

153, 7. ᾔσθετο οὐ — ᾔσθετο δὲ οὐ.

155, 16 τῆς Κορ. — ν.
159, 4 μέγιςα ΚΑΙ τῶν. Iunt. — ν.
161, 6. ἡ ςρατηγ. — καὶ. 12. ὥσπερ — transponit & praeponit τῷ εἴρηται, v. seq.
164, 7. ἅμα τοῖς — τὰς ἅμα τοῖς. O.
166, 16. ἤδη — ν. 18. ἤδε — ν.
172, 7. τοσῦτον αὐτοῖς — τοσ. δ' αὐτοῖς.
173, 15. ἐδενὸς — ἐδ' ἑνός. So.
174, 15. ἑωρῶντο — ἠωρῶντο.
178, 6. Λευκάδι — Λευκάσι.
182, 10. εἰσφορῶν — ἐκ φόρων. So.
187, 18. αὐτῆς — αὖ τῆς. O.
188, 12. ὑπαρχόντων — ὑπαρχέσῶν. O.
189, 13. πρώτη — πρώην. O. *penult.* δύο — δυοῖν. So.
190, 4. ἔθεσι — ἤθεσι. O.
192, 12. τέκοι — τέκε.
193, 17. ἐν σφίσι — Flor. καὶ ἐν σφίσι. So. v. 19. τῷ τῶν — τὸ τῶν. O.
168, 6. ἐμπίδες. nota haec animalcula ex Aristophanis Nubibus. 9. καταβοῶντας. Cap. 9, 2. aut loco μάχεσθαι leg. est τέτοις, aut utrumque jungendum. 11. συναίρονται. nullum tamen discrimen significationis novi inter συναίρεσθαι & συλλαμβάνεσθαι. dictio porro δεῖ τοῖς ἀνθρώποις βοηθείας idem dicit atque δεῖ καὶ τῶν συλλαμβανομένων. videtur ergo turbatum aliquid hic loci a librario fuisse. *ult.* δὲ] l. ἐν.

169. Cap. 11, 4. διαθήσει. *penult.* ὀρνίθων] gallinarum & quidquid ad id genus avium altilium domesticarum pertinet. Cap. 12, δυσπιθάσσευτον. Cap. 13, *pen.* δὲ] l. γάρ.

170. Cap. 15, 1. καλόβαθρα [vel καλάβαθρα] ὑποδήσασθαι, *grallas sibi subligasse, aut subligari curasse.*

171. Cap. 17, *ult.* βασιλείαν, ἢ ἀρχήν.

172. Cap. 20, 1. εἰς μάντεως. scilicet οἶκον vel ὁμιλίαν. 2. verba ἤγων videntur, ut scholium verbi μαντεύεσθαι, delenda esse. 8. προσήκει. Cap. 21, 6. κἀκεῖνα delendum. Cap. 22, *ult.* aut πρὸς hic loci delendum, aut v. 1. p. 173. leg. τὸν νοσοῦντα. *non ad satietatem & appetitum aegroti nutriunt eum medici.*

173, 10. καὶ delendum. Cap. 23, 4. καλεῖσθαι. 12. καὶ medium delendum.

174. Cap. 24, 1. ἐπ' ἀριστερά. id est ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μέρη. & sic quoque initio capitis proximi 25. ubi v. 4. νόθους per o parvum est exarandum. Cap. 26, 9. μητρυιά. in nominativo. *noverca.* nam φιλήσαι est optativus. 12. ἥττονα.

175. Cap. 27, 1. λέγω δὲ] nam πρόγονοι quoque dicuntur *privigni.* 7. ἐκγόνοις] minores, nepotes, quorum tutela, mortuis parentibus, ad avos redit. Cap. 28, 2. δειλός, *pavidus.* quemadmodum servum decet esse. 9. γεγραμμένῳ. *in illa parte libri, quem Melampus de monstris & prodigiis edidit, quae pars agit de muribus.* 20. ἀπολελυμένον, *solutum, separatum.*

176, 2. verba ἀπὸ τῶν αὐτῶν γὰρ σύγκειται γραμμάτων delenda sunt. apparet enim liquido, ea falsa esse, & ab Artemidoro proficisci non potuisse. Cap. 29. καθαρὸν εἶναι, μήτε τὸ ὕδωρ, μήτε τὴν γῆν. 4. ἐστὶν οὖν ἢ πονηρὸν — Cap. 30,

1, οἰκέτιν

2. ἑκάτων in foeminino. *dispensatorium.* 6. ἀπηλευθερωμένη.

177, 2. ἐπαγάλλεσθαι.

178. Cap. 34, 10. προσδοκᾶν] *ibid.* deest aliquid. requiritur vocabulum, cujus literae una cum literis vocabuli ἀγγελία computatae conficiunt numerum 100. vocabuli ἀγγελία literae efficiunt 53. vocabulum itaque desideratur, cujus literae efficiant numerum 47. ἐστὶ γὰρ ἰσόψηφον τῷ ... ἀγγελία τὸ ἑκατόν. 13. τὸν delendum. 14. περὶ τῶ ὅλως εἰ ἐξιτέον, *qui deliberant, vel ambigunt, sitne ipsis prorsus peregre proficiscendum, an domi manendum.* Cap. 35, 1. διὰ τὸ ὄνομα] non intelligo. 4. f. ἐκ χρόνων πολλῶν.

179. 2. γὰρ delendum. 8. *de diversa significatione supellectilis dixi ibi loci, ubi de vestimentis & mundo utriusque sexus sermonem institui.* ἐπὶ (non ἀπὸ) τῶ λόγω. 15. καὶ] l. ἢ aut τουτέστι. nam exponit significationem vocabuli σύνεργα. Cap. 38, 3. *nam si, cum reliquarum specierum per insomnium oblatarum significationes sint hilares atque faustae, tum iis quoque accesserint laeti ominis nomina, efficiunt haec fausta nomina, ut bona tanto significentur perfectiora; quod si vero malis significationibus adhaerescant fausta nomina, minuunt haec nomina significationum diritatem.*

180. Cap. 39, 8. ἀλλ' εἰκὸς τὸν ὑποκεχυμένον εἰς ἐπιθυμίαν ἄγειν αὐτῶ. scil. τῶ ἀναβλέποντος. *sed verum*, hoc est justum, rectum, & rationi consentaneum, *est hujus rei*, recuperandi visus, cu-

 pidinem

pidinem illi movere vel *injicere, cui oculi suffusi caligine fuerint.* 12. λέγῃ simpliciter, aut λέγῃ τις.

181. Cap. 41, 13. aut simpliciter οἰκέτης cum οἰκέτῃ mutandum est; aut leg. οἰκέτῃ φαινόμενος δεσπότην — Cap. 42, 8. πενομένοις. *ludum aperire literarium cogitantibus, & pauperibus.* ἐπειδὴ καὶ οἱ παῖδες. —

182. 2. verba καὶ μὴ ὑβρίζειν videntur aut scholium, aut varians lectio esse verborum καὶ μὴ καταφρονεῖσθαι. 8. ἀνεπιστρεφοῦσι est enim ab ἀνεπιστρεφέω, *sum* ἀνεπιστρεφὴς, *homo nil curans*, non autem ab ἀνεπιστρέφω. nam composita talia verba ab. α privativo circumflectuntur. Cap. 43. 4. πρὸς πάντα ἐπιτήδειος ἑτέρῳ ἑαυτὸν παρέχειν. potest quoque ἑτέρῳ abesse. Cap. 45, 9. σημαίνει, ἡ ἐπὶ τοῖς. —

183. Cap. 46, 10. περὶ cum παρὰ est mutandum. παρ' αὐτὰ τὰ φυτὰ, *ob ipsas arbores. est quoque differentia quaedam, cujus causa penes ipsas arbores est.*

184. 2. ὑπ' αὐτῆς αἰσχυνεῖται. Cap. 48, 2. ἀκέσασθαι. 4. μαχίμοις] *rixam facile concitantibus.* Cap. 49, 3. ἀλλ' ἢ, αὐτὸ μόνον, *sed solummodo.* 4. μεμνημένως potest exponi *rerum injicientes mentionem*, suspectum tamen mihi esse haud diffitebor. 7. ἰσχύουσι delendum, ut scholium verbi εἰσί. nam dictio *cicadae nihil sunt nisi vox*, idem significat aliud, quam *nulla alia re valent, quam voce.* potest tamen etiam sic legi; οὐδὲν γὰρ οἱ τέττιγες, πλὴν φωνῆς [aut φωνῇ] ἰσχύουσι.

ἰσχύουσι. 8. λέγουσι idem hic valet atque προλέγουσι.

185. 2, εἰσιόντας ἀποβαίνει] scilicet τὰ ὑπὸ τοῦ ἀσφοδέλου σημαινόμενα. ὡς τὰ ὑπὸ τῆς σκίλλης. Cap. 51, 4. ἢ ἄλλο τι μέρος τοῦ σώματος τὰ αὐτὰ, τὰ αὐτὰ πάσχειν. *aut aliud quodcunque corporis membrum, idem suo membro, modis iisdem atque ipse, affici.* 7. καὶ αἱ τῶν μερῶν. 13. post κατέλαβεν videtur αὐτὸν excidisse. quamvis id affirmare pro certo nolim.

186. Cap. 53, 1. προσευχὴ] *templum videre*, praesertim judaicum, aut christianum. v. v. 5. utitur Martialis vocabulo *proseuche* hoc sensu, si bene memini. 12. ὁμοίας. *mendici significant videntibus, fore, ut ipsorum quoque similis species futura sit suae, similiaque ipsi sibi agant & perferant.* 14. f. καὶ ἐπιεικῆ κίνδυνον & *periculum haud contemnendum*, aut καὶ πρᾶξιν ἐπὶ κίνδυνον. 20. ἀμφισβήτησιν πρός τινα. *fore, ut illius domus causa cum quopiam lite experiatur.* ibid. ἄν τι λάβωσιν. tribus vocabulis. *ult.* χωρίον] *villam, praedium rusticum.* Cap. 54, *ult.* οὐδὲ θυρῶν] subaudi εἰ μὴ ἔδει κλείειν.

187, 4. πιστεύειν] l. aut πιστεύεσθαι, aut πιστοῦσθαι, aut ἐπιστατεύειν, *esse procurator, villicus, dispensator.* Cap. 56, 3. διὰ τὸ πολλοὺς τὰς ψήφους κλέπτειν. quia multorum mos est, calculos clam mutare, tam furtim & occulte dextreque alios aliis subjicere, ut adstantes factam fraudem non deprehendant. Caeterum capita haec duo videntur locum debere mutare, ut quod nunc

est

est sextum a quinquagesimo, fiat septimum, & septimum, quod nunc est, in illius locum succedat. rationem hujus permutationis statim intelliget, qui primum versum capitis 57. cum versu primo capitis 55. conferet. nam hic dicto coquo domestico aut intra aedes viso, opponitur coquus forensis.

188, 2. πρὸς τοὺς κινδύνους. *praeter pericula.* 4. *mulctam fisco reipublicae addicendam.* Cap. 58, 3. aut δέχεσθαι simplex, aut ὑποδέχεσθαι. Cap. 59, 5. ἐξόδοις] *ibi locorum, ubicunque exscendatur*, sive e navi, sive de curru. *ibid.* ἔστηκε, καὶ μικρὰς. 7. καὶ πάσῃ ἀποδημίᾳ χρῆσθαι. aut καὶ πάσας ἀποδημίας χρηστὰς ἔσεσθαι. aut καὶ πάσης ἀποδημίας χρηστὸν τέλος ἔσεσθαι.

190. Cap. 63, 7. παντί. unicuique homini.

191. Cap. 67, 2. ἐπιβολάς. *ult.* κατεσκευασμένον.

192, 1. γε] l. δέ. 2. τάς. scil. ὥρας. ut recte legitur v. 3. 6. f. εἰς οὐκ οἰκείαν aut εἰς ἀνοίκειον. *quippe quae, ibi si fuissent posita, fuissent locum non suum sortitura.* 7. μή γε μήν. *neque rursus tamen.* 25. προσδοκηθέντες. 37. τό τε] l. πότε, *quando.*

193, 3. καὶ primum delendum. 12. θλιβόμενος. 21. καθέκαστον unio vocabulo. 22. πρὸς τι ἁρμόζει. expuncto ἕκαστον. modo enim praecessit. 23. οὐδέν τι μᾶλλον ἐξ ἑνός, ἀλλ' ἐκ πάντων [vel ἐκ πάντων δὲ] ποιοῦνται. *nihilomagis propterea ex uno, sed ex omnibus simul sumtis pronunciant.* 26. πρὸς] l. πρό. 28. ἰάσειν, 30.

ἔχω.

ἔχω, *vel juratus ausim affirmare.* 40. καὶ delendum *).

AD LIBRVM QVARTVM.

197, ὥσγε ἐμαυτόν.

198, 1. ἀλλὰ πεῖρα. 3. σπερματώδης πραγματεία est ejusmodi tractatio, quae doctrinae alicujus prima tantum elementa, & veluti semina solummodo proponit, unde sedulus & attentus animus elicere perfectiora reliqua possit. opposita ergo est τῇ διεξοδικῇ καὶ πλατυτέρᾳ πραγματείᾳ. 10. τινὰ τὴν πραγματείαν εὑρίσκετο. 14. εὑρίσκειν] non admodum commodo loco positum hoc verbum. aptius foret ἐᾶν vel ἐπαινεῖν. 15. ἀξιολογώτατα. 18. ἐπιδρομῇ ἐπιλέγων [vel ἐκλέγων] τρίτον — 23. ἐπηβόλως [recurrit tamen ἐπιβόλως p. 200, 18.] τε, εἰ αὐτὸν [subaudi σε] μόνον — *quo & tu ipse sagaciter & dextre singula quaeque judicare queas, si te tibimet quorumque dare rationem & per te atque pro te seorsim examinare quaeque oporteat.* 38. τὰ γὰρ ἐνταῦθα. uti etiam interpres videtur in suo codice habuisse, aut conjecisse. *ult.* ἥττονές εἰσι] libellos nostros, & nostra hac in arte praecepta multi summo studio appetunt, & deperiunt, eorumque desiderium ferre nequeunt.

199.

*) Ad superiores tres libros annotata, scripta sunt Anno 1757. insequentia autem ad librum quartum, mense Martio A. 1762.

199, 1. ἐπανορθῦν si bene habet, positum est pro κατορθῦν. qui volunt praeclare rem gerere, & operae pretium facere. 4. ἀπ' ἀρχῆς duobus vocabulis. 6. f. αἰτιολογῆσθαι. in infinitivo perfecti passivi pro ᾐτιολογῆσθαι. vid. p. 198, 28. 8. ἄλλοις] id est τισὶν. *ibid.* ἀσφαλὲς] subaudi τῦτο τὸ πρᾶγμα. 17. f. ὐκ delendum. 20. f. ἐπιμελῶς μὲν προεῖπον ἀλλαχῆ ὅτι ἕτερόν ἐςι τῦ ὀνείρυ τὸ ἐνύπνιον, καὶ ὐ ταὐτόν. ὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σὺ τὸ ἐνύπνιον καλῶς εἴπῃς ἂν, ὅτι, ἂν μὲν τεχνικῶς — *Ego quidem jam alibi docui diligenterque demonstravi, aliud esse* ὄνειρον, *aliud* ἐνύπνιον, *neque diversa esse ejusdem rei nomina; tu autem bene feceris, si dixeris,* ἐνύπνιον *esse, si quidem id ex arte a quopiam definiatur* — 36. ἔχον. in neutro. sed quod in solo somnio vim habet, extra somnium nil valet, neque efficit, neque significat. *pen.* ἐνςάσει uno vocabulo. posset quidem etiam ἐντάσει legi, *contentione animi.* sed nil opus est ulla mutatione. nam ἔνςασις est attentio animi, cum insistit uni alicui rei, quam considerat, & pertrectat quasi modis omnibus, & caute circumspecteque in ea versatur. deinde ante ἀγαθᾷ deest aliquid, e. c. καὶ βυλευομένοις vel καὶ πραγματευῦσιν, *qui attento semper sunt animo & consilia agitant vel res agunt bonas & susceptu laudabiles*, illis nulla contingere ἐνύπνια. aut alias leg. est ἐνςάσει χρωμένοις ἀγαθῇ καὶ εὐπροαιρέτῳ, ἐνύπνια —

200, 8. f. τοῖς πολλοῖς πάντα ἰδῦσιν [vel ὁρῶσιν] ἐνύπνια. ne vero te in errorem ducant plebeji,

beji, qui nihil vident, quam mera ἐνύπνια. 12. forte vitium est in verbis τοιαῦται σημαίνουσι. Cogitavi τὰ ὅμοια, vel τὰ αὐτὰ τοῖς σημαίνουσιν. *illi vident res similes illis rebus, quae suum eventum;* vel, *quae se eventuras esse per insomnium significant*, si bene habet vulgata, subaudiri debet αὐτοῖς. *tales res significant ipsis futuros eventus, quales volunt.* sed hoc alienum est ab hujus loci sententia. 15. οἷον, ὁ δυνάμενος — 25. συνειλημμένα. unico tantum μ. est enim repetendum a συνειλεῖν, non a συλλαμβάνειν. 26. καὶ ἵπτασθαι δὲ δόξει. *etiam qui peregre profecturus est, ille porro videbitur sibi volare.* 34. ὁ ζωγράφος, ὃς τὸν δεσπότην κατορύττειν. 35. ἐδόκει, καὶ τοῦτο μὲν — *pictor ille* [servus] *in Corintho saepe videbatur sibi herum suum vivum terra defodere, alias suae pergulae tectum perdidisse, alias amputatum sibimet caput habere.*

201. Cap. 2, 9. f. οὐκ ἄπορον σοι δεῖ εἶναι τό. 18. ante ἢ ὑπό κυνὸς δεδῆχθαι desunt quaedam. 20. f. ἢ φίλον ἰδεῖν, ἢ ἵππον, ἢ δραπέτην. *aut videre amicum, aut invenire equum, servumve fugitivum.* 21. συντείνειν] l. συμπίνειν. si quis putet, se domi suae edere aut bibere seorsim; aut in multitudine aliorum compotare. 31. καθολικὰ appellat ea, quae consueto naturae modo & more omnibus & semper solent evenire.

202, 3. καὶ σφόδρα γε ἔχεις ἐν τ. 4. f. τούτῳ τὸ θεώρημά ἐστι. 8. f. γραμματικὴν δεῖ νομίζειν εἶναι. 11. Φιλάγριος] apud Valesium Emendat. III. 9.

III. 9. p. 90. invenio φύλαγγος exaratum. nescio utrum rectius. Cap. 3. 1. ἐπιφθόνως] forſ. ἐπιδρόμως aut ἐπιτόμως, *nimis breviter & ſuccincte*. poteſt tamen vulgata eatenus ſervari, ſi vertatur *nimis parce*, neque ſatis copioſe. nam quae *invidemus* aliis, ea *parce impertimus*. & ſic quoque cepiſſe videtur interpres.

203, 3. δὲ] l. μὲν. 7. αἱ διαίρεται] univerſale eſt, ad univerſa pertinet cum capita, tum tempora locaque. 8. ἀποσχέσεις] diſcrimina, diverſitates, exceptiones. 15. ἀτέχνως δὲ, οἱ μὴ, [ſcil. ἐπιστάμενοι,] τὴν δὲ τέχνην. — 17. ὁρίζονται] ſubaudi οἱ ἄνθρωποι, vel οἱ φιλόσοφοι, vel οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. 23. τὰ ἐξ στοιχεῖα] pertinet hoc ad cap. 4. libri primi, cujus ſupplementum hoc eſt, in quo nunc verſamur. ſunt autem illa ſex elementa, haec: φύσις, νόμος, ἔθος, χρόνος, τέχνη, ὄνομα. 26. f. ἔκπτωσις, ſi quidem debet oppoſitum & contrarium ſequentis πρόσκρισις eſſe, ut ſunt in ſequentibus conjugata contraria. τῇ προσκρίσει accretioni & commixtioni corporum diverſorum inter ſe, contraria eſt ἡ ἔκπτωσις, exceſſus, quum una res velut excidit & excreſcit atque ſeparatur ab altera. alias bene poſſet ἔμπτωσις locum tueri, quod idem eſt atque σύμπτωσις, concurſus, commixtio corporum atque implicatio. 32. οὐκ ἐσομένων] non ſenſu ſtricto debet accipi, ſed laxo, pro τῶν ἀπογενομένων aut ἀπολλυμένων. *rerum naſcentium & pereuntium*.

204, 20. ὁ νομικὸς. καί τις] f. ὁ νομικὸς κλητής. *praeco forensis.* 38. ὁρμῆ καὶ [vel ἢ] ἐπιθυμίᾳ — aut potest vocabulum ἐπιθυμίᾳ, ut interpretatio voc. ὁρμῆ, plane deleri. 40. καλῶν] subaudi ἐςιν, aut ἔξεςιν, aut ἐνδέχεται.

205, 8. ταῖς θεοῖς. 21. εἰσίν, redit enim ad ἄρτοι ὠμοί. 25. πυρῶν] forte quia disperguntur, quando seminantur grana tritici. 32. f. ὅπως δὲ, μὴ προαγορεύειν, ἀλλ' ἐπιτρέπειν αὐτοῖς τοῖς θεοῖς, ἐ τῇ ἑαυτῆ ψυχῇ. *at quomodo evenire illa debeant, non decet diis praescribere & imperare, sed ipsis permittere, non sibi.* Cap. 4. v. 4. μνημονευόμενα sunt hic loci, ea insomnia, quae qui vidit, interpreti μνημονεύει, hoc est commemorat, proponit, exponit, subjicit, recitat. τὰ φραζόμενα καὶ ἀνατιθέμενα ὑπὸ τῆ ἰδόντος τὸν ὄνειρον. 5. μέμνηται] scilicet interpres somniorum.

206. Cap. 5, 31. θρέψας] posteaquam ipsi cibum non oportuno tempore praebuisset.

207. Cap. 6. δίκτυα, καὶ νεφέλαι, ἀλλὰ καὶ σπυρίδες καὶ κανᾶ — Cap. 8, 1. τι] l. τις. 2. ἢ ἧς πάλαι. 3. εἰ τῆτης.

209. Cap. 13, 4. ἐμπεριέχηται.

210. Cap. 14. v. penult. περιβοησίας] tumultus, fremitus, strepitus. Cap. 15, 3 f. τῶν κολακευθέντων. κολακεύεσθαι δὲ, ὑπ' ἐδενὸς συμφέρει. *non prodest, adulationibus circumveniri a quoquam, quisquis ille fuerit.* cf. cap. 19, 1. Cap. 16, 6. f. διαφέρει, ἢ τὸ μὴ τελέως. 7. ἢ] l. εἰ.

l. ει. *penult.* post ὀνείρων deest ὧν. quorum ea, quae evenisse significant aliquid, significant rem institutam procul dubio in effectum esse abituram. subauditur autem quoque ἀληθές ἐστι.

211. Cap. 18, 4. πλουτεῖν] subaudi δεῖ; vel καλόν ἐστι. 5. δὲ] l. γάρ. Cap. 20, 1. παρ' ἡλικίαν. 3. θηλείαις.

212. Cap. 21, 1. περὶ πάντων. 4. post πράγματα videtur λέγων deesse. appellat autem πράγματα περιεσπασμένα *res nudas*, quibus omnis ornatus detractus est, & omnia veluti vela & involucra. sententia est :- *quia, si res nudas & ornatu fucoque spoliatas propenas, etiamsi vel maxime vera dicas, tamen videberis indoctus esse.* 6. ὡς] quasi. noli falsa illa opinione decipi, ac si eventus rerum sequerentur tuam allegationem caussarum. 21. ἁμαρτήσεις.

213, 8. ἐξαπατᾶσθαι. *ibid.* ἰδικοῦ] f. ἐναντίου. 11. comma aut delendum, aut ponendum ante ὁρῶσι. 13. προσαγορευτικῶς. 21. ἑκάστῳ. ut etiam interpres.

214, 4. εὑρῆσθαι. 5. ὅτι δὲ, ὡς ἀναγράφουσι — 9. ἢ ῥείδων ζωμῶν] num ἰρίδων ζωμόν. *iridum succum.* caetera non expedio. 27. τοῦ Ἀφροδίτου. 35. καὶ ὧ μάλιστα.

215, 3. χριστά. ut etiam interpres. 10. καταπλασαμένη uno σ & διότι — aut si διὰ servatur, leg. v. 11. δηλοῦν. 14. τὴν ἀπόβασιν. 22. εἰσέσθαι. accentu in penultima posito. nam est infinit. aor. 2. medii, in se intro mittere, admit-

admittere, confcifcere, fibi comparare. 25. f. εἰ λάβοιεν ὁποίαν ἂν λάβωσι — 26. ἢ ἐμπείρων λαβόντες, αὐτὸ φέροιεν, ὡς ὠφελῆσον, πρότερον ἤ. qui acceperint aliam formulam medicationis, aut e fanis, aut ab empiricis, ferant illud, ut profuturum fibi, priusquam aegrotent, aut a dolore occupentur. 29. ὃ γὰρ τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἀλλὰ τοῖς κάμνουσι. 32. ἐπαινεῖσθαι. 39. ἐννενήκοντα καὶ πέντε ἔτη] fcil. ΠΕΙ tantundem efficit. Ergo non poteft ε abeffe, & fcripferunt veteres *Pifonis* nomen ΠΕΙΣΩΝ, non ΠΙΣΩΝ. Etiam hoc, quod praemifit ἀσφάλειαν, perfuadet πει effe leg.

216, 1. πονηρὰ δὲ τὰ μ. 6. μετατιθέντες. 8. προστιθέντες. Cap. 26, 9 ἐν delendum.

217, 3. δοκῇς. 7. εἶπεν. fcil. infomnium. 15. ἀσχάλλοντι. 24. αὐτὰ] aut delendum aut leg. ἤτοι, aut ταῦτα δὲ τὰ πέλματα. 26. πάλιν αὐτῷ ἐκείνῳ.

218. Cap. 28, 3. κρίναι.] fubauditur δεῖ. mallem tamen κρῖνε. nam alloquitur filium hoc toto libro. Cap. 29, 13. οἱ πολλοὶ] l. εἰ πολλοί.

219, 4. ὅτῳ γὰρ ἂν λείποι [fcil. ἡ ῥὶς] τῷ προσώπῳ cujuscunque enim faciei defit nafus, ἄτιμον αὐτὸ ποιεῖ. [fcil. nafus deficiens] 7. poft οὗτος videtur νοσῶν deeffe, ut colligitur e v. 12. Cap. 30, *ult.* πάντες delendum. adhaefit enim e feq. Artemidorus indices capitum nullos adfcripfit.

220. Cap. 32, 11. ἀμφιμήτρια] videntur esse curva illa tigna, quae costae appellantur, & utrumque navis parietem succingunt, & in carina, velut costae in spina dorsi, concurrunt. τὰ ἐντερόνεια. 12. ἔσπασε] subaudi ὕδωρ, quod forte librarius omisit, ab auctore non omissum. nisi σπᾷν dixerint veteres pro διεστάναι, dehiscere.

221. Cap. 33, 4. προελθὼν] progressus in publicum e domo sua. *penult.* verba haec ὁ βίος cum sequentibus initium efficiunt capitis sequentis 34. ubi non de corvis agitur, quod inscriptio mentitur, ab indocto librario profecta, sed exemplo allato confirmatur hic edita sententia, vocabulum βίον etiam *ipsam vitam*, seu *spiritum*, non solummodo facultates, significare. Cap. 34, 1. ἐπιστάντας] subito in eam coortos, & congressos, & irruentes, priusquam sciret venturos, aut sentiret unde.

222. Cap. 35, 1. μὲν] subaudi λαβεῖν aut λαμβανόμενα, 29. ἔμελε, uno λ.

223, 3. ταχὺ] alius dixisset τάχα forsitan. sed a recentioris aevi scriptoribus haec duo solent permutari. Cap. 37, 5. sic distingu, χρῖναι, ἔχεις τῶ μ. πλ.

224. Cap. 39, 1. κατὰ δρᾶμα. Cap. 41, 3. ὁρώμεναι] f. δρώμενα.

226. fine cap. 45. verba ἔτι καὶ τοῦτο praefigenda sunt capiti 46. nam subauditur μέμνησο.

etiam

etiam haec memento, non expedire, ut quis spernat — vid. *init.* Cap. 52. p. 230.

227. Cap. 47, 7. καταλειφθῆναι. *derelinqui.*

228, 3. f. γένοιτό τι τοιοῦτον; ἀδύνατον τε.

229. Cap. 50, 15. ὡς αὖθις πιόμενοι, μαθόντες τὸ σ. visum ipsis fuit percolare vinum, & eo facto demum bibere; quia cognoverant illum casum, de quo Phoebus commemoravit. sed quum facta percolatione reperissent ossa viperae, non biberunt, sed effuderunt. *ult.* f. ὃ γάρ ἐστιν ἡ ἄμπελος, τοῦτο καὶ ὁ οἶνος. ἄποτος δὲ ἡ ἄμπελος. ὅθεν καὶ ἄποτος ἐγένετο ὁ οἶνος. *id quod vitis est, id est etiam vinum. est autem vitis ad bibendum non idonea. vinum igitur ipsum quoque non erat idoneum ad bibendum.*

230. Cap. 51, 10. σημαίνει τῳ τὸ δοκεῖν. Cap. 51, 4. ὁ Γαληνός. *Galenus. pen.* τῷ ἑταίρῳ. Cap. 53. delendus asteriscus, nil deest, nil corruptum est. τέλεον est adverbialiter accipiendum pro τελέως; *plane*, *penitus*.

233. *pen.* καὶ βοῦς ἀγελαῖαι καὶ ἵπποι φορβάδες. caeteris deletis. nam καὶ φοράδες est vitiosa scriptio pro φορβάδες.

234, 7. ἐφεδρεύοντα. 11. πράσσοντα, ἢ μοιχούς. 18. λαγὼς] f. ταώς. 25. τὸ ὅλον, ταῦτα ἔχων τὰ ὑποδείγματα. 41. ἡμέρων. *a cicuribus animalibus.*

235. Cap. 59, 24. f. ἐκπλοίας, *egressus e portu cum navi*, aut ἐκδημίας, *discessus domo.*

236. Cap. 61, 8. αὐτοῖς. 9. ἀπὸ vel potius ὑπό. 22. περιίςασο] *fuge, vita.*

237, 8. f. τινὲς τῶν ἔξωθεν. 9. λεγομένων. 22. aut κατέσθιε in imperativo, aut ἐνεπλήσθη τ' ἐμοῦ. 27. aut in λέγειν est vitium, & leg. ἀκούειν, aut sic leg. est λέγειν αὐτῷ τινα τοῦτο τὸ ἰάμβειον. 28. πρῶτον h. l. est *pridem, dudum, olim, antea,* & refertur ad ἀδόκητα. *ea, quae dudum fuere insperata.*

238. Cap. 62, 3. διέτριψεν] scil. τις, aut ὁ βλέπων τὸν ὄνειρον. Cap. 63, 7. non expedio hunc locum. esset sententia paulo tolerabilior, si sic scripsisset: ἃ δ' οὐκ ἀκολουθεῖ τισι τὸ πρῶτον, ταῦτα οὐδ' ἐν ὕπνοις ὁραθέντα ἀποβαίνει. *quae eventa nunquam consequuntur aliquam causam, ea pari modo etiam tum effectu carent, cum somnianti occurrunt eorum imagines.* τὸ πρῶτον est *unquam,* idem atque τὴν ἀρχὴν, *plane, prorsus.*

239, 2. μὴ χρῆσθαι. Cap. 65, 3. f. ἐχόντων ἔννοιαν ὀνείρου ἢ φαντασίας. 4. ὄντων] l. τῶν. aut ἂν τῶν. 7. οἷαν] f. ὥστε. 9. f. ζητεῖν. 17. θεραπευθήσει si bene habet, erit Attice pro θεραπευθήσῃ. ego vero hoc malim. v. p. 269, 31. 19 post ἀπιόντι videtur βοηθοῦντα vel συλλαμβάνοντα vel tale quid deesse. 28. ἐν ἐλεγείοις. nam ἐλέγειον & τὰ ἐλέγεια dicuntur, ubi ἔπος & ἔπη subauditur, non autem ἡ ἐλεγεία. dicuntur haec ἔπη ἐλέγεια, quia uno pede ἐλλείπει, hoc est, ἐλάττω ἐστὶν, decurtata & minuta sunt, quo minus

sint

sint ἔπη plena & integra. 29. a verbo πρόσεχε incipit novum caput. male igitur haec particula a proximo capite est avulsa, intergesto titulo, qui verbo πρόσεχε debet praefigi.

240. Cap. 66, 3. δὲ] f. γάρ. 5. f. ἐδύνατο γὰρ ἀμφότερα. Cap. 67, 6. f. βεβαιωτικοὶ. 9. παραθήσεις]. exempli & argumenti loco afferes. 10. f. ἢ ὀλίγα διὰ πολλῶν. 14. ita reddidit Cornarus, ut si habuisset in suo codice πάσχεσι καὶ δρῶσι, καὶ παράλληλα.

241. Cap. 68, 9. ὑποδέξαιντο.

243. Cap. 71, 14. τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον. Cap. 72, 10. τῶν ἐχθρῶν ἀποθανόντα. & sic quoque Cornarius in latinis. *penult.* f. ἐξ ἐμπορίας *per mercaturam.* pecuniam metuebat amittere, quam mercatori alicui mercaturae exercendae ergo crediderat.

244, 19. τὸ delendum. 22. ἐλέγετο. scil. ἡ γυνὴ, ὑπὸ τοῦ Πᾶνος, ἐν τῷ ὀνείρῳ.

245, 20. ὑπό τινων] subaudi φαινομένων vel βλεπομένων ἐν τῷ ὀνείρῳ. 24. τῇ ἐπιούσῃ] scil. νυκτὶ. *ibid.* τις] aliquis puta, cujus ei species per insomnium offerebatur.

247. Cap. 80. 2. aut ὅσον aut ὅσα. 7. verba ἢ τελετῆς δεομένους delenda sunt. nam scholium sunt voc. ἀτελέστους.

248. 11. f. καθ' ὧν id est κατὰ τούτους, ὧν τέτακται. *nisi res quoque caeterae illorum, quorum ostensa sunt nomina.* 15. haec tota sententia ὅτι μὴ τὴν ἐτυμολογίαν ad προσέχειν tollenda videtur,

 ut

ut ingesta e margine aut titulo. 22. λελειμμένος, victus. a λείπεσθαι.

249, 11. f. ἐπίπροσθεν θεμένε τὴν ἐργασίαν, quaestum, h. e, pecuniam, qua ille alipta se corrumpi patiebatur, proponens & tanquam obicem objiciens coronae palaestricae Leonae. 16. κατορωρύχθαι. 20. f. τῶν δὲ ἄλλων ἐδὲν ἐδενὶ νεκρῷ δῦναι συμφέρει. mortuo aliquid donare rerum reliquarum; nunquam omnino conducit.

250, 6. 7. hunc locum non intelligo. 10. συμπτώματα τὰ ἐπακολεθῆντα. 19. μὴ ζήσειν. 22. ἀνατροφήν, educationem, nutritionem. 25. ἀπέθνησκε μόνως] subaudi ἐν ὕδατι. 26. τῷ κρίναντι] ei, qui significatus est verbo ἐκρίθη versu 14. ubi ὑπό τινος subauditur. & ille ὁ κρίνας, quem pungere & refellere sua interpretatione voluit Syius, haud scio an sit ipse Artemidorus. 27. εἶπεν ἐν ὕδατι. 30. ἡ κρίσις] illa scilicet versu 19. proposita, τὸ ἄῤῥεν μὴ ζήσειν, quae pronuntiavit vitalem puerum non fore. nullo definito certo mortis genere.

251, 2. f. ἀορίστως, καὶ αὐτὰ ἀποβαίνει. 12. aut πέρὶ τῆς aut παρὰ τήν. 25. εἰς ὥρας, in annum alterum, vel vertentem eventura. 21. f. ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ποιεσι.

AD LIBRVM QVINTVM.

252. 9. αὖ aut delendum, aut cum ἦν mutandum.

253, 1. μετὰ τῆς — πεπονημένης μοι βίβλους. 4. ἀντίγραφον] eum, unde exscribendi & plura exemplaria efficiendi esset copia. 5. τὲ] l. τάς. 10. quapropter, quae, quum essent ab iisdem profecta principiis, tamen in eventus omnis generis longe diversissimos excedere facile possunt, ideo quod qui eadem vident, fortunis, voluntate, aetate, vitae genere inter se differunt, ea praeterii atque secrevi. Ab iisdem principiis profecta sunt insomnia species rerum easdem menti objicientia, sed quae alios in aliis eventus sortiuntur, propter videntium fortunas diversas. 11. aut ἡμῶν est delendum, aut leg παρὰ τὰς τῶν δεομένων ἡμῶν, *qui nos consulunt & nostra opera, qua egent, utuntur.* 15. ταῦτα] f. αὐτῷ. *tibimetipsi soli inscriptum.* 17. ἀτρεστον damnare non ausim. esset tamen planius ἀτρεκεστάτην. 37. f. παρῆν ἔπου ἀνακειμένη. ult. οἶκον] f. ὄγκον. *molem corporis.*

254, 12. ὑπὸ τοῦ λεγομένου ἠθμοῦ. *a colo sic dicto vase.* sinapi per colum fuit trajectum, ea res indicium fecit atque omen, caussam hominis ante condemnationem esse judicis cognitionem (τοῦ κριτοῦ τὴν διάκρισιν) subituram. 15. Ξάνθον. editum operarum errori imputo. 24. εἴδους] f. ἕλους. *propter paludem.* non tamen satis video, quae necessitudo sit inter ἕλος & σέλινον. *penult.* γράμματα] tabulas, in quibus insunt documenta caussae, ut testimonia, & alia. ἐχῖνον oratores graeci appellant.

255, 5. ἀπὸ τῆς σελήνης. 13. f. χορίῳ per o micron in prima syllaba, quod etiam designavit Cornarus reddens *pellicula*. 15. f. ἔζησε δὲ ϗ πλείονα χρόνον μηνὸς, διὰ τὴν σελήνην. 18. παροδεύων] cum transiret ipse apud Aesculapium, qui praesidens, praetoris quasi aut gymnasiarchi aut munerarii partes agebat, & juvenes certaturos apud se traductos spectaret atque exploraret, num etiam obeundo certamini essent idonei. Iuvenis qui sic traducitur, cum transit, dicitur παροδεύειν, & traductio ejusmodi παρεξαγωγή. quod si tenetur, nihil est h. l. reliquum, quod obscurum esse possit. 25. ἐν ἄλῃ cum spiritu leni. 30. f. ὑπὸ τȣ̃ ἐξ αὐτȣ̃ γενομένȣ ἰȣ̃ φθείρεται. 37. οἰκείας. *a patria.*

256, 1. συνανατέλλειν. duplici λ. 4. ἀπήγξατο. *suspendio semet ipse necavit.* 11. τȣ́τῳ τῷ τρόπῳ. 16. potest κύκλος servari. sed κυκλῶδες malim. 23. ἀστέρα. nam de una stella loquitur, non de pluribus. v. vsum 29.

257, 2. σκυτίδα] *bullam.* quales pueri Romani gerebant e collo & fronte, alii auro, alii aere, alii corio factas. 12. ἦν] l. ἥν, *quam.* 26. ϗ βȣλόμενον καταναγκάσαι] scil. ἔδοξεν αὐτῷ ἡ γυνὴ περιβάλλεσθαι τȣ̀ς φαινόλας, mirificum anacoluthum. si mansit in eadem, qua coepit, constructione, dicendum καὶ ϗ βȣλόμενος [scil. περιβάλλεσθαι ὑπ' αὐτῆς τȣ̀ς φαινόλας] κατηναγκά-

κάσθαι. 28. ἀπηλλάγη] si servamus αὐτȣ̃, subauditur ἡ γυνή, si autem αὐτῆς legimus, subauditur idem ille, de quo agitur, & manet oratio in eadem constructione. 33. nescio quis aut intruserit, aut cancellis, ut delendum, incluserit verbum λέγειν. est quidem illud omnino eliminandum, & pro φαίνεται leg. φάναι. dixisse. videtur in aliis libris φάναι, in aliis λέγειν fuisse. aut aliquis super φάναι interpretationis ergo scripsisse λέγειν. unde corruptela hujus loci nata est. 36. f. σωθήσεσθαι, εἰ δὲ μὴ, γενομένην ῥᾳόνως, μὴ τέλεον ὑγιᾶναι, mirabitur quis voc. ῥᾳόνως. sed est novis graecis non inusitatum. 39. ἀποθήσεσθαι.

258. 1. μισθῶν τῆς in unum vocabulum μισθωτὴς est contrahendum. μισθωτὴς, conductor magnorum vectigalium, publicanus, magnorum annuorum vectigalium redemtor. ibid. εἰς τοσȣ̃το περιςάσεως aut εἰς τοσαύτην περίςασιν. 5. ἀναλωμάτων videtur delendum, & aut plane omittendum, aut, si locum usquam habet, versu 2. post ἀπορίαν τε collocandum. 6. f. ὄρεξιν εἰς αὐτὸν ἀποςρέψαι. 8. βαίνειν] f. μένειν. 13. f. διέπεσεν. 14. f. πάντα τὰ πράγματα. sed cur intra 59. dies? 16. ὄζοντας. 17. περὶ τὸν ἀρχὸν τόπȣς, deleto ὄμφαλον. ἀρχὸς est podex. in aliis fuit ὄσχεον. v. p. 269, 29. 18. sic distinguo & lego φάρμακον θανάσιμον ἑκὼν ἔπιεν; ȣ̓χ ὑπομένων περίςασιν, [molestiae & curarum atque

for-

formidinum plena negotia] ἀνάγκην τε χρεῶν. 21. f. καὶ κατεγνώσθῃ παρὰ τὸ δέον, καὶ ἐκαύθη θᾶττον καὶ ἀπέθανεν, metu ne exspirarent res ejus secretae, quae ne emanarent ad quenquam magni ejus intererat, & combustus est citius, quam oportebat, raptim & tumultuarie, & ipse sibi vim intulit. mutavit ordinem rerum & invertit, sed id haud est infrequens. praecedit enim mors combustionem. 30. ἀπ' αὐτῆς. 36. verba τῶν οἰκείων καὶ videntur delenda.

259, 1. f. βλέπε τὸν ὦμον, πρόσεχε τῷ ὤμῳ αὐτῷ τούτῳ τῷ λόγῳ. 11. aut ἐπὶ τῇ κεφαλῇ aut ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. & sic quoque p. 269, 27. 15. ἀπέθανεν.] scil. ἄγαμος.

260, 5. τὸν Δία, ἢ τὸν δαίμονά γε. *Iovem aut certe Genium.* 10. καμνόντων an καμόντων legas perinde est. 15. Cornarus legit προέπεσον. *ex orbitis excesserunt.* 19. τεθοινῆσθαι. 26. ὑπ' αὐτῆς. *ab ea*, matre puta.

261, 5. ἐθηριομάχησε, καὶ προσδεθεὶς. 21. χρονιωτέρα γενομένη. 26. ποιεῖαν. 33. ἐμπλέκουσαν αὐτήν. ancillam, quae heram pectebat & comebat. 36. f. χρήσασθαι, *petiisse* vel *sumsisse mutuo ab hera.* alias esset leg. τῇ ἐμπλεκούσῃ αὐτὴν θεραπαίνῃ — χρῆσαι. *heram ancillae commodasse.* 39. πομπῶν] ludibriorum, derisionum, contumeliarum, malae famae & rumusculorum ignominiosorum, quibus qui appetuntur, per ora hominum, velut flagris caesi, traducuntur.

262,

262, 1. παίδων. inter pueros cursus genere illo, quod stadium dicitur, certans victor bierat cum corona. unum quodque certaminis genus triplex erat, & terni poterant in quoque palmam mereri. puerorum, adolescentium, virorum. τὺς παῖδας νικᾷν, τὺς ἐφήβυς, τὺς ἄνδρας, στάδιον, δίαυλον, δολιχὸν δρόμον, πάλην, πυγμὴν, παγκράτιον & sic porro. 5. f. καὶ ἀδόξως ἐξέπεσε τῦ σαδίυ. 12. ἀπολλυμένης. 17. potest ὄχλυ ὄντος πλήρυς defendi, *plena concione populi.* malim tamen ὄχλυ ὂν πλῆρες *in theatrum populo repletum.* 26. μάκτρας. *mactram* latini quoque appellant. & sic quoque versu 40. 31. αὐτῶν] l. αὖ, *rursus*, vel *in contrariam partem.* usurpatur cum fit vel significatur contrarium quid priori facto aut dicto. 33. ἀπεγράψατο nomen profitebatur & scribi curabat in gladiatoribus, & sic quoque recitat Valesius ad Ammian. Marcell. p. 31. 42. f. ἐναπέθανε τοῖς μονομάχοις aut ταῖς μονομαχίαις. nam perinde est, sive μονομάχοις accipias pro inter gladiatores, in ludo gladiatorio, sive in ludis & certaminibus gladiatoriis. nam latini quoque *gladiatoribus* dicunt pro in ludis gladiatoriis, cum gladiatores ferro publice coram populo decertant. *ibid.* κατατεθεὶς] expunctus ex albo gladiatorum, ludo emissus. est vocabulum gymnasticum. *ult.* σπυσάντων αὐτὸν bene habet. cum aliqui pro eo essent apud imperatorem deprecati, nam ut gladiator ludo emitteretur, & rursus libertati redde-

γενομένης ῥοπῆς (vel τροπῆς) nam profecto, quanquam ῥοπὴ in hac re usitatum est, modoque fuit usurpatum in fine paginae superioris, & videtur esse maxime proprium, τροπὴ tamen aeque est conveniens rei vocabulum, proprium illud subitaneis conversionibus ventorum, cum quibus aura popularis, illa inconstantissima & perquam variabilis, apposite comparatur. 7. τῷ ἀγωνοθέτῃ. 9. τοῦ ὕδατος, διὰ τὸν οὐ παρέχοντα ὀχετόν. *aquam negatam, propterea quod canalis, per quem ea defluere soleret, eam nunc negabat, vel nullam praebebat.* 11. f. διὰ τὸν ἀντισπεύδοντα, aut ἀποσπεύδοντα. 12. κεραμίου καττάξει. 16. εὑρὼν bene habet. sed pro ὅπως equidem ἕως non repudiem. 25. f. ἐξυλοκοπῆσθαι aut ξυλοκοπεῖσθαι. *plantas pedum sibi ferulis contusas esse*, aut *permulcari* & *contundi*, & sic uoque paulo post versu 28. ξυλοκοπουμένοις aut ἐξυλοκοπημένοις. 26. αὐλοῖς] imo vero αὐτοῖς. nullus hic est tibiis locus, iis, quae inflatae concentum edunt. 31. δείπνισον. a δειπνίζειν, non a δειπνεῖν. 39. sic distinguo: ἐπεὶ τούτους ἀπελήλακεν, αὐτὸς τῇ ὑστεραίᾳ — illud αὐτὸς hanc habet vim, si ullam habet, hoc loco: quae in somno viderat, ea magis ad familiares ejus pertinebant, quam ad se, aut erant solummodo imaginationis inepientis ludibrium. nunc autem ipsi fides visorum in manus, quod ajunt, incurrebat, re adumbrata exitum sortiente. 37. καὶ delendum, ut natum e proximo sigmate,

te. 40. multa hic misere conturbata, sic fere in ordinem qualemcunque redigas. εἰς τὸν ἀποθανόντα. ἡ μὲν ἂν ὑποδοχὴ εἰκότως τὸν κίνδυνον ἐσήμαινεν. ὁ δ' ἐχ ὑποδεξάμενος αὐτὸς εἰκότως τὸν κίνδυνον ἀπεωθεῖτο. pro quibus verbis in aliis codicibus haec exstitere: οἱ μὲν γὰρ ἐπιστάντες καὶ παρακαλῦντες ἐς αὐτῶν τὴν ὑποδοχὴν, εἰκότως τὸν κίνδυνον ἐσήμαινον. εἰ δ' αὐτὸς ἐχ ὑπέστη τὴν ὑποδοχὴν εἰκότως ἐσώθη. τὸ δὲ ναυάγιον [subaudi ἐσήμαινεν αὐτῷ ἡ ὄψις, vel ἐδηλώθη αὐτῷ] ὅτι. —

268, 24. τὸν μὲν κέλυφον, aut τὸ μὲν κέλυφος. & id videtur quoque Cornarus suspicatus esse. expressit quidem latine. *penult.* f. λυπεῖσθαι. τῦτον συνέβη. —

269, 3. συνταγὴ est formula medicamenti a medico praescripta, consilium, praeceptum medicum. 7. sic distingue: παρέχειν αὐτῷ ἐσθίειν. *Aesculapium ei quinque digitos dextrae suae manus comedendos porrexisse.* φοίνικας πέντε ἐσθίων ἐθεραπεύθη. *hic cum palmulas quinque devorasset, convaluit.* 27. τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς vel ἐπὶ τῇ κεφαλῇ subaudi τῦ Σαράπιδος nam Sarapis cum calatho in capite pingebatur. fuerat itaque illi Sarapis visus id agens, ut se corriperet, & in calathum suum conjiceret. 29. τι] imo vero τις. 31. θεραπευθήσῃ. v. p. 239, 17. 34. aut ἐκχωρῆσαι leg. aut post τῦτο addendum ταύτῃ. *ibid.* ἐλευθέριος] non satis intelligo vocabuli hujus rationem, neque, qui dii dicti sint ἐλευθέριοι, teneo. suspicor tamen & veram eam esse lectio-

 nem,

nem, & praestare multum conjecturae Cornarii, cui visum fuit leg. esse αἰθέριος. quod nihili est. videntur dii eleutherii dii minorum gentium esse, qui post illos duodecim majorum gentium, ex humano genere coelitibus adscripti sunt, ut Hercules, Liber pater, & Libera, & Castor cum Polluce. & haud scio an ἐλευθέριος illud *Liber* & *Libera* significet, quae sunt in nominibus Bacchi & Proserpinae. Et suntne hi dii ἐλευθέριοι dicti, si unquam fuere, ideo, quod essent ἐλεύθεροι κόροι, non νόθοι, *liberi*, non *nothi*, infantes deorum majorum?



IO. IAC. REISKE.

AD

CALLIMACHVM

ANIMADVERS.



Nostrae hae ad Callimachi reliquias animadversiones cum jam in eo essent, ut manus operarum typographicarum subirent, commodum evenit, ut HEVSINGERVS, V. C. ludi literarii Wolfenbüttelensis Rector, optime de literis graecis latinisque meritus, schedas quasdam, nuper a se publicatas, ad me mitteret, quibus Callimachi quosdam locos nova luce perfundere tentasset. Gavisus sum eas schedas mihi satis tempori, re adhuc integra, in manus venire, quarum usu si caruissem, verendum erat, ne, si forte, quod facillime contingit, easdem in sententias atque conjecturas cum V. C. incidissem, apud maligniores quosdam in plagii suspicionem incurrerem. Verum ut ejus scriptionem cum chartulis meis compono, pene nullum video locum eorum, quos ille agitasset, a me tactum esse. Dedit tamen libellus Heusingeranus mihi occasionem, locos ab eo expositos paulo diligentius considerandi, & suspiciones de iis nostras adjiciendi. Animadversiones ad Callimachum nostrae anno superiori sunt natae, cum conscribendis ad

Theocritum animadversionibus operam darem; quo tempore necesse mihi fuit poetas graecos Theocrito aequales perlustrare. Haud iniucundum spero cognitu fore lectoribus libellorum meorum, me nuper adeptum esse, beneficio STOEBERI & RHOEMII VV. CC. apographum scholiastae Genevensis in Theocritum, illius a Casaubono non contemnendis laudibus ornati. Quem scholiastam ut quam primum viris doctis in manus tradam, operam dabo. Scripsi Lipsiae d. 27. Iulii, 1766.

HYMNO IN IOVEM.

18. f. λάδων γὰρ οὔπω μ. *quaerebat aquam Rhea. Nondum enim Ladon manabat.*

21. ὑγρὸς] lubricus, mire volubilis & tortilis, per multos flexus ambagesque decurrens. vel &, tum adhuc udus, humidus, uliginosus, aqua cum terra adhuc commista, coenosus.

36 γενεὴν malim.

38. pro ποθι aut τόθι leg. est, *ibi*, aut πάνυ.

42. f. post Θένας addendum est copulae ergo δ'. *Ut autem Thenas reliquit.*

55. ἔτραφες] nempe τὴν σάρκα.

post versum 64. videtur unus ad hanc sententiam deesse: οὐκ ἂν ψεύσομαι ἑκών γ'. εἰ δὲ ψεύδεσθαι ἀνάγκη, & tum recte sequitur ψευδοίμην ἀΐοντος — *non facile mentiar, sponte quidem mea. quod si tamen incidat mentiendi necessitas, tum ego*

is

is sum, qui ea mentiar, quae audientis assensum mereantur.

69. aut τά legendum esse, literis transpositis, aut ὃς & φαίνοι. *quae aquila ostendat amicis meis dextra & auspicata auspicia.*

70. αἰζηῶν] virorum, aetate florentium.

73. ἀλλά] imo vero ἄλλα. *alia curae ut essent aliis.* debebat proprie dixisse ἄλλα μέλειν ἄλλοισι. sed scriptores istius aetatis ἄλλος & ἕτερος inter se permutabant, ut jam Scholiastes Theocriti annotavit.

79. f. βασιλῆας. (scil. ὑδείομεν) a Iove celebramus, h. e. ei attribuimus, in ejus potestate, tutelaque esse affirmamus, reges. ἐπεὶ κλέεος οὐδὲν ἀνάκτων θειότερον. nulla enim est laus divinior, ea, ut sis imperator.

87. vana & inutilis est omnis illa contentiosa de ἠοῖ aut ἦρι disputatio, de lana caprina. Ciccum non interest, utro modo legatur.

92. τις hoc versu est idem atque ὃς, vel ὅστις, & signum interrogandi simplici commate est mutandum: *opera tua qui canat, neque fuit quisquam, neque erit. Ecquis tandem Iovis opera praedicet?* Τὶς pro ὃς aut ὅστις non raro reperitur, cujus rei exempla & ipse ad Anthologiam graecam dedi, & alii dedere dudum ante me. quare nil video cur in hoc loco tam plano & liquido, tam item gravi & sublimi, adeo laboretur.

HYMNO IN APOLLINEM.

13. ἔχειν] subaud. χρή. Similis est locus Hymni in Dianam v. 264. μηδέ τινα [scil. χρὴ vel βουλοίμην] μνᾶσθαι τὴν παρθένον.

14. πολιὴ h. l. non sunt *cani*, sed *lanugo*, aut prima caesaries, quam tonsi juvenes Apollini consecrabant, cum lnituri erant matrimonium, & domum paternam suscepturi, quod versus 15. suggerit. nam septa moenium super antiquis fundamentis constituere, nihil videtur aliud esse, quam rem familiarem gerendam exordiri iisdem in aedibus, in quibus eam majores tui gessissent. τὸ τεῖχος idem h. l. est; atque τὸν οἶκον τὸν πατρῷον. quod si in hoc articulus non redundat, neque in illo. ἑστήξειν h. l. est *constituere*, *erigere*, *constabilire*, non autem *stare*. ut primum quis uxorem ducturus esset, domum sibi primum parabat, in quam deduceret sponsam. & laudi habebatur, & in parte felicitatis, domum paternam atque avitam incolere.

24. f. μόρμυρον, *terriculamentum*. μορμώ, ἐπιτήδειόν τι τῷ μορμύσσεσθαι. (v. H. in Dian. 70. Del. 297.)

51. bene habet ἐπιμηλάδες. significat oves vel capellas indutas μαλλοῖς, *velleribus*, *villosas*. nam μῆλα complectitur omne pecus villosum, μαλλωτόν. μαλλὸς & μῆλον in origine idem est. Caprarum lana in orientalibus terris haud secius, atque apud nos, ovium, tondetur.

54. κε efficit, ut ἡ δέ κε μουνοτόκος non sit simpliciter *unipara*, sed ea, quae sibi permissa,

et

& ab Apollinis vi foecundante destituta, erat unum solummodo foetum datura.

67. καὶ ἐπώμοσε. aut transpositis vocabulis καὶ τεύχεα δ' ὤμοσε δώσειν.

72. pro τόδε malim πολύ, nisi malumus Σπάρτῃ & Θήρῃ in dativo legere. O Carnee, prima tibi sedes haec, id est hoc nomine (Carnei Apollinis puta) insignita, fuit Spartae, altera Therae, ut v. 104. τὸ δὲ, scil. ῥῆμα, ἀρεστήρ: sed malim prius.

84. Non me fugit, poëtas ὅσος & τόσος iterare solere, quod vel ex illis constat exemplis, quae viri docti ad h. l. congessere. Sunt in omnibus linguis talia, in ipsa vernacula nostra, praesertim illa vetustiore, *noch*, *noch*, ut hoc utar, quod statim occurrit, iterabant, ubi nos hodie, *weder* & *noch* usurpamus. Neque controversiam movebo vulgatae. Dubius tamen semper sum, annon poëta potius dederit ὀφέλσιμά γ', ὅσσα κ.

100. κατιόντι] advenienti, accedenti, ut possessionem hujus tui quasi patrimonii adires, v. dicenda ad H. in Cererem initium. Qui possit ille dici in urbem *descendere*, in monte excelso sitam, nisi si forte adventum e coelo cogitamus.

103. εὐθὺ] protinus, hanc ipsam ob rem, & paene nullam ob aliam, nisi ut tu esses servator & opitulator.

106. probo οὐχ, quod & mihi in mentem venerat post viros Cll. Ernestium & Dawesium.

num ab hoc loco propterea est, primum, quia de sublatione malleorum jam praecessit mentio v. 59. tum quod dicuntur Cyclopes ferrum tundere ἀμβολαδὶς. atqui nemo tundere ferrum potest, dum malleum sublimem tenet.

69. Ego nullus dubito, viros doctos verum vidisse, cum sentirent, leg. esse κεχριμένος. *illitus*.

80. τῆμος nullo modo friget, sed vel maxime viget. restringit enim & dirigit audientis cogitationem in rectam viam, ut ad illam Dianae posteriorem ad Cyclopas profectionem deferatur, ab ipsa Diana, sola, & jam adulta, & venationi idonea, eique arma necessaria comparante, susceptam, posteaquam Iupiter ejus precibus annuisset; ad illum autem ne aberret priorem Dianae ad Cyclopas adventum, cum Vulcanus ei ὀπτήρια dabat, trienni, ab ejus matre Latona ad se honoris ergo delatae, cum nondum per aetatem apta esset venationi, neque ejus rei studio adhucdum teneretur. Hanc versibus 72 & sequentibus exsecutus erat. nunc in verbo τῆμος revertitur revocatque lectorem ad illam tempore posteriorem, de qua primo loco dicere coeperat v. 46.

81. f. Νῦν, Κύκλωπες, ἐμοί τι Κυδ.

98 malim ἀπερχομένῃ in dativo exarari, signa parentheseos tolli, & versum puncto concludi, ut sententia perfecta. Tum in altero versu nova sententia sine copula incipit, quod asyndeton appellant. Figura Callimacho adamata.

110. παρθενική. *virgo.* nam editum *virginitatem* significat.

116. v. v. 11.

128. τῶν h. l. est pro αὐτῶν. *ipsorummet.*

132. f. γέρωσιν. *seneant.* unde οἱ γέροντες, aut γεράσιν, a γεράω. quamvis verbum contractum magis affectet per η exarari.

146. τοῖος bene habet, cohaeretque cum ἄκμων. *tam indefessus.* adeo invictus, & invincibilis labori, adstat Hercules, ut opus nil sit unquam Apollini, cur hujus operis partem suscipiat.

147. malim ἐστηκώς. nam cohaeret cum πινύσκει versu 152. caetera omnia sunt in parenthesi.

157. βόες corruptum est sine controversia; nam tametsi concedas, eo v. h. l. tauros silvestres designari, quo tamen vocabulo hi nusquam reperiuntur significati, non tamen constat, fuisse poëtam, qui eos a Diana fuisse figi solitos traderet. Cogitarem de lupis, si & hi perhiberentur in bestiis, quas consuevisset Diana tollere. quare tutissimum erit καὶ σύες ἀνθρώποισι legere. *etiam hominibus ipsis magnum malum sunt apri.* aut κ' ὤρυγες, id est καὶ ὄρυγες. v. Oppian. Cyneg. 2, 462.

177. facio cum iis, qui γυιαὶ *claudae* vertunt. nam bestiae a nimio labore claudae fiunt, saltim ad tempus, si non in perpetuum; quod experientia docet.

208.

208. *παρὰ τύμβον Ἰώλκιον* est *in funere Iolci.*

215. ἔτι] leg. ἐπὶ. crebra dictio ἐπὶ πάγχυ pro *admodum.*

243. dudum mihi ante, quam intelligerem, alios πλίσσωσιν correxisse, idem in mentem venerat. πλίσσειν est, *in numerum ire, traben.*

261. βωμὸν] scil. Dianae. ad πτόλιν item subaudiri debet αὐτῦ, ad urbem ejus, Oenei, h. e. Calydonem.

HYMNO IN DELVM.

1. τίνα χρόνον] subaudi κάλλιον ἢ νῦν. deinde pro ἢ scrib. est εἰ. v. v. 164. quo alio tempore melius atque decentius, quam hoc praesente, mi anime, canes unquam sacram Delum, si unquam canes. Possis quoque, quamquam hoc quidem non valde urgebo, pro Δῆλον versu 2. μᾶλλον exarare. quod sane perspicuitati loci non parum addat.

11. ἄτροπος videtur h. l. esse immanis, ἄνευ τρόπυ, ἀλλοτρία τῦ τρόπυ τῦ βροτησίυ, ὐ κατὰ τρόπον τὸν ειωθότα καὶ πρέποντα τυγχάνυσα.

13. ad ἑλίσσων potest aut ἑαυτὸν subaudiri, aut e proximo adsciſci ἀχνην.

16. δ' non est supervacaneum. notum est δὲ saepe reddi debere in latinis per &. quare si sic etiam hic reddas, & fingas tibi verba sic structa ἀεὶ δὲ ἔξαρχος ὁδεύει (id est καὶ ἀεὶ ἔξαρχος

χος ὁδεύει) ὅταν αἱ νῆσοι ἀολλίζονται; nihil erit hic loci difficultatis.

38. v. Theocrit. Id. 13, 50. Orpheus Argon. 779.

41. vidit in hoc versu aliquid Theodorus Graevius. f. leg. sic est πολλάκι σε Τροιζήνος ἄπο, Ξούθοιο πολίχνης. Xuthum, Hellenis filium, in Peloponneso sedes habuisse, constat.

47. προανήχεσθαι h. l. idem est atque πρόσω νήχεσθαι, προνήχεσθαι, *natando ulterius provehi.*

62. ὑποπτεύοντες satis bene se tueri potest. v. H. in Cererem v. 51.

73. f, ἐκπλὴν, *excepto.*

75. si vulgata bene habet, idem valet, atque τὸν αὐτὸν δρόμον, ὅνπερ αἱ κοπαί, sin male, suaserim τὸν ἑκὰς δρόμον. fugit cursum eum, qui in longe dissita fert. h. e. procul refugit.

88. quid cogis, ante tempus fatale in lucem prodire, dispalescere, omnibus innotescere, & a me denudari, quod adhuc manere poterat occultum, fatum tuum, quod te mox, suo tempore, opprimet. Sic ἐλέγχειν πρέσβεις vel πόδας apud Homerum, est, in causa esse, ut planum fiat omnibus, constetque, legatos, aut legatorum iter, ab eo, ad quem missi fuissent, impetrare precibus & oratione nil potuisse, sed debuisse re infecta, irritos spei & laboris, cum ignominia redire.

91. οὐδ' ἔτι πω. sic est distinguendum.

92. αἰνογένειον est dirum genere, cui genus, indoles, natura dira, saeva, abominabilis est.

94.

94. nil video, cur τορώτερον praeferri debeat lectioni vetustae librorum omnium τομώτερον. oracula secant nodos dubiorum, perimunt, finiunt res, nullam contentioni reliquunt materiam.

93. εὐαγέων est genitivus pluralis. Constructio est: μελοίμην δὲ καὶ τέκνοις εὐαγέσι τοκέων εὐαγέων. velim in honore haberi & diligi ab hominibus, non minus piis deorumque reverentibus, quam ipsorum parentes fuere. contra nolim ab illis coli, quorum parentes religionis erga deos debitae fuissent immemores.

106. ἔτι τῆμος] nam postea leniebatur. v. v. 244 & 259.

111. τεκέσθαι] ut facultatem mihi det pariendi.

120. ὠμοτόκοι ὠδῖνες sunt foetus, qui in locis desertis eduntur, ubi cum matribus omni humana destituuntur ope. v. H. in Cerer. v. 53.

159. f. κατ' ἀθρόον. id est, ἀθρόως. *confertim, penitus*. ἥν τινα redit ad νῆσον, *ad quamcunque insulam veniret*, Latona scil.

166. ὕπατον videtur hic *postremum*, *novissimum* esse, post quod aliud nullum est rursus exstiturum.

170. ἤθεα hic non sunt *mores*, sed *sedes*, *aedes*, templum alicujus manibus consecratum, & εἴσεται cum spiritu aspero est exarandum. *constituet*, *statuet*. De templo Ptolomaeo Soteri & Berenicae a filio Ptolomaeo Philadelpho consecra-

erato pleni sunt poëtae istorum temporum. Theocritus id non uno loco celebrat.

171. sic distinguo h. l. ut finem hujus versus commate claudam, comma vero proximum post ὕςατον tollam. Nam constructio haec est: πότε Τιτᾶνες ὕςατον ῥώσονται, *tum, cum Titanes postremum in deos consurgent.*

176. pro καὶ substituendum est δὲ, quicquid de isto caeteroquin controverso supplemento Callimacheo statuatur. quod mihi quidem tolerabile videtur, si non ipsius poëtae est; cujus quo minus esse existimetur, causae nil video. Conveniunt quidem rei praesenti optime, neque dictio poëta est indigna. Admisso itaque illo δὲ sic erit legendum: Φρουρία δὲ κῶμαί τε Λόκρων.

180. bene habet hic versus, & est omnis vitii expers, immeritoque accusatur. In ἴδωσι subauditur ἄνθρωποι. Poëtica dictio est: ἰδεῖν, vel ἀπαυγάζεσθαι, (ut poëta hic loquitur) μόνῃ τῇ ἀκοῇ. audire solummodo mala, non videre etiam. Videndi sensus, quia est acerrimus, pro omni sensus genere, quocunque membro percepto, usurpatur. Itaque *videre auribus* est idem, atque *sentire auribus* & percipere. Est ergo sententia haec: Cum homines videbunt, ipsis oculis, coram, non autem, ut alias saepe usu venit, auribus solummodo accipient, vicino cujusque ardente. h. e., tectis ejus & satis ardentibus, πίονα καρπὸν, pinguem proventum — Hactenus bene. Sed qualem illum

proventum? quo in loco & ſtatu rerum? Hic haereo. nam hoc aegre deſidero. num ergo πίονα καπνόν, pinguem fumum, h. e. exorientem ex incenſa lauta re familiari? Haud alienus ſim ab hac ſuſpicione. Sic ἀΐειν pro αἰσθάνεσθαι quoquo modo eſt apud Aratum Phaenom. 241 & 336. Nicander Theriac. 164. ἀλλ' ἄτερ ἢ δοῦπον νέον οὔασιν; ἠέ τιν' αὐδὴν ἀθρήσῃ, ubi ſcholiaſtes αἴσθησις ἀντὶ αἰσθήσεως, ὡς ἐπὶ τοῦ ὀξὺ οἶκε λέγεις.

182. φάλαγγας in accuſativo eſt exarandum. Nam ἀπαυγάζεσθαι eſt *e longinquo proſpectare*. v. H. in Cererem v. 4. in Dian. 129. monſtrant etiam ſequentia, φάσγανα, ζωστῆρας & ἀσπίδας, quae natabunt fundamento deſtituta, ſi non ad ἀπαυγάζωνται redibunt.

186. ἰδοῦσαι non eſt *videntes*, ſed *poſtquam viderunt*.

187. ἀέθλια ita poſitum eſt in medio, ut iterari tacite a lectore debeat. ἐσόμεναι ἆθλα βασιλέως ἆθλα πολλὰ καμόντος, hoc eſt ἀνυσαμένου vel κεκτημένου τοῖς ἑαυτοῦ καμάτοις.

190. ξυμβάλλεο eſt, e diligenti obſervatione notarum earum, quas tibi demonſtratum eo; deprehende locum illum, quo tibi eundum erit, foetus tui excludendi ergo.

194. non diſplicet cl. Heuſingeri θάλασσαν.

195. ἐθέλουσαν] ſcil. σε δέχεσθαι.

199. 200. Etiam hos verſus non facile proſcripſerim. ineſt, verſui praeſertim poſteriori, gravior ſententia, quam ut ab interpola-

tore

tore profecta possit esse. pro κατέφλεξας videtur, una litera φ extrita, leg. esse κατέλεξας, humi stravisti algam omnem, cum igni, a Iunone scil. injecto, amburerere. h. e. patiebaris, omnem algam, oras tuas ambientem, comburi, & cineres ejus humo cadere.

205. ἄῤῥητον] f. ἄφρικτον. sine ullo metu, haesitatione, cunctatione. v. H. in Dian. v. 65.

217. f. εἶπε δ' ἐπασθμαίνουσα, inter loquendum anhelans, verba sua prosequens anhelitu.

234. ne tum quidem, cum Somnus alas ei suas imposuerit, illas oblivionem rerum omnium inducentes.

246. τόσσα δέοι possit defendi. *tantum absit, ut hoc faciam.* malim tamen τόσσα δέω. *tantum absum ab ejusmodi facinore patrando.*

247. μιν] utram, Delumne an Latonam? equidem hanc putem. Sed premitur hic locus difficultatibus quibusdam, quas tollere facile non sit. ut, cur pontus *Iovis* appelletur. δέμνιον Iunonis puto Argos esse. v. v. 73. Etiam haec inter se constare non video, quod Iuno, quae hic se magni facere Latonam profiteatur, saevis tamen modis eam exagitaret.

249. pro μέλποντες ἀοιδοί sententia postulat μέλλοντος ἐκθορεῖν. v. v. 255. cum in eo esset Apollo, ut ex utero matris prodiret. Ergone scripsit μέλλοντος ἀΐσσειν? Haud id quidem improbabile, verbum hoc ἀΐσσειν a poëta pro *prodire* esse usurpatum.

262. ἐκόμισε verum est. *protulit oliva.* poëtae sibi hoc sumunt, metri ergo, ut verba similis significationis sibi substituant, ut κομίζειν τῷ φέρειν. & ipsum v. κομιδὴ de proventu terrae usurpatum creat suspicionem, κομίζειν quoque de omnibus, quae terra profert e sinu suo, fuisse usurpatum, sed dubium est, ἐλαίης sitne servandum, an ἐλαίη, an denique ἐλαίην scribendum. Quicquid tamen optes, sententia paene exsistit eadem. γενέθλιον ἔρνος, quasi dicas *connatale*, aut *cognatum germen*, est id, quod nascitur cum aliquo nascente, ut ei nativitatem ejus quasi congratuletur, & de ea ad posteros testetur.

266. pro ὦ videtur sententia χθὼν postulare, aut Γαῖ. *terra ingens*, πολύβωλε. (a βῶλος, *gleba*)

268. recte corrigitur αὕτη. τοιήδε est talis, qualis sum, qualem me videtis.

274. καταλέγειν non est simpliciter dicere, sed enumerare, recensere, ut hic Delus enumeraverat aliquot urbes, Diis quasque suis caras.

277. οὐδ' Ἄρης, vel οὐδὲ Ἄρης, *neque Mars, neque Martis equi.*

282. θῖνας in accusat. plurali.

283. μέντοι in duo vocabula est secandum μέν τοι. *hi quidem tibi.* huic μὲν respondet δὲ v. 288.

284. f. φορέοντες, cui participio respondet ἔρχονται v. 288.

295. f. καὶ εὐκλέες ἐκ τότ' ἐκείνου. & ab eo inde tempore celebrati.

298. si quid unquam criticus verum & certum in his literis vidit, H. Stephanus sagaciter & feliciter deprehendit, παρθενικαῖς hic leg. esse, qua de emendatione certissima, si qua alia unquam homini in mentem venit, dubitari adhuc par non erat, sed debebat sine ulla haesitatione admitti & recipi in textum, post alia admissa in gratiam amicorum, multo illa quidem magis controversiae obnoxia. nam res ipsa postulat, & paulo quis attentior non potest in eam non deferri. & ipsi mihi statim, ut locum legebam, ultro occurrebat. παρθενικαὶ sunt filiae Boreae, ἠίθεοι (v. 299.) sunt juvenes Hyperborei, qui puellas istas Delum comitati erant. (v. 294.) solerter h. l. Stephanus declaraverat, qui audiendus fuerat.

315. τοκήϊα mihi non videntur *arma* esse, sed pretium, merces veniae, navi datae, in portum veniendi, & ibi standi, merces stationis nauticae. Athenienses quotannis navem Theoridem Delum mittebant, ex antiqua quadam observantia juris, in memoriam beneficii, quo Delii quondam Theseum cum ejus classe affecissent, cum ipsis veniam darent, ad Delum appellendi.

321. f. ὑπὸ πληγῇσιν ἔδειξαν P. κ. πρ. ὀδάκτασαι α. ἰ. *priusquam commisere, ut ara a verberibus rupta esset, & priusquam momordere truncum oleae.* — δεικνύειν βωμὸν ῥησσόμενον ὑπὸ πλη-

 γαῖς

γαῖς est praestare, conspiciendam dare aram ruptam verberibus, h. e. tam diu tundere aram ictibus fustium, donec rimas egerit. Quod aliud infantibus jucundius otii negotium, quam tundere virgulis rem, quam inter manus habent.

IN LAVACRVM PALLADIS.

3. εὔτυκος est, aut ornata, armata, instructa rebus. quibus opus est omnibus; aut, quod etiam ab hoc loco alienum non sit, εὐέντευκτος, εὔκολος καὶ εὐμενὴς πρὸς ἔντευξιν. facilis accessu, placida, benigna, quae facile admittat ad se adeuntes.

6. non damnabo equidem ἐξελάσαι. videtur tamen poëta potius ἐξεράσαι dedisse, *effudisse humo.*

9. ὑπὸ non cum ἅρματος est copulandum, sed cum λυσαμένη. ὑπολύεσθαι ἵππως ἅρματος, *imperare, ut equi sui curru exsolvantur*, similis est illi alteri dictioni, ὑπολύεσθαι τῶ ποδὸς ὑποδήματα. *calceos dare exuendos & detrahendos sibi.* v. H. in Cererem. 108.

18. f. τὰν ἀν' Ἴδαν, *cum illam litem, cujus testis & spectatrix Ida fuit, dirimeret Phryx pastor.*

26. laudo judicium cl. Heusingeri, βαλοῖσα e vetustis edd. praeferentis. simplex hic est pro composito ἐμβαλοῖσα.

27.

27. comma post πρωῒον est collocandum, non ante. Sententia est: o puellae Argivae, matutinus rubor, h. e. jubar solis orientis, procurrit coelo, late promicat, in altum, & medium versus coelum sese extollens, eo colore insignis, qui est rosae, aut grano punici mali. Admonet poëta, instare & urgere tempus, quo lavacrum Palladi esset instruendum, nulli morae adhuc locum esse.

32. σμασαμένα. postquam cincinnum nitidum sibi detergi panno sicco curaverit, ad sordes expurgandas, si quas ex unctione superioris diei remansissent.

33. Iam parata sunt omnia lavacro. Vocat nunc Minervam, ut adsit, & balneo utatur.

36. τοῦτο] f. τὺς τὸ παλ. *ut mos est Argivorum, quos olim sic docuit*, vel *instituit Eumedes* — aut alias παλαιότερον erit adverbialiter accipiendum, *antiquitus*, *olim*, aut leg. παλαιοτέρων.

45. sic distinguo & lego: μὴ βάπτετε σάμερον ὕργας vel ὕρχας. *Hodie Argivae*, *hodie nolite urnas* vel *urceos vestros fluvio* [Inacho] *mergere*. [unde Minerva lavat.] Πίνετ' [id est πίνετε, in imperativo, non autem πίνεται] *bibite e fontibus*, *non autem e rivis*.

68. f. Ἠ Χαιρωνείας. Chaeronea locus est Boeotiae, vel a Plutarcho celeberrimus, ut alia omittam.

73. Hic loci Cunaei judicium laudo & sequor. Poëtam, qui media in turba rudium & superstitiosarum puellarum & muliercularum de

infima faece plebis concionatur, tanquam sacerdos aliquis, nil magis decet, quam ut eadem, iisdem paene verbis, ingeminet, quae vel maxime tenere & meminisse vult plebem; in quibus hoc etiam est, ut meridie nolint solae per agros & per silvas errare, quia tempus illud diei a spectris occurrentibus haud sit tutum. qui error popularis vel ad haec nostra tempora perduravit. Memini, puerulo mihi, non alio sermone crebrius tinnisse aures, quam eo, quo spectra oblata ferrentur hominibus, meridie rus euntibus, aut media nocte surgentibus. Res videtur ratione non carere. Meridie domi sunt homines ut plurimum, aut a caloris vi coacti umbram quaerere, aut a fame admoniti pastum capere: quo fit, ut viae sint desertae: eoque insidiis latronum magis pateant. Inculcandum itaque vel maxime erat rudioribus puellis praeceptum hoc, tutum haud esse, tempore tam suspicioso sub dio versari.

74. τῆνο bene habet. illum montem, de quo agitur scilicet, in quo ea evenere, quae narrantur, & qui mons paulo post etiam nominatur. v. 90. Helicon puta. sic v. 67. demum edit nomen Nymphae Charielonis, de qua tamen jam multa commemorarat.

78. malim τὰ μὴ θέμιτ' [θέμιτά] ἦς. *quae videre fas non erat.*

82. ἔλαβεν si darent libri veteres, non repudiarem. sed nil caussae rursus video, cur damnem ἔβαλεν, *nox feriit oculos pueri*, id est iis

sese

sese ingessit, eos penetravit, ut telum. aut est simplex pro περιέβαλεν. *circumfusa & amplexa est*, amicivit, obruit eos.

90. punctum in fine versus est commate mutandum, quo obscuritas & erroris locus omnis detrahitur.

93. ἔτ' [id est ἔτι] leg. pro ἐπ' & in fine versus leg. βαλοῖσα. Constructio est: ἡ μὲν μήτηρ ἔτι παῖδα φίλον περιβαλοῦσα ἀμφοτέραις [scil. χερσὶ vel ὠλέναις] ἦγεν οἶτον ἀηδόνων. *agere*, vel *ducere luctum*, est in longum producere, extrahere.

136. lacuna duplici modo possit expleri; aut sic: τί μᾶλλον ψεύσεται. *Iovis caput mendaciis haud annuit.* h. e. nutu suo mendacia non confirmat. *ecquid filia magis mentietur?* aut sic: πατρὸς ἔχει πᾶν γέρας ἁ θυγάτηρ. *honorem patris omnem*, in quo etiam hic est, ut nil mentiatur, *habet filia quoque.*

141. αὖτις non cum πάλιν cohaeret, sed cum ἐλάσαις. *salve etiam, cum* nunc, hoc anno, *rursus excedis* cum curru tuo Argis, *& rursus age equos*, ἐς πάλιν, *altera vice*, h. e. anno proximo, ad hanc urbem. Canebatur hoc distichum in exitu sacri, cum bono voto, ut liceret sibi sacrum idem altero quoque anno peragere. Non multum interesse puto, πάλιν, an cum Stephano πόλιν legatur. nam in ἐξελάοισα constat subaudiri ἐκ τῆς πόλεως, aut ἐκ τοῦ Ἄργους.

AD HYMNVM IN CEREREM.

1. κατιόντος est, non *descendente*, sed *redeunte* post annuam absentiam, & adveniente in urbem & templum suum, velut e peregrinatione, aut e coelo. Est idem, quod Theocritus XV. in fine, de Adonide usurpat ἀφικνεῖσθαι. Sic in fragmentis Callimacheis p. 448. n. 18. ἥλιος καταβαίνων est *sol oriens*. nam redit, cum oritur, ex peregrinatione velut & absentia, ad terras, quas quotidie de novo invisere solet. id quod apparet ex opposito ἐπὶ δὲ δυσμαῖς ὄντος, *occidente sole*. v. dicta ad H. in Apoll. v. 100.

3. dele signa parentheseos. humo, de plano, spectate redeuntem calathum, non autem e tectis domuum.

5. ἁ] scribo ᾇ, subaudiens ὥρᾳ. neque ea diei parte, qua virgo quaepiam, aut mulier, solet crinem suum promittere, nodos ejus resolvit, & illum pendere atque fluitare neglectum sinit. quod faciunt mulieres vesperae, domi suae cum agunt, non in publico versantur, ubi constrictum & nodis revinctum atque in cincinnos contortum crinem gestant, aut cum cubitum eunt. Huic tempori vespertino opponitur versu proximo 6. matutinum; *neque cum sicco despuimus ore*.

7. sedulo & cupidus e nubibus prospectans observat Hesperus illud tempus, quandonam sit adventurum, quo calathus ille sit promoturus gradum, in urbem ut importetur.

26. f. ἢ δ' αὐτᾷ, aut τηνεῖ τᾷ, id est, ἐμῇ αὐτῇ. ibi ei, Cereri puta.

28. Coacervatione arborum multifariarum eodem in loco, poetae veteres utuntur, & in his Virgilius quoque, quam Scaliger recte notavit. est enim prodigiosa, & aliena ab omni verisimilitudine, praesertim in luco spontaneo, manibus hominum non instituto. Sed vitium hoc est illis commune, de quo questus etiam est I. M. Gesnerus ad Orphei Argon. v. 909. ubi exemplum hujus luxuriei est tam portentosum, ut, quaecunque ejus supersunt alia, omnia longe superet.

35. possit εἶεν subaudiri, neque multum contendam, si quis hoc velit, & in vulgata, ἄρχιοι acquiescat. ego vero malim, sublatis signis parentheseos, ἀρχίος, Dorice pro ἀρχίους, ut apud Theocrit. Id. 10. τὼς φακὸς ἕψῃν, pro τοὺς φακοὺς, praesertim cum etiam libri, Vossianus atque Ambrosianus, hoc dent, tametsi accentu pravo.

39. ἐπὶ cum dativo significare *apud*, negatur in notis. Sed certum id est tam, quam quod certissimum. v. L. P. v. 64. 71. & hoc ipso hymno v. 16.

45. παραψήχοισα est vitiosa lectio, temere introducta. servari debuerat vetus proba παραψύχοισα. quod ad Theocriti 13, 54. demonstravi.

63. χεὶρ hic loci est opus servis ab hero imperatum, & ab herili manu demonstratum, ad quod

quod agendum herus servos suos manu adductos apponit, & affigit quasi.

69. ἵμερος bene habet. subauditur αὐτόν, Theocrit. 16, 65. hoc versu Stephani interpunctio servari debebat.

versus 71. qui nunc est, post 72. est collocandus, ut inverso sese ordine sequantur, ad hunc modum. Εἴκατι δαῖτα — Καὶ γὰρ τᾶ Δ. — Τόσσα Δ. γ. — Οὔτε μὶν — Potést tamen vulgaris ordo versuum servari, si καὶ γὰρ reddimus, *ideoque etiam nunc* — verbum χαλέπτειν significat h. l. *in furorem agere, iram alicujus atque indignationem ciere, commovere.*

73. malim ἔτ' ἐς ξυνδείπνια, non, quo nesciam, ε ante ξ produci.

82. νεῖται] veniet ad nuptias, parat sese, ut iis intersit, jam iter illuc ingreditur. v. H. in Dian. v. 148.

85. ἀλλότρια h. l. sunt causationes a re praesente & a veritate rei alienae, brevibus, mendaces. Sententia est, perhibebatur Erysichthon in rebus versari, a quibus quam plurimum aberat.

88. ἤπειτα est h. l. *interim*, aut *nihilominus tamen.*

89 f. ἐξάνετο. *consumebatur*, *exinaniebatur*, *exhauriebatur*, *venter.*

91. ἀχάριστα εἴδατα, cibi ingrati, sunt, aut quorum perceptionem nulla voluptas comitatur, aut nulla sequitur ad nutritionem corporis utilitas, cujus causa tu iis gratiam debeas. aut,

qui

qui operae pretium non referant pacto, nullo commodo sumtus in se factos luant.

93. νεῦρδις. in dativo. Sententia est, carnes omnes defluebant & contabescebant, sola relinquebantur ossa, cum tendinibus musculorum, (quae sunt νεῦρα) & aridis villis cuibusdam, qui sunt ἶνες, ἐπὶ h. l. significat *una cum*, *praeter*, si nempe tendines etiam in numerum veniunt.

96. duo postrema commata dele. nam πολλάκις δέκα sunt decuriae ancillarum saepius atque saepius numerando iteratae. h. e. centenae, vel & millenae, ut H. in Dianam 33. 34. τρὶς δέκα ter denae erant triginta, & fragm. 120. & 488. ἑξάκι δοιὰ, *sexies duo*, duodecim. & H. in L. P. 23. δὶς ἑξήκοντα, *bis sexaginta*, centum viginti. & innumera talia alias.

129. post πρυτανήϊα punctum est collocandum. *donec erunt hujus urbis* (Argivae puta) *curiae*. Tribui sua cuique curia propria erat. deinde nova orditur sententia. τᾶς ἀτελέςως τᾶσδε τελεσφορίας [scil. εὐχόμεθα] ποτὶ τὰν θεὸν ἄχρις ὁμαρτεῖν. rogamus, ut nobis haec des, ut, quae foeminae hujus sacri fuerunt expertes, altero anno post perveniant, usque ad aram, quae quidem intra sexagesimum aetatis annum adhuc subsistant.

137.

Lyttius Menoetas: Hunc arcum; inquit, clara voce numen, quod adorabat, appellans, ego sexagesimum adeptus aetatis annum tibi, Sarapi, una cum pharetra dedico; sed ea spiculis vacua, quippe quae in mea potestate non sunt, in bellis adversus Gallos, Brenno duce Graeciam vastantes, consumta. Huetii ἀπειπών non plane displicet.

Ep. 43, 3. μὲν h. l. est, ut saepe apud Callimachum; pro μὴν, *atqui.*

4. μὴ ὑπόδεχθε. id est, μὴ ὑποδέχεσθε; *nolite recipere, admittere.*

5. f. ὤχετ' ἐς Κήφισσον. *sine dubio ad Cephissum se recepit*, vel *contulit.* praeivit h. l. Scaliger, sine cujus admonitione non eram in hanc suspicionem venturus.

9. πῃ est *sine dubio.* στρέφεται, *commeat, frequentat.*

Ep. 44, 3. αὐτῶν] f. ἄγχων *obtorto collo.*

6. f. τὴν φιαρήν. *illam nitidam*, ergo puellam osculatus est, non Archinum, sed ad hunc epigramma scripsit. forte Archini puella erat. quem placare volebat poëta hoc carmine, ne succenseret ei, quod ejus delicias violasset. de vocab. φιαρὸς vid. Casaubon. ad Theocrit. 11, 21.

Ep.

Ep. 45, 3. f. τὸ κρίνον ἡ γῆ ἔπιε. *terra hausit lilium ejus*, h. e. lucidum illum & radiantem ejus candorem, qui testis est bonae valetudinis & tranquilli animi. Lilia & rosae in descriptione formae conjungi solent. vid. Theocrit. 23, v. 28 & 30.

5, verum est ὤπτηται, quod dat codex Lips. & conjecit Bentlejus. redit enim ad illum peregrinum v. 1. commemoratum. sed & μεγάλως εἰ est leg. uno vocabulo. tum figendum est punctum. nam δαίμονας non ad praecedentia, sed ad sequentia pertinet. Non, ita me dii ament, ab aliqua nota hoc colligo. ῥυσμὸς est vestigium rei, velut umbra quaedam.

ult. Sententia est: certo novi, quid huic evenerit. E me illum judico. Ipse in hoc eodem ludo, quo ille, sum exercitus. ut fur agnoscit furem ex observatione notarum quarundam, furibus quidem cognitarum & familiarium, aliis autem omnibus obscurarum.

Ep. 46. f. οὗτος ὁ σιγάργης. hic tacite & clam agere suum negotium solitus. ὁ σῖγα ἐργαζόμενος. Ita apud Theocr. 4, 61. ἐνάργη pro ἐνήργει, a verbo ἐνεργεῖν.

Ep. 47, 4. πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει. bene habet. haut secus erat, atque si Iupiter omnia sua fulmina in uno pectore meo vibraret, in uno me quicquid esset sibi potestatis saeviendi, tonandi & fulminandi experiretur.

5. ἱλασσόμεσθα, ἡ τὰν θεόν. η & α pronuntiando colliquescit.

Ep. 48, l. περιφεύγειν est bonum vocabulum, & huic loco accommodatum. Locus bene habet. *devita*, *cave*.

ult. τὰς bene habet, propter illos viginti dies, qui a vigesimo Panemi, ad decimum Loi exierant, non querimur, non ideo cum Mercurio rixamur, quod necesse nobis fuerit per illos viginti dies Menexenis consortio carere.

Ep. 49, 2. f. πῶα [pro πόσα] νέμων αἰγᾶν, ὀκ ἀφιλὴς ὁ Κύκλωψ, *quam bonum invenit Polyphemus incantamentum, eo quod greges caprarum pavit, Cyclops ille, amoris non expers.* possit hoc utcunque ferri, tametsi sponsor nemini sim, auctorem ita dedisse.

7. f. ἔσθ' ἁμῖν χ' ἁ ἀπασὺς ἀφ. π. τ. ἔ. est nobis quoque *esuritio* vel *inedia* adversus amorem nemini parcentem, vel crudelem. vel ἀπασὺς potest quoque *inopia* esse, prout vel a πάομαι, vel a πάσσομαι repetitur.

8. τοτὶ refertur ad totam rem. Hoc esurire puta, aut egere pecunia, hoc detondet alas — alias deberet αὕτη esse.

ult. οἴκω] f. αὖται, aut αὖτα, in duali.

Ep. 62, *ult.* f. ἥσυχος. scil. ἐςὶ.

Ep. 63, 2. μανῶν] leg. μώναν Dorice pro μόνην. f. quoque Λευκαρέτας. quod solo furore ob Leucaretam caruit, seu quod eam solam non amavit insanum in modum. Erat

illa

illa Pyladae sponsa. Sententia itaque carminis elegantissimi atque sapientissimi, cujus veritatem usus rerum quotidianus confirmat, & nullo non tempore confirmabit, haec est. Felix ille antiquus Orestes in eo, quod, cum per omnia alia Intemperiarum esset genera jactatus, tamen ab hoc uno furoris genere intactus mansit. A Leucareta enim, sui Pyladae sponsa, cupiditatem abstinuit, Hoc unum cavit ne sumeret amici sui experimentum, quod solum amicum arguit & ostendit. Amicus in caeteris omnibus facilis, & obsequiosus, & omnia sua tecum habens communia, solam uxorem propriam sibi & privatam habet; quam si tu appetis, & communicari tecum postulas, renunciat amicitiae & odio eam mutat. Felix in eo fuit Orestes quod partem fabulae ejus, qua vis amicitiae demonstratur, solummodo alteram agi a suo Pylade satis habuit. Nam si uxorem ejus quoque tentasset, hoc esset consecutus, ut amicitiam sui Pyladis amisisset. Et sic carendum nobis esset tot & tantis de hac celeberrima amicitia clamoribus, quos poëtae tragici & ludimagistri edunt. Duo illa amicitiae pericula, seu experimenta, appellat Callimachus duo dramata, seu duas fabulas, aut ejusdem fabulae duas partes dimidias. Cognoscitur amicus duobus modis, seu, ut Callimachi verbis loquar, duabus fabulis agendis sui dat experimentum; cum tu aut ab eo postulas, ut tui

causa capitis discrimen adeat; id quod Pylades nil recusavit facere; aut cum tu eum rogas, ut uxorem suam tibi det usurpandam. id quod Pylades sine dubio erat negaturus, si Orestem libido incessisset, id eum rogandi.

4. καὶ redundat, ut saepe cum μόνον. ἓν καὶ μόνον nihil est aliud, quam ἓν μόνον. unam solam docuit fabulam, unde scilicet disceretur amicitiae constantia in societate criminum capitalium. Verum si Orestes Pyladeae amicitiae periculum fecisset in partienda amica, nae Pylades ex amico evasisset inimicus, & amorem odio mutasset.

Ep. 73, 3. νῦν δὲ πέπαυσθε.



IO. IAC.

IO. IAC. REISKE.

AD SVA

POLYBIANA

PRAEFATIO.



Causae mihi fuerunt cur hanc praefationem a superiori volumine animadversionum nostrarum ad graecos auctores, quod numero quartum est, & Polybiana nostra complectitur, sejungerem, & huic quinto reservarem. Dudum ea literis mandata est, antequam prodiret Ernestiana Polybii editio. Cujus rei ipse mihi testis erit vir summus Ernestius; cui legendam exhibui statim, ut a me literis consignata fuit. Auctor ille mihi fuit ut locos quodam hujus praefationis, ut in offensionem incursuros, delerem, aut retractarem. sed reliqui omnia, ut in schedis erant sub finem mensis Septembris Anni 1762. exaratis. Nam cum mentem Ille suam declarare uberius, & locos reprehensioni obnoxios sigillatim demonstrare insuper haberet, difficile mihi fuit, quos damnaret, suspicari. Habet itaque illa praefatio sic.

Auctorum graecorum nulli, quod sciam, contigit, nostra patrumque memoria, ut a vi-

ris doctis tam diligenter & assidue tractaretur, enuclearetur, ederetur denique aliis ex aliis formis, atque Polybio contigit, in quem & grammaticorum, & pragmaticorum & militarium studia exarserunt. Et erat sane Polybius in primis eo studio dignus, cum is sit, qui nullo non literatorum generi abunde, in quo elaborent, sufficiat. Qui verbis ducuntur, licet illis, ut in tabula antiqua artificis, neque summi, neque rudis tamen illius, sed in naturae simplicitate ingenua admirabilis atque suspiciendi, ita in Polybii dictione, non illa quidem tersissima, at neque rursus tamen incultissima & propriis sibi suis coloribus nitente haerere. Rerum rursus civilium domi forisque bene gerendarum, & gestarum olim, si quos cognoscendarum & memoriae mandandarum studium tenet, illos Polybius inprimis & reip. gerendae & condendae historiae exemplisque praeceptisque saluberrimis instruit. Magistri quidem ille supercilium haud raro induit; facile tamen id feras in magistro eo, qui, quam profiteatur artem, eam & tota vita exercuerit, & quas res exponat, iis ipse interfuerit, partim etiam praefuerit. Fecit ea res, ut, ex quo intellecta esset hujus auctoris multiplex usus atque praestantia, viri docti, quod modo dicebam, ad eum, quibus quisque posset, modis ornandum, signo quasi sublato concurrerent. Ne primos illos nunc commemorem Polybii editores atque interpretes, de quibus suo loco

paulo

paulo post diligentius disseram, nunc hos novissimos tantummodo attingam, quorum lucubrationes vix ac ne vix quidem oculis usurpavi, & de quibus fando solummodo inaudivi. Quos inter agmen ducit Follardus, qui signum quasi extulit insecutis Anglis Germanisque nostris, qui ab illo Gallofranco tribuno militum excitati de Polybio anglice germaniceque reddendo cogitare coeperunt. Viennae Austriacae ajunt & Berolini duas eodem tempore curatas Polybii germanicas interpretationes. Neutra enim ad manus nostras pervenit. Poterat hoc nostrorum studium ad levitatis quoddam genus referri, unde parum gloriae ad Polybium, parum fructus ad studia literarum rediret. Fervet enim hoc saeculum, quod nunc agimus, conversionibus in linguam nostram auctorum omne genus, veterum, recentium, francicorum, anglicorum, & imitatione studiorum, in quibus ultra Rhenum & ultra Oceanum positi populi versentur. Coeperunt etiam haud ita pridem nostri graecos auctores germanice interpretari; quo e conatu ut ad literarum splendorem patriaeque decus quam plurimum accedat, Deum oro. Auspicatis enim verbis uti, quam diris ominibus, satius est. Dabo hoc patriae caritati, ut bene de fortunis ejus ominer magis, quam, ut instituti me poenitere ajam, non pessimi illius quidem, in quo tamen haud sapientissima nos consilia sequi videam. Qui parum soleam aliena curare, & quo magis ae-

tate literisque proficio, eo magis satagere merum rerum studeam, nasuti censoris operum alienorum personam refugiam atque detester, quod usu rerum, saepe mihi peracerbo, didicerim, in judicando saepe nos temeritate labi, & nostra judicandi libertate alios offendi & ad recalcitrandum irritari, vidi tamen hoc in genere ejusmodi quaedam, quae suos auctores ne germanice quidem satis, nedum graece callere testarentur. Ut coeperim de toto hoc genere desperare. Aut satis habemus, graecos auctores e francogallicis interpretationibus, quas vitiosissimas esse omnium confessione constat, germanice reddere, aut nostro marte eos ita redditos venditamus, ut non possint homines aetate sua in sapientibus habiti sapientibus, qui hodie sunt, non sordere & derisui esse. Nondum satis diligentem graecis literis operam navavimus, ut negotium hoc convertendi e graecis prospere decenterque nobis succedere possit. Facit tamen hoc, in quod ab aliquot annis exarsere librarii nostri, studium graecos auctores sua primigenia oratione utentes typis suis recudendi, ut speremus, fore, ut brevi post etiam haec labes tollatur. Quibus in auctoribus graecis elegantia typographeorum Lipsiensium nuper admodum illuminatis non infimum locum obtinebit Polybius, cum in manus hominum pervenerit, quod paulo post fiet, publici juris factus, qui nunc sub oculis moderatoris dexterrimi, Ernestii V. C. & omni de lite-

ratura

ratura elegantiore praeclare meriti, operarum Breitkopfianarum diligentiam exercet. Quae operae in Diogene Laërtio artis & diligentiae suae eam fidem fecerunt, ut nullus dubitem, eum quoque Polybium ab ipsis esse profecturum, qui cum primogenio exemplo Amstelodamensi de nitore caeterisque laudibus artis typographicae contendat, in quibusdam etiam palmam illi eripiat.

In hac igitur, quae undique facta est, doctorum hominum ad ornandum Polybium concursatione deesse illi auctori nolui, a cujus lectione me saepius neque parum oblectatum meminissem; sed quae in eum observata tot lectionibus collecta in commentariis haberem, ea expromere & publicum in locum producere decrevi. Quo consilio exsequendo quid sim post alios consecutus, penes alios esto judicium. Mihi quidem visus sum non omnino nil egisse. Quod quisque potest, si liberaliter id in commune confert, efficitur tandem, ut, quacunque in re & arte elaboretur, ea ad perfectionis culmen extollatur. Neque ausim, praefationem ad Polybium pragmaticam polliceri, cui conscribendae parem me non esse sentio; videturque is, quem modo honoris ergo nominabam, V. C. illa praefatione, qua frontem Polybii Lipsiensis, tanquam fastigio splendidissimo, exornabit, omne desiderium operae nostrae, quae tralaticia & contemnenda est, exstincturus esse. Interea donec illa in publicum prodeat;

de

de Polybio expositio, quam necesse est caeteris similem, h. e. & doctam & exquisita cum orationis elegantia exaratam esse, juvat hoc loco nostra quaedam cum de ipso historico, tum de interpretibus ejus editoribusque cogitata & observata per lancem satyram, quod ajunt, effundere.

Polybii multae sunt insignesque laudes, quas si omnes exsequi oratione velim, & nequeam, materia vires exsuperante, & actum agam. Nulla enim caruit aetas hominum iis, qui in illis celebrandis multi atque seduli essent. Sed agnoverunt iidem naevos quoque Polybii non minus insignes, in quibus facile princeps est illa professoria, hoc est, supercilii & fastus atque insolentiae plena, molesta & odiosa docendi & praecipiendi ratio, in levibus & apertis atque in medio positis ingerendis importuna & modum excedens. Tum nimis apertum & iniquum Romanarum partium studium, quod eum saepe invitum & velut reluctantem, saepe rursus imprudentem, plerumque volentem, in transversum egit, ut eadem libidinis turpitudine, quam in aliis notat, veritatem rerum gestarum mendacio corrumperet, nitidamque ejus lucem adulationis cujusdam aut dissimulationis nebula quasi obscureret. Quae tamen illi, quae ei obtigit, nascendi sorti fortunisque, quibus usus est, facile aequus quisque condonet. Ita enim graeci ante Polybium scriptores de rebus Romanis, cum jejune & exiliter, tum perver-

se & ridicule tradiderant, ut, quorum errores demonstrare atque reprehendere vellet, neque facere posset, quin id ageret, eos vix posset sine stomacho dimittere. Deinde rusticitas quaedam morum ex oratione erumpens in homine militari, quam civili, facilius feratur. Sed Polybium in armis & peregrinationibus plurimum aetatis peregisse constat. Cui hominum generi solet ex illa, quam sequuntur, vitae ratione levitatis aliquid puerilis, & illius senilis, quam Graeci appellant, ὀψιμαθίας adhaerescere, quae gemina animi labes in rebus communibus atque omnium usu contritis oratione iactandis & inculcandis, quasi eae res a rerum inde principio ad hoc diei ignoratae & nunc primum repertae essent, tum in contemtu & fastidiosa alienae diligentiae elevatione, in suae putida ostentatione aut industriae aut peritiae multifariae, odiose & proterve velut exsultat. Cum locos communes vel pastoribus obvios ipso in opere Polybii integro lego, magna orationis ambitione venditatos, fero & condono reliquorum praestantiae. Sed judicio, vel tarditati potius carnificis, quisquis ille fuit, qui Polybium membratim contruncavit, succenseo, qui satius duxerit, tot triviales locos e Polybio enotare, quam insignium rerum gestarum memorias posteritati transmittere. Numeremus in caeteris Polybii infortuniis hanc hominis male feriati stultitiam, cui caput illius adversa sors objecit. Sed tota tamen dictio prodit aucto-

rem

rem non literatiſſimum, terſae quidem dictio ita non ſtudioſum, ut ſupinam potius & lutule tam vel affectaſſe videatur; quo ne quis, o nor, opus limatum, & perpolitum & lucerna rhetoris olens ab eo, qui in caſtris & itine bus conſenuiſſet, profectum non eſſe diffidere Verbo, dictio patriam olet. Romanorum ſtu dioſiorem eum fuiſſe, quam verum & aequum patiatur, negari quidem nullo modo poteſt, cum res ipſa loquatur. Nam quae in ipſis notare ſimulat, ſunt ea primum pauca numero, tum ad fucum lectoribus faciendum, caeterarumque laudum praedicationi, cum modum excedere videatur, fidem tanto facilius conciliandam comparata; ſunt denique levia & tralaticia; ut nimis etiam apertum ſit, eum, cum res Romanas extollit, adverſariorum deprimit; oratorem agere alteri parti ſtudentem, non auctorem rerum utrique parti aequum. Eſt etiam, ubi videatur Polybius veteratoriis artibus uſus, praevaricatorem agere, & Romanis ita patrocinari, ut eorum cupiditatem, quam defendere ſtudeat, deridendam praebuerit. Unde colligo, Polybio neque ſenſum veri, neque voluntatem ex animi ſententia dicendi, defuiſſe, ſed locum. Ecquis unus omnium neceſſitati non ſerviat eidem, eadem loci iniquitate concluſus. Erat Polybius in poteſtate Romanorum, fortunas iis ſuas debebat omnes, earumque conſtantia ex voluntate Romanorum apta erat; plurimum Romae poterat, (proinde atque homini grae-

co

oo ibi licebat posse) Scipionum gratia stabat aut cadebat, quorum beneficiis & familiaritate obstrictus tenebatur; quos auctores, quos moderatores, quos censores & quasi emendatores habebat historiae suae, qui passuri non erant, ut in annalibus suis aliquid ad Graecos, populares suos, proderet Polybius, quod gentis Corneliae cunctique P. R. gloriae derogaret. Neque Censores, aut si qui alii magistratus commentarios in vulgus edendos perlustrabant, hoc erant commissuri, ut a Polybio gerendae reip. Rom. penetralia exteris recluderentur, aut ulcera & cicatrices velut nudarentur. Stultitia ergo sit, ab eo verum exspectare, quem beneficiorum cum acceptorum recordatio, tum sperandorum exspectatio, tum cura salutis suae, tum denique tot acres appositae vigiliae, saepe aliquid auribus dare, saepe gratiae, saepe animo memori, saepe dissimulationi atque taciturnitati cogeret. Condonemus hoc historicae arti, cujus ea est natura, ut, sive in laudes effusa est, sive in vituperando sedula & sagax, nunquam possit non suspiciosa esse.

Venio ad editores & interpretes Polybii, quibus quia Livius accenseri quodammodo potest, dicam de eo, ut omnium antiquissimo, primo loco. Livio igitur, Polybium Latine, quod saepe facit, reddenti, cave coecam fidem ne adhibeas. Interpres ille parum fidus est. Saepe labitur cum ignoratione graeci sermonis,

tum

tum lubricitate generis illius, quod interpretando secutus est. Quod genus est periculosissimum, licentiae, quam sibi arrogat, enormitate. Dum consequi hoc studet Livius, ut elegans, ut liberalis, ut sui juris homo, ut suae dictionis arbiter, non servus alienae, ut plane latinus, & auctor rerum primigenius habeatur, tum fit incurius, supinus, infidus & mendax, testis improbus, auctori suo dissimilis atque diffidens. Saepe cum suos Polybio de rebus cogitandi modos & latinas dictiones accommodat, ita graeca latine reddit, ut neque rebus ipsis consentiat ejus oratio, neque moribus graecis, neque Polybianis sententiis. Postrema primis permutat & miscet, alia necessaria excludit, alia de suo affingit, cum non necessaria, tum & falsa & repugnantia; quae graecus auctor plane, perspicue, apte, certe, concinne, breviter, naturae rerum denique consentanee narraverat, ea saepe Livius confuse, dubie, cum ubertate rem impediente reddidit, ut haud raro dubites, satin latinae linguae callens fuerit. Quod quanquam praevideo fore, quibus insanum & nefandum atque detestabile dictum videatur, ab eo profectum homine, qui ipse latine se neget scire, (erunt autem hi illi, qui multi sunt, qui lactea Livii, quam ajunt, ubertate ita capti tenentur, ut horribilem & exsecrabilem ejusmodi sententiam ne ad aures quidem sint admissuri:) constitit mihi tamen non uno documento ejus rei, quam contendo, fides,

fides, neque sane miror veteribus, qui melioribus instructi essent historiae Romanae auctoribus, iis, quibus carendum nostrae aetati est, Livium aut obscurum fuisse, aut plane sorduisse. Graecae quidem linguae non penitissime callentem non raro Livius se prodidit. Neque tamen iccirco minus utile, minusve necessarium etiam est, ab editore Polybii hanc provinciam diligenter administrari, & ea via, quam Fulvius Ursinus instititit, decurri. Mihi, cum otio, praesidia rei hujus bene gerendae defuere, cum editio Livii Drakenborghiana nuper deesset. Denique editorem Polybii me non gero.

Iuvat, quia in hunc locum incidi, iis occurrere, sed breviter, qui, cur a graecis auctoribus edendis alienior animo essem, me interdum interrogarunt. Quibus cum alia excusavi, quae hic repetere nil attinet, vulgaria, partim quoque invidiosa, sed cum natura humana conjuncta, & a simplicitate morum atque ingenuitate & pudore non superanda, cui cum vanitate & audacia & versutia & cupiditate contentio est, tum unam hanc reticui causam penitiorem, quam ad doctos homines deferre par est, quibus eam confido me facile approbaturum. Auctorem graecum iis modis edere, qui cum ipsum deceant ornentque atque illuminent, tum eorum studia sublevent, si qui illius lectioni otium studiumque suum consecrent, & edentium denique existimationi suffragentur; id vero perarduum esse & paucis da-

tum existimo. Recudendam operis typographicis auctoris alicujus editionem aliquam vulgo probatam, eique notulas subitarias, appingere, mea indignum persona puto. Chartis ejusmodi aetatem haud ferentibus, ut vinis patriae limites non excedentibus, non multum proficimus, ad literarum quidem fundum amplificandum & ditionem proferendam. Editori autem, qui quidem nomen hoc mereri & tueri velit, tot res sunt agendae, quae commentariensibus committi nequeant, tot curandae & evigilandae, tot scopuli praeternavigandi, ut refugiat animus recordationem fastidii atque reprehensionum, quibus editor quicunque novus caput objicit. Incendio invidiae, & fastidii, & stomachi occurrit, quisquis hanc aleam jactat; cui incendio vix ausim meam existimationem rursus committere, posteaquam in illo rogo, quem Caspar Burmannus ad Petronium construxerat, paene conflagravit. Quod enim mihi contingit, ut indigner, ut stomacher, ut saeviam, cum Casaubonum, sed quantum heroa, in Polybio videam, in Cicerone Victorium, alios divinos homines in aliis auctoribus, seu errore occoecatos, seu libidine & intemperantia actos, pro bonis lectionibus veterum editionum, aut etiam pro vitiosis illis quidem, iis tamen lectionibus, e quibus satis clara & insignia verae lectionis vestigia exstarent, commenta sua subjecisse, quibus auctorum sententia foedum in modum deformata & obliterata esset: potero effu-

gere,

gere, (sic saepe ego mecum) quin in idem incendium odii & convicii incidam, si auctorem ullum quempiam attigero? Ecquis enim ita felix, ita prorsus ultra humanae sortis debilitatem evectus est, ut sperare possit, in hoc genere nunquam fore, ut turpiter ruat. Quae semel adspersae bonis auctoribus sunt labes, & quae imposita vulnera ab eorum manibus, quorum magnum in literis nomen est, eae tenaciter ipsis adhaerescunt, tanquam mala scabies, & latius serpunt, ad posteros etiam, ut aegerrime detergi & eradicari queant. Errores autem majorum per nostras editiones propagare, & ea, quae ne ipsi quidem intelligamus, posteris cum commendatione quadam nostra obtrudere, dedecus est, animi cupidi, lucro dediti, levis, & rerum omnium incurii, a viro bono denique, qui velit is esse, quem profiteatur, alienissimi. In libellis autem animadversionum aut verisimilium, aut periculorum criticorum, aut utcunque lubet appellare, quamvis male rem agas, fraudi tamen auctori tuo tua seu inscitia seu infelicitas non erit; cum integrum sit editori & lectori cuique ejus auctoris, quem tu tibi tractandum sumseris, e tuis conjecturis, quantum visum fuerit, excerpere & ad usum suum transferre. Denique auctoritas mei nominis apud librarios institores nulla est, neque, ut aut magna, aut ulla sit, multum laboro. Sed haec hactenus.

Polybii igitur, ut illuc redeat oratio, laceros artus collegere homines doctissimi summo studio, alii ex aliis, & ita magnis temporum intervallis, ut nondum plane coeperim desperare, quin aliquis codex undeunde exsistat, Polybii nova quaedam fragmenta conservans. Sed in his, quae nunc tenemus, Polybii ruderibus colligendis & componendis signum quasi sustulit Vincentius Obsopoeus, ludi literarii Onolzbachensis, ni fallor, moderator, homo de literis graecis optime meritus. Primos ille Polybii quinque libros primus graece typis Secerianis Hagenoae A. 1530. edidit, e codice, de quo ipse pauca haec memoriae prodidit: *Cum non sine mente, non sine numine divum, opera ornatissimi viri, Jacobi Ottonis Aetzelii, caussarum oratoris optimi, Polybii reliquiae graece ad manus suas pervenissent, exiluisse se gaudio* — Unde ille Aetzelius codicem illum habuerit, suumne, an alienum, nescimus; quo item devenerit; &, in quo maxime laboramus, pluresne Polybii codices penes Obsopoeum fuerint, id nos plane celatum voluit, pro ea, quae illorum erat temporum, tarditate, qua factum est, ut in nugis illi consumerent suas praefationes; quae rem continerent, ea praeterirent, qui fuissent sui codices, unde extracti, qua fide ipsi versati sint in iis exprimendis, quid ipsorum ingenio, quid librorum auctoritati in acceptis referendum sit, ea omnia tacita transmitterent. — Est igitur haec editio Polybii princeps

a Gronovio inspecta illa quidem, at non ita diligenter, ut mihi relicta non sit seges bonarum lectionum haud condemnenda. Nondum satis consuevi cum Basileensi seu Herwagiana, ut decernere possim, qui eam curarunt, illine primi induxerint eas lectiones, in quibus Casauboniana ab Seceriana seu Hagenoënsi discedit, an Casaubonus, vel Fulvius Ursinus, quem Casaubonus in multis secutus videtur esse, auctor earum discrepantiarum fuerit. Non paucas reperi in editione Casauboni lectiones pravas, quas aut Casaubonus, aut Ursinus, aut quicunque alius invexit, errore, quod earum lectionum, quae in Hagenoënsi sunt, vim, cum sunt bonae, cognitam perspectamque non haberent, aut cum sunt malae, non sic, ut oportebat fieri, emendarint; quod utrumque genus vulgo παραδιορθώσεις seu emendationes vitiosas appellitamus. Dedi igitur operam, ut lectiones Hagenoënsis hujus codicis, quae non essent manifestae mendae, indicarem; quarum alias sine laude, alias sine nota transmittens, in medio posui, meritas autem commendatione insignivi. In quo quin magnam inierim gratiam a bono quoque & aequo, nullus dubito, qui certus sim, non minus bene de vetustis auctoribus mereri eos, qui bonas lectiones a posteriorum editorum inscitia & levitate loco depulsas & in exsilium quasi ablegatas, e situ primarum editionum, incultiorum quidem illarum, sed multo fideliorum, revocent & quasi resuscitent,

 et

& demonstrent ignorantibus, dubitantibus commendent; quam qui suo marte veras lectiones reperiant & ex ingenio suo restituant. Non commemorat Obsopoeus in praefatione, nisi unum illum codicem Noribergensem. quidni enim sic appellem, quem Norimberga accepisset ad se missum. Affert tamen idem haud uno loco varietates lectionis. Quas unde habuit? cur nil curavit ea de re nos docere? Suspicabimurne, plures Polybii codices penes eum fuisse? indigni nempe eramus, quos certiores ea de re faceret. an amici eum de lectionibus quibusdam admonebant? quid ergo hanc amicorum officiositatem ingratus dissimulavit? Nimis hercle ἀρχαῖοι erant boni illi senes, quorum praefationes testantur, ipsos ignorasse, quae natura, quae munia sint praefationum libris in vulgus exituris praefigendarum. Si peccandum necessario est in alteram partem, praeferre *nullus* dubitabo praefationis insolentiam & nimiam sedulitatem in multitudine codicum, saepe triobolarium, decantanda sese jactantem, quam istam veterum supinitatem & jejunitatem, quae loco praefationis declamationem, vix illiteratissimo quoque plebejano dignam, nobis obtrudit. Nae, viros principes, qui tum erant, ad quos illi suos libros cum istiusmodi literis mittebant, aut faciles, aut ingenuo palato fuisse, necesse est.

Septimo anno post, Lazari Baysii prodiit Basileae libellus de re navali veterum, & in eo particula libri XVI. Polybianae historiae, quae par-

particula de proelio navali ad Chium Philippi cum Rhodiis & Attalo tradit. Baysio, quod ipse testatur, illam particulam Victor Faustus impertiverat, e codice Veneto S. Marci, ut videtur, excerptam.

Ipso eodem anno 1537. eadem in urbe Basilea prodiit ex officina Io. Oporini particula illa celebris e libro sexto Polybiani operis superstes, de militia Romana, cum Ioannis Lascaris latina interpretatione: qua in particula explananda tot doctorum hominum, qui militiam Romanam pervestigarunt, ingenia laborarunt, Lipsii, Salmasii, Schelii, nuper admodum Poeschelii, ne alios commemorem. In praefatione testatur Oporinus, illud opusculum ad se missum esse a Iacobo Bedroto, qui in universitate Argentoratensi, tum primum nascente, bonas literas docebat.] Hic est ille (juvat enim, & aequum est, nos obscuri hodie nominis, sed tempore suo non ignobilis, memoriam velut e cineribus ad vitam & lucem revocare) hic igitur Bedrotus ille est, qui, cum ad Florum & Athenaeum suam operam contulisset, tum etiam scholiasten Homericum in officina Rihelana A. 1541. curavit, ut emendate excuderetur.

Duodecimo anno post, hoc est A. 1549. eadem in urbe Basilea, quae olim, ceu foecunda mater, nobilissimos libros graecos & latinos sinu fertili effundebat, officina Herwagiana insignem, & tum temporis plenissimum emittebat

bat codicem Polybii, continentem, una cum quinque illis primis libris, qui soli hodie integri supersunt, ab Obsopoeo primo editis, accessionem nobilem, eclogas puta, quas vulgo usurpant, librorum duodecim a quinto proximorum. Cujus editionis copiam serius mihi factam esse, tum operae jam nostras ad primos quinque libros animadversiones excudendo absolvissent, impense doleo. Ex quo factum est, ut nondum satis otii mihi occurrerit, ad comparandam hanc editionem cum Hagenoënsi. Faciam tamen, ut, quae ipsa de se illa praedicet, cum ea illinc huc translata repetiero, tum iis, qui nos legent, constet. Arnoldus Paraxylus Arlenius itaque, Belga, qui Basileae extremam aetatem egit, homo de Platone, Iosepho & aliis Graecis egregie meritus, codicem hunc a se curatum profitetur, in epistola, codici graeco praemissa, qua eum ad Diegum Hurtadum a Mendoza, Caesaris [is est Carolus Quintus] ad Paulum III. P. M. Legatum, misit. Verba Arlenii ad rem praesentem facientia, (nam plurima pars epistolae aut in alienis aut in tralaticiis consumitur) sed ea, quibus opus nobis nunc est, haec sunt: „Hujus itaque scriptoris libros quinque priores, quorum editionem ante annos aliquot docto viro „Vincentio Obsopoeo debebamus, jam ad manuscriptos codices collatos una cum sexto propemodum integro damus, multo tum castigatiores, tum alicubi plenius instructos. quibus

„ex

„ex domestica tua bibliotheca duodecim conse-
„quentium librorum epitomen, quam a Corcy-
„ra, e doctissimi senis Io. Moschi libraria supel-
„lectile, nactus eras, nunc primum adjecimus,
„rati, hoc tam singulari beneficio —„ mitto
reliqua. Quae latina Nicolai Perotti interpre-
tatio quinque priorum Polybii librorum Hage-
noënsi codici adjecta est, eadem huic quoque
Herwagiano est subjecta, una cum accessione
a Wolfgango Musculo profecta, qui eclogas la-
tine reddidit. Agebat enim ille tum temporis,
discessione a partibus Lutheranorum facta, Ba-
sileae, sedes stabiles & fortunas secundiores cir-
cumspiciens, loco tam iniquo, ut, quicquid
occurreret, aut objiceretur, unde victus hone-
ste quaereretur, id necesse haberet, velut ta-
bulam in naufragio, arripere. Non jam mi-
rum est, eum ad provinciam vocatum accessisse,
quam ab eo non felicissime gestam esse, facile
credo Casaubono & aliis affirmantibus. Ipse
enim ego Musculi interpretatione usus nunquam
sum. Sed ab homine, graece mediocriter,
ut ajunt, docto, & ab historia literisque pro-
fanis, quas appellant, derelicto, aut abhorren-
te, & sacris consecrato, & e textrina ad litera-
rum studia, aetate jam affecta, translato, ecquid
poterat hoc in genere exspectari, nisi invita &
pingui Minerva natum. Ex hujus itaque Musculi
epistola latinis praemissa intelligo, Perotti latinam
interpretationem ab eo reformatam esse, roga-
tu Herwagii, cui negat potuisse hanc ope-

ram postulanti denegare: tum illud; invitum Musculum & detrectantem; sed rursus ejusdem Herwagii precibus & donis victum, ad interpretationem eclogarum suscipiendam accessisse. In quo ingenuum hominis animum & pudorem cum cerno, tum suspicio. Nihil praeterea aliud, quod ad Polybium faciat, & nostra intersit scire, in illa Musculi praefatione reperi, quae homiliae cuidam, quam praefationi ad Polybium, est similior, pro illorum temporum ingenio. Passim apparet in margine Herwagiani codicis lectionum varietas, quae videtur excerpta esse e codice Augustano; de quo paulo post pluribus dicetur. Ad hunc Herwagianum codicem accommodatae sunt emendationes Fulvii Ursini, qui post Arlenium & Musculum primus bene de Polybio meritus est.

Vir enim hic doctissimus, cum ab Antonio Augustino, Archiepiscopo Tarraconensi, codicem accepisset, in quem conjecta essent excerpta e libris ab octavo post decimum inde usque ad finem operis, & illa quidem inprimis excerpta, quae ad legationes pertinerent, unde vulgo Excerpta legationum usurpantur, quo nos etiam interdum utemur nomine brevitatis ergo, quanquam satius sit Ursinina appellari: sed illum codicem cum Fulvius accepisset, misit eum ad Christophorum Plantinum, typographum aetate illa nobilem, qui Excerpta haec A. 1582. in forma quarta dicta typis splendidis excusa divulgavit. Insunt illi volumini praeter

er fragmenta Polybii, Dionysii Halicarnassensis, Diodori Siculi, Appani, Dionis Cassii, F. Ursini ad haec omnia animadversiones, tum etiam in fine emendationes ad codicem Herwagianum. Insigni utique dono rem literariam auxit Vrsinus hac proferenda Polybiani operis particula; & pro ea, quae mirifica in Vrsino erat, sagacitate atque felicitate, multas codicis Hispanici foedissimas mendas dexterrime sustulit; sed quod accidere solet magnis ingeniis & conscientia suae virtutis fidentibus, ut intra modum consistere nequeant, id ipse quoque passus est, ut elatus prosperitate medelae, quam locis multis Polybii prodigiose in codice Hispano depravatis senserat se felicissimam adhibuisse, delaberetur ad ejus audaciae praecipitium, ut ipse nova Polybio vulnera eadem manu, quae alia sanasset, imponeret. Non uno in loco spero planum a me factum esse, Vrsinum aut sana vitiasse ultro, aut vitiosa in pejus mutasse, ubi fomentis lenioribus res poterat peragi; & ubi blanda manu suspensaque malum tolli poterat, igni ferroque grassatum esse. Quod facinus, audax quidem illud, nec ferendum, aequiore ferremus animo, & minore cum damno nostro, si, qua saepe usus est cautionis prudentia, ut sui codicis mendas fideliter atque diligenter indicaret, ea prudentia ubique voluisset uti. At enim vero nos ille quam saepissime hiantes deludit, & delusos dimittit, quum ita, ut quoque loco fecit, se emendasse, vitiosum ibi locorum

corum fuisse cedicem suum affirmat. Quae res mihi saepe vehementer stomachum movit: cernenti, si acrius & subtilius inspicerentur vestigia pravarum lectionum, cum eas demonstrare Vrsino visum esset, saepe meliorem & verosimiliorem sententiam ex iis erui posse, quam Vrsinus eruisset. Negari profecto nequit, hanc Vrsini audaciam & Polybium & alios auctores graecos (nam ad alios quoque cupidas manus extendit) tabo quasi quodam Celaeneo perfudisse. Nam aut non agnovere eum viri docti, Casaubonus in Polybio, Hudsonus in Dionysio Halicarnassensi, aut ab eo sibi satis non caverunt: quo factum, ut Vrsini commenta pro veritate Polybiana & Dionysiana amplecterentur, & velut pupulam exornarent. Eccui vero tandem tanti nominis, quantum Vrsino merito & tum contigit; & hodie manet, non praestinguat oculos splendor. Eccui tantae doctrinae copia, tanti acuminis felicitas non imponat, & assensum extorqueat. Quod anno superiori jam, cum ad tertium harum Animadversionum volumen praefationem conscriberem, querebar, fuisse saeculo XV. exeunte & vertente XVI. in Italia viros doctos, qui veteres auctores commentis suarum, quas videri volebant, correctionum, sed depravationum potius, contaminarent, in eo, cum Naugerio & Sigonio, Fulvium hunc Vrsinum inprimis notabam. Nam Petrum Castellum; cujus detestabile latrocinium in Ammianum Marcellinum Henricus Valesius
dignis

dignis modis exagitavit, aliosque eadem de familia gladiatores, quos haud paucos illud saeculum apud Italos tulit, dignos commemoratione non habeo. Quantam Hermolaus Barbarus invidiam sibi Plinio corrumpendo contraxerit, quantam Naugerius Tullio, nemo facile hodie est, qui ignoret. Ne ipse quidem Petrus Victorius, homo de Tullio immortaliter meritus, ad ejus restaurationem eam, quam afferri par erat, religionem attulit. Ad Livium conjecturas suas Sigonius pro lectionibus codicis antiqui, quem penes se esse mentiebatur, venditavit. Henricus Stephanus in Italia, cum ibi studiorum caussa peregrinaretur, artes has nequam imposturae literariae videtur didicisse, quas postmodum strenue, si quis alius, exercuit, qua de re hodie inter omnes constat. Videtur eodem ille contagio generum polluisse. Sed ad Fulvium redeo. Dionysii Halicarnassensis Antiquitates Romanae in membranis pervetustis Romae asservantur in bibliotheca Vaticana. Codex ille praestantissimus est summique faciendus, quo si recte uti nosset Hudsonus, paratis & praesentibus opibus, poterat ille Dionysium multis modis emendatiorem dare. Verum non erat Hudsonus editor Dionysio par & dignus. At est tamen illa membranarum Dionysiacarum praestantia non nullis Ursini depravationibus contaminata. Verbo, quanquam in non multis auctoribus flagitium hoc compertum usu meo habeo, ausim tamen affirmare, nullum esse, ne-

que

que graecum, neque latinum auctorem, a qu: corrumpendo correctores, nasutum & imprudens genus, suae temperassent libidini. Quo in genere ut quisque peccavit a literis instructior, (nam aut licebat illo saeculo ita insanire, aut etiam laudi ducebatur) ita intra veniam peccavit magis. Et haud scio, quotquot eo furore perciti fuere, an omnium unus nemo Vrsino cum ratione magis insanierit. Sed satis hac de re, de qua plura, si opus erit, afferentur, cum nostras ad Tullium animadversiones in publicum proferre per fata licebit. In hoc quidem, quod nunc carceribus emittimus, opusculo satis planum confido a me factum esse, in edendis fragmentis legationum Fulv. Vrsinum non ea fide versatum esse, quam praestare editor quisque sapiens & religiosus debet. Neque dubito, si satis otii mihi superfuisset ad emendationes Vrsininas codicis Herwagiani examinandas, (nam, ut dixi, currente rota, & operis typographicis in hoc opere medio praelum exercentibus, schedasque identidem novas poscentibus, offerebatur codex Herwagianus, ut vix satis superesset otii ad illum codicem cum vulgato Gronoviano conferendum) si igitur angustiis temporis exclusus non fuissem, poteram, quod certo confido, planum facere, etiam in emendandis illis libris Polybii, qui codice Herwagiano continentur, similem Vrsini sortemque fidemque esse, suaque illum forte implicasse Casaubonum, quem suspicor, signis haud scio

an

am non fallacibus, Vrfini auctoritatem haud raro temere fecutum, & ab ea in errorem pertractum esse, etiam in libris ab Herwagio editis, ut pro certo compertum habeo, Vrsini auctoritatem Casaubono in fragmentis legationum imposuisse. Pertinet hujus rei investigatio ad editorem Polybii navum & peritum, quem non profiteor. Id vero sancte affirmare possum, me Vrsininis illis emendationibus XVII. priorum Polybii librorum, cum has Animadversiones conscriberem, non tantum non usum esse, sed ne potuisse quidem illis uti; quippe qui codice Herwagiano carerem, ad cujus paginas & versus illae Vrsinianae notulae sunt accommodatae. Si quid igitur illis inesse deprehendetur, quod cum nostris consentiat, ab aequitate lectorum spero me hoc impetraturum, ut nullam cupiditatem meam suspicentur, (suum enim cuique & tribuere & servare integrum diligenter curo, & nunquam non curavi) sed ad fortuitum aliquem casum & ad veritatis vim referant, quae duos homines tantis temporum locorumque intervallis disjunctos in easdem sententias deduxerit. Aegre id quoque in Vrsino fero, quod quas profert emendationes codicis Herwagiani, illas ad nullius auctoritatem retulerit; notulis solummodo quibusdam adspersit has breves voculas *Ex ingenio*, caeteras omnes auctoritate destitutas projecit, dubios nos & incertos relinquens, cui codici illae sint in acceptis referendae. Relictum nihil nobis

bis est, nisi ut suspicemur, eas ex eodem codice Tarraconensi expromtas esse, unde prolati sunt fragmenta legationum. Deinde vehementer dubito, solaene illae notulae, quibus hoc signum *Ex ingenio* adhaeret, sint conjecturae ingenii Vrsinini, an sint etiam in reliquis, quae ab illo signo derelictae sunt, notulis, nonnullae ab eodem ingenio, non a codice manuscripto profectae. id quod valde mihi probabile accidit.

Sed satis diu, & super etiam, in Vrsino haesimus. quare age tandem ad Casaubonum transeamus; qui traditam ab illo lampada suscepit, & ita Polybium ornavit, ut nemo alius magis. Unam enim rei militaris peritiam si exceperis, reliqua, quae in Polybii interprete esse debent, ingenii & doctrinae praesidia omnia in uno Casaubono summa erant. Ecquis est tandem, cui excellentia laudum lateat, quae ex divino illo ingenio exsplenduerunt, cum plurimae, tum maximae, & praedicatione mea longe majores. Quid opus est, soli facem accendere? Ego vero, quod hominem ingenuum decet, hoc agam, ut naevos, quos mihi in operis hujus Phidiaci excellentia deprehendisse videor, libere, aperteque demonstrem; quod non infectatione tanti nominis faciam, quod tantum est, ut ejus claritatem nullius livoris nebulae, nullius aetatis vetustas sint obscuraturae; sed cum veritatis studio, quo teneor, tum reverentiae, qua Casauboni nomen prosequor, hoc tribuam.

In-

Ineptos enim & plane ridiculos ne nota quidem ulla dignos habeo, sed silentii condemnatione transmitto. Sed ad hujus hominis judicanda merita & studia Polybiana, tanquam ad regis alicujus adorandam purpuram, pudens & venerabundus accedam, deprecans ab aequo quoque veniam ausi, a quo levitatis & obtrectationis suspicionem & herois excellentia, & aetatis, quam nunc ago, sedatio excludit. ἵλεως δὲ καὶ ἤπιος ἡμῖν γενέσθω καὶ ὁ τοῦ Διὸς Ἡρακλῆς, ut illo Libanii Orat. Morell. p. 659. in fine utar. Spectanda igitur est primo loco Casauboni in constituenda Polybii graeca oratione fides, tum latinae interpretationis ratio, caetera denique accessoria quaedam ornamenta, cujusmodi sunt lemmata, (quae vulgo dicunt) & synopsis chronologica & index. Nam commentarios in Polybium ipsi non licuit absolvere. Sed de singulis his seorsim. Quamquam igitur & ingenio acerrimo instructus erat Casaubonus, & mirifica emendandi sagacitate, & graeci sermonis rerumque vetustarum tanta peritia, quanta haud facile quisquam illa memoria fuit alius, quamquam suppetebant codices Polybii manu exarati, iisque opibus omnibus cum adventiciis, tum domesticis, praeclare usus est ad eam emendandam & sarciendam dictionem Polybii, quae in codicibus Hagenoënsi & Hervagiano circumferebatur mendosissima & multis locis lacunosa; fecit tamen operis magnitudo, ut in quibusdam conniveret atque dormitaret, & verum praetervideret, quod in ruderibus pra-

varum lectionum, tanquam seges in herba latebat, in aliis nimium securus & fidens Vrsini auctoritate, pravas lectiones civitate velut sua Polybiana donaret, bonis civibus vetustis, probis lectionibus, non in coloniam, sed in exsilium plane ablegatis. Neque hoc possum satis mirari, cur Casaubonus, homo virtutis & ingenuitatis, quam ubique locorum prae se fert, studiosissimus, ab improbitate, cupiditate, arrogantia, fraude, plagio, alienissimus, quippe cui, domesticis copiis affluenti, non opus esset aliena appetere, nusquam tamen, quod sciam, Fulvium Vrsinum, ne semel quidem, si bene memini, ne nomine quidem tenus, appellet, aut eo facem illam praeferente, se per has tenebras ajat perreptasse, quam facem Casaubono praeluxisse in multis certo certius constat. Quae causa sit hujus ἀνελευθερίας, me fateor non perspicere. Quicquid est, illiberale facinus est & parum honestum. Accidit hoc quoque perincommode, ut, quae Polybii oratio hodie a Casaubono inde inter manus doctorum hominum versatur jactaturque, nulla certa nitatur auctoritate vetustiorum codicum, sed in sola Casaubonini nominis dignitate conquiescat; quod fundamentum sane perquam lubricum & fluxum est. Gronovius enim, qui unus post Casaubonum exstitit Polybii editor, nil egit aliud, in graeca quidem oratione, quam ut, quam a Casaubono traditam accepisset, eandem plane redderet atque propagaret, quod exemplum hodie sequimur, & sequi necesse habemus, propter

saeculi

saeculi stultitiam, cui persuasum est, eam ipsam esse, neque aliam, Polybii orationem, quam Casaubonus judicasset ei tribuendam. Si licuisset Casaubono commentarios suos edere, operam videtur daturus fuisse, ut certo nobis constaret, quid quoque loco aut ingenio indulsisset, aut codicum manuscriptorum, & quorum, auctoritati detulisset. Sed nunc ea norma nobis carendum est. Venio ad latinam Casauboni interpretationem, de qua fateor me judicem sedere idoneum non posse: cum quod parum latine calleo, non satis quidem latine, ut ex aequo & vero constituere judicium de Casauboni latinitate queam. Sero adjicere animum ad latinae linguae culturam cepi, quum mens jam occalluisset, & occupata studiis esset aliis. Quod praevideo fore, alios, qui mirentur, cum audiant ex me inscitiae meae confessionem, quibus visus semper sim nonnihil mundius, quam vulgo fieri soleat, latine scribere: alios, qui avide arreptam in meam contumeliam detorqueant meae hujus confessionis ingenuitatem, ut olim aliquando fuere, cum Homerum negassem me πεπατηκέναι, qui totos greges juvenum a se subornatos mihi immitterent, rogaturos illos, ut scholas sibi Homericas aperirem, deridiculi causa. Tam lepidi sunt, tam sapiunt, nostri Attici, homines emunctae profecto naris. Sed esto de mea latinitate, quod cujusque erit, judicium, defugio & ejuro personam judicis in causa Casauboninae interpretationis; quam neque invidendis laudibus ex-

tollam, quod vulgo fieri solere novi ab illis, qui famam sequuntur, non judicium suum, quo carent; neque carpam: cum illa de caussa, quam modo dixi, tum ista, quod hanc interpretationem perquam raro inspexi. Quantum tamen recordatio suggerit illius sensus, qui animum meum tum pepulit, cum locos quosdam hujus interpretationis, quod raro evenit, examinandos & in consilium adhibendos judicarem, & quantum porro colligo ex recordatione aliorum a Casaubono latine scriptorum, quae quidem usurpavi, suspicor, hanc Polybianae historiae interpretationem a Casaubono profectam, satis illam quidem & fidam & perspicuam esse, nam ea de re dubitari vix potest, satis tamen latinam esse, ego equidem affirmare haud ausim. Accedo ad accessiones ornatus, quo a Casaubono Polybius auctus est. Quae sunt primum summulae, vel argumenti breves complexiones, fragmentis quibusque praepositae; tum conspectus rerum gestarum a Polybio enarratarum brevi tabella conclusus & certis annorum velut areis descriptus: index denique rerum. De quibus singulis dicam breviter. Saepenumero miratus etiam atque etiam sum, quae intemperiae Casauborum egerint, hominem limati exquisitique judicii, ut infructuosam, & supervacaneam & ridiculam operam capesseret, lemmata, quae vulgo appellant, conscribendi, eaque graeca. Nulla enim illa sunt, neque in codice Herwagiano, neque in Vrsinino; unde certo certius constat, ea a ne-

mine

mine alio, quam a Casaubono, profecta esse. Latina illa solummodo dedisset argumenta, si omnino opus erat, & minutis literis, sed cui bono brevibus haud raro fragmentis indices praefigere, utroque sermone; typorum genere praegrandi, tam longos, ut ipsa paene fragmenta magnitudine aequent & obruant. Libri molem per se sic satis grandem augent, nullo operae pretio. Synopsis Chronologica egregium adminiculum est lectorum historiae Polybianae studiosorum, in qua fieri potest ut insint naevi quidam & lapsus humanae infirmitatis, sed eos paucos suspicor esse; judicare illos denique non possum, chronologiae veteris parum gnarus. Sed hoc debebat Gronovius curare, ut res gestae, in illis fragmentis enarratae, quae Valesius dudum post Casaubonum in lucem protulit, suo quaeque loco in illam Synopsin Chronologicam insererentur. Quod negotium quia ille omisit, immemor, ni fallor, & imprudens, (consulto enim praeterisse non videtur) datum sibi hoc putabunt, qui post erunt, Polybii editores, ut gerant, & defectum hunc farciant. Indicem, quem Wechelana editio adjunctum habet, Amstelodamensis seu Gronoviana repetiit, ut a Casaubono profectum assentiar, tametsi omnes ajant, inducere animum non possum. Videtur Casaubonus eo usus esse compendio, quo hodienum utuntur, qui parva opera & brevi tempore magna stipendia librariorum institorum mereri student, ut

 ope-

operam indicis conficiendi adolescenti alicui demandaret; aut, si ipse eum confecit, necesse est ut puer admodum fecerit, privatos in usus suos, nihil dum de edendo Polybio cogitans; tempore post, in ipsa Polybii editione, festinans & trepidans, rerum agendarum oppressus multitudine, & otio exclusus, eum indicem, quem refingere & emendare nequiret, potius servarit, quamvis mendosum, quam nullum daret. Vergit tamen animus in eam partem magis, ut indicem illum Casaubono prorsus abjudicem. Ita enim inscienter & insubide est consarcinatus, ut, quisquis eum procudit, necesse sit, eum fuisse hominem omnium tardissimum, historiaeque veteris ignorantissimum & ab omni elegantia alienissimum. Quo in indice emendando tametsi *Gronovius* miris modis suam depraedicat industriam, & incredibiles jactat a se toleratas molestias, facileque credo, nihil in ea depraedicatione vanitati datum esse; ut est tamen, vel sic recoctus ille index nihili est, macula praeclari operis, cauda inutiliter & turpiter dependens, & plane novus est conscribendus ab homine veteris historiae inprimis perito. Commentarios, quos instituit & inchoavit Casaubonus in Polybium, nil miror, absolutos non esse, neque etiam aegre fero, ne quid dissimulem. Ita sunt abnormes & inutiliter operosae eorum rationes, ut desiderium

rium eorum aequiore animo ferre queamus. Carendum nobis esse quorundam locorum Polybianorum enucleata expositione, cujusmodi Casaubonianae solent esse expositiones, & lectionum quarundam certitudine, id enimvero paulo fero impatientius; caeteris, quae accumulaturus erat e copiis lectionis suae Casaubonus de omnis aetatis militaribus institutis, ultro carebo; nam si exstarent etiam, ego equidem illis nil eram usurus. Ecquis tandem non ejusmodi silvam exhorrescat ingredi, quasi aliquam Hercyniam, quam non sexaginta diebus, sed ne anno quidem toto sit emensurus? Supersunt hujus silvae rarae quaedam, velut in extimis angulis arbusculae, in Adversariis Casaubonianis, quae Oxonii in Bodlejana asservantur, unde sarmenta quaedam Io. Christophorus Wolf, vir egregius, & ad bene de literis merendum, quoad posset, natus, in Casaubonianis. Prodiit editio Casauboniana Polybii A. 1609. Parisiis in folio forma splendidissima, eodemque ipso anno Francofurti apud Wechelos eadem forma ita recusa est, ut paginae hujus paginis illius, si bene memini, & versus versibus fideliter responderent. Mihi Wecheliana tantum ad manus fuit.

Annis viginti quinque post eadem in urbe Parisina Polybianam insigni locupletavit accessione Henricus Valesius, vir summus, & Casaubono plane par: quem Valesium [illegible] magnificio.

Multo elegantior & exquisitior atque fructuosior est opera Polybio a Iacobo Gronovio navata, qui non solummodo, quicquid opis conquirere posset, conquisivit, quicquid copiarum conscribere, conscripsit, e libris editis pariter atque schedis manu exaratis, & ex ingenio denique suo, juvenili quidem illo tum, sed magna jam promittente, & haud scio, an praestante etiam majora, quam postmodum praestitit. Nam tametsi Gronovius in Polybio tyrocinium suarum literarum ponebat, ut videretur in dolio figlinam discere velle, ego tamen is sum, qui de Gronovii hac opera Polybiana sic statuam, quicquid commentationum ad graecos auctores a Gronovio sit postmodum profectum, quod a me quidem sit oculis usurpatum, usuque cognitum & perspectum, id huic operae Polybianae aut secundum esse, aut certe non multo superius. Usu venit interdum, ut quae ingenia in pueris spem de se maximam fecissent, & fructus nobilissimos protulissent, illa, aetate maturescente, paulatim degenerent, & a se deficiant, spemque suam frustrentur. Id quod in Iacobo quoque patre videtur evenisse. Sed & adventitiis ornamentis commendabilis est haec editio, quibus superiori praestat. Accesserunt enim hic fragmenta Valesiana, cum Valesii ad ea annotationibus, tum Merici Casauboni notulae ad quinque primos libros Polybii, qui quamquam magnis intervallis a divinitate

pater-

terni abest ingenii, non tamen plane condemnenda neque aliena loquitur, sed saepe audiendus est, & magno inprimis eo beneficio sibi nos obligavit, quod patris, Isaaci, conjecturas de Polybianae orationis emendatione, quas ille saepe in latina interpretatione secutus est, ex ejus schedis protulit. Excipiunt F. Vrsini notae ad Excerpta legationum. Sed cur emendationes ejusdem ad codicem Herwagianum omisit Gronovius? Cur, cum Vrsini praefationem ad Cardinalem Granvellanum, non illam spernendam quidem, sed neque rursus plane necessariam & Valesianae multis partibus inferiorem, redderet, nil curavit, Henrici Valesii perdoctam ad Excerpta sua praefationem reddere, tot scitis, tot exquisitis animadversionibus refertam, ut sunt omnia Valesiana, ut, qui Polybii & graecarum omnino literarum studio teneantur, eorum quam plurimum intersit eam legere. Cur fragmentorum ab Vrsino Polybio imputatorum quaedam omiserit, id quaerere nil attinet, & auspicari in promtu est. Intelligebat enim, ea Polybii non esse. Est sane magna in his cautio adhibenda, in quibus labi perquam facile est: & lapsum saepius Vrsinum docuit Valesius in illa eadem praefatione. Non satis confidi potest, quae cujusque auctoris fragmenta sint in ejusmodi Collectaneis, quibus magna dominatur confusio & permutatio nominum, ut in Stobaeo. Sed ad laudes operae Gronovianae redeo.

deo, in quibus haec quoque est, quod diligentius conquisita sint Polybii fragmenta, quam ante factum esset. Probanda quoque Gronovii industria in corrigendis & demonstrandis interpretationis Casaubonianae labeculis, si quid, ut par est accidere in opere tam gravi & tam longo, vir summus aut festinans, aut calami aut memoriae errore omisisset, aut secius exarasset. Optandum erat, ut hanc quoque operam dedisset Gronovius, ut fragmenta legationum & Valesiana in unum consequentem ordinem construeret, qui, quantum ejus fieri ex sola conjectura potest, proxime accederet ad illum primigenium, quem olim in libris adhuc integris obtinebant; qui ordo haud raro satis est dilucidus atque insignis. Erat illa ratio non parum lucis rebus ipsis illatura, memoriamque rerum narratarum altius animo infixura.

Quae secundum Gronovium superiori & hoc maxime saeculo ad ornandum Polybium diligentia virorum doctorum & elegantium contulit, nihil horum omnium licuit nobis oculis usurpare. Quare de his dicere supersedebo, quae nostri homines melius tenent, ut rerum illi vetustarum paulo minus studiosi, ita earum, quae hodie geruntur in rep. literaria, diligentiores; contra atque ego sum. Neque dubito, his de rebus abunde dictum esse in praefatione ad Polybium germanicum annis aliquot ante editum; ut nihil supersit, quam ut de mearum ad

Poly-

olybium animadversionum ratione brevibus
xponam.

Operam itaque id maxime dedi, ut e pri-
nis quarumque particularum editionibus, ut
Hagenoënsi, in primis quinque libris, Herwa-
giana, in eclogis duodecim proximorum libro-
rum, in excerptis Vrsini, eruerem veras lectio-
nes, easque approbarem, aut ubi ab hoc defi-
cerer praesidio, probabili conjectura mendas
vulgarium librorum eluerem; tum ut mentem
auctoris obscuram expositione declararem, de-
nique, ut vim verborum graecorum, si quod
occurreret abstrusius, aut ab usu remotius, &
Polybio proprium, paulo etiam operosius enu-
clearem. In quo vereor, ne sint, quibus μει-
ρακιωδῶς & insolentius me gessisse videar. Quod
eorum judicium, tantum abest, ut mirer, ut
ipse paene sim probaturus. Personam enim ipse
mihi ultro imposui alienissimam ab ingenio meo.
Sed urebat me quorundam contumelia, qui meis
ad graecos auctores animadversionibus jejuni-
tatem exprobrarant; quos ut ulciscerer, repen-
te me cepit impetus, exempla dictionum grae-
carum ex indicibus, quibus instructus essem,
coacervandi, & dictionum graecarum vim, ra-
tionemque & natales veluti demonstrandi; sed
subito resedit rursus, id quod necesse erat fieri,
ille impetus, non a natura insitus, sed ex tem-
pore natus. Cum sesqui mensem fere hanc fe-
brim tolerassem, coepit ejus me poenitere, re-
dii

dii ad sanam mentem, hoc est, ad illam mihi cognatam & adamatam humilitatem, atque siccitatem, & maciem; postquam id consecutus eram, quod volebam, ut illis censoribus vitio creatis planum facerem, si quis, qui graece quidem sciat, bonis & locupletibus instructus sit indicibus graecorum auctorum, ei multo esse factu facillimum, ut farragines disputationum de verbis conferat, & materiam lexicis dignam comportet; multoque citius atque multo facilius ingentia ejusmodi commentariorum volumina conscribi, quam exiguos libellos criticarum, quas appellant, animadversionum. Paucorum hoc est, illud multis datum; ingenium his dominatur, illis in industria omnia sunt. Centeni centones consarcinent Burmannianos, sed Casaubonianas, aut Valesianas, aut, si recentiora exempla volumus, Bentlejanis & Hemsterhusianis similes emendationes, easque numero multas, vix centesimus quisque pariat. In illo genere assiduitas quaedam enotandi & in adversaria conferendi, ingeniumque aliquod philosophicum, quod appellant, cernitur, in rebus confusis disponendis, sedulum & solers, quod ingenium saepe tardioribus etiam inest. Sed sagacitas critica, rarum naturae donum, assiduitate parari nequit. Cum igitur, quod dicebam, mensem unum & ultra, illo mirifico paroxysmo laborassem, ut disputationes conscriberem, lexico graeco, quam huic animadver-

sionum

sionum generi convenientiores, cepit me morae insuetae & ingratae, ipsiusque mihi despectae atque derisae taedium; & redii ad naturam meam. Habetis caussam, cur ad librum Polybii secundum, & tertium disputationes de dictionibus graecis paulo spissiores attulerim; in reliquis ab aura illa abterrana desertus, sim adstrictior & propositi tenacior atque constantior.

Declarando Polybio partem solummodo quandam meam conferre libuit, non omnia exsequi munia, quae aut poteram, aut debebam. Sciens enim volensque nonnulla praeterii, quae si professus Polybii editor transmittat, nix ille reprehensionem effugiat. In quibus maximum hoc est, qui lectionis cujusque auctor sit, quae fides, constituere; tum auctores alios utriusque linguae, qui Polybio usi sunt, ad eum exigere, Plutarchi, ut hoc utar, vitas Arati & Philopoemenis, & Livii imitationes Polybianas; post, videre, num insint Polybio dialecti Macedonicae, aut Alexandrinae, vestigia, & num a versione τῶν LXX. possit lucem accipere. Meminerint quoque locos quinque primorum librorum in fragmentis recurrentes, qui non pauci sunt, inter se comparare, & mutuo emendare. Sed superest magnus labor, & haud scio, an humano major ingenio, Chronologiam Polybianae historiae, a Casaubono inchoatam magis, quam perfectam, emendandi & rationes temporum, in quibus narratio Polybiana versatur,

constituendi; quod effici vix posse videtur per scelesatorum hominum stultitiam, qui artus Polybii ita lacerarunt, & dissiparunt, & permiscuerunt, ut paene nihil agnoscas. Sed haec & alia hujus generis fructuosa & necessaria curabit ille praestare, qui Polybium nova editione reddet. Mihi satis est, pro virili mea, si non multum, aliquid tamen ad decus Polybii non plane poenitendum contulisse. Ita bene vale, Lector aeque, & paulo post, si per fata licebit, in volumine quinto nostras ad Demosthenem & reliquos oratores graecos animadversiones exspecta.



IO. IAC.

I. I. REISKE

EPISTOLA

AD V. C.

OEFFELIVM,

SEREN. ELECTORIS
BAVARIAE CONSILIARIVM
ET A BIBLIOTHECA,

DE CONSILIO SVO
NOVAM

DEMOSTHENIS

EDITIONEM ADORNANDI.

VIRO

ILLVSTRI

ANDREAE FELICI OEFFELIO

S. P. D.

I. I. REISKE.

Beneficium, quo me nuper ornasti, Vir Illustris atque Doctissime, ita est magnum & praeclarum & ab illiberalitate hujus saeculi abhorrens, ut nefas sit, memoris animi significationem a me intra privatae conscientiae literarumve privatarum silentium contineri. Quare nihil mihi duxi antiquius, quam ut locum quaererem oportunum, quo publice Tuam praedicarem insignem officiositatem & propensam erga bonas literas ornandas voluntatem, testatumque ad omnes, qui sunt & erunt, facerem, Tuum hoc erga meque literasque studium summi, ut par est, a me fieri. Demosthenis codex antiqua manu exaratus, quem e bibliotheca Electorali Bavarica, cui praees, nuper ad me misisti, cum eo tempore mihi redderetur, quo volumen quintum Animadversionum nostrarum ad graecos auctores exitum e carceribus officinae typographicae in publicum moliretur, nihil magis meam existimavi decere personam, quam ut illi volumini epistolium Tibi inscriptum adderem, quo & de Demosthene Tuo pauca dissererem; quidni enim Tuum appellem eum, quem Tuae facilitati debeo? & de consilio paucis exponerem Demosthenis edendi, quod consilium ut caperem, nihil paene me magis induxit, quam usura codicis Bavarici.

Mores cum cogito asperos & sordidos & prorsus inhumanos, eorum, qui aut eo sunt, quo Tu, loco, custodes & administri biblio-

 the-



sta & alii, si tri literariae exinde accessiones & incrementa, opera tua, nasci poterunt. Quibus autem literariis gaudeamus bonis, Coberus, *) *cui ea melius, quam cuiquam domus sua, nota sunt, unus omnium optime Te docuerit*. . . . . .

. . O aurea verba! o mirificam humanitatem! a benignitatem inauditi exempli, qua me, hominem Tibi prorsus ignotum, nulloque merito, nulla gratia commendatum, ad unas modo meas literas, ad solum Coberi nomen, amplexus es. Misisti ad me, per tanta locorum intervalla, per tot viarum discrimina, nullo dato meo pignore, codicem egregiae notae, antiquitate venerabilem, bonitate insignem, nitidissime exaratum, Demosthenis reliquiarum quicquid hodie superest, id omne complectentem; cujusmodi codices hodie vix tres aut quatuor in tota Europa, quod norim, supersunt. Et beneficium tamen Te dare negas, sed accipere a me, qui rogaverim, affirmas. Ecquis unquam de tanta humanitate vel fando inaudivit? Ruborem plane mihi incutis, qui, cum tribuas beneficium incomparabile, cujus magnitudinem quibus dignis verbis praedicem, non reperiam, tamen per-

*) Hic est ille V. C. qui nuper Chionis epistolas recudendas curavit, & brevi nobis dabit Libanii secundam adversus Icarium, quae nondum edita est, item librum quartum introductionis Iamblichianae in philosophiam pythagoricam, item ad hoc diei ineditam. Conrector est gymnasii Budissini in Lusatia. Triennium consumsit in itinere literario per Bavariam & Italiam; ubi e bibliothecis Monachiensi, Florentinis, Romanis, aliisque multa sua fecit graeca & latina vetusta monumenta nondum typorum beneficio vulgata.

persuadere mihi labores, ut Tibi credam, Te beneficium a me, cum non repudiem, accipere. Utinam essent multi Tui similes; qui si essent, o quam laeta seges efflorescceret literaria! quantis novorum inventorum veluti rivis literae abundarentur! quot videremus aut opera veterum, pro deperditis habita, in lucem e tenebris bibliothecarum protracta, aut collationes eorum, quae exstant, a quibus multa, quae adhuc insanabilia fuerunt, veterum auctorum ulcera persanarentur! Ego vero, cum grati & memoris animi testificatione domique forisque, utar hac Tua liberalitate ad commune bonum, & utar imposterum quoque, ubi res tulerit, neque committam ut beneficium in hominem indignum contulisse, aut abjecisse videare.

Reliqua hujus epistolae in enarrandis Demosthenis Bavarici laudibus, & in exponendo eo, quod cepi, consilio Demosthenis denuo edendi, versabantur.

Otii quidquid a reliquis laboribus mihi per hos aestivos paucos menses superfuit, impendi codici Bavarico Demosthenis ad editionem Parisinam, seu Lambini, seu Morelii, ut mavis, exigendo. Non paucae sunt Parisinae hujus editionis laudes propriae; quas, dolendum est, quod in parte a Lambino curata, a nimis crebris & foedis operarum erroribus obscurentur. Nam ea pars, quae a Morello adhuc superstite curata est, mihi visa est quam emendatissima esse. Latinarum magis, quam graecarum literarum usu valuisse videtur Lambinus, neque satis idoneus fuisse, qui Demostheni edendo praeficeretur.

Non-



Nondum quidem absolvi illam collationem, operam, & per se molestam, & multis interpellationibus, quotidie intervenientibus, interruptam, neque otium adhuc superfuit, varietates lectionum quasque e codice Bavarico enotatas pensitandi. Universe tamen vidi jamdum atque certo intellexi, operam haud frustra collocatam. Reperi enim in codice Bavarico quam plurimas elegantissimas verissimasque lectiones, & non semel integros versus, quibus vulgati libri carent. Codex saeculo videtur XII. aut XIII. exaratus, ab eadem manu, (cujus rei auctor mihi est Coberus noster;) quae Xenophontis Ephesii & Charitonis Aphrodisiensis codicem Florentinum exaravit. Coberus enim utrumque & Demosthenicum Vestrum, & illum Eroticorum Florentinum, oculatus testis, ipse inspexit. Operam dabo, cum prodibit Demosthenes meus, ut codicis versui folium, exempli ergo, aere caelatum, spectandum exhibeatur. Literis exaratus est minutissimis, atramento evanido & luteo, ut acerrimis & paene ferreis oculis opus sit legendi & conferendi operam navanti. Multae ei insunt notae, unde colligatur, ex antiquo & bonae notae libro derivatum eum esse. Primum collatus est, ab eadem, quae exaravit, manu cum vetustioribus codicibus. Crebrae enim variantes lectiones eum inter versus, super ipsis vocabulis, tam in marginibus annotatae sunt. Deinde in capita quoque divisae sunt orationes, quae capita majusculis literis, rubrica scriptis, designantur, antiquo more, de quo Valesius dudum ad scriptores historiae ecclesiasticae admonuit. Novo quoque

bis minorum capite ineunte versus quidem continuantur, sed primi versus novi prima litera majuscula est, etiamsi media sit in voce. Quas divisiones etiam in nostra editione, cum prodibit, reddemus. Denique in multarum orationum fine, philippicarum quidem, quod meminerim, omnium, clausula, numerus seu versuum, seu commatum, (minutarum, nondum satis comperi,) demonstratur, ut ex. c. ὀλυνθιακὸς Α. Η. Η [Δ] Δ. Π hoc est ἑκατὸν, ἑκατὸν, πεντάκις δέκα, πέντε (255.) Libanii argumenta habet omnia; multa scholiorum habet, quae sub Ulpiani nomine circumferuntur, sed selectiora & emendatiora, quam vulgo in libris habentur. Orationibus etiam illis, in caussis privatis dictis, quae vulgo scholiis carent, adspersum habet scholiorum nonnihil, quorum nonnulla non sint contemnenda. Sed scholia in orationes de corona, & de falsa legatione, sunt spissiffima, partim a vetusta manu, partim a recentiore exarata. Sed scholia diligentius examinandi otium nondum mihi fuit. Orationes in hoc codice ordine, quod meminerim, eodem, quo in editione Parisina, decurrunt, nisi quod oratio contra Androtionem prima est publicarum, medio loco posita inter orationem de foedere cum Alexandro, & orat. de corona p quod quare factum sit, & quo exemplo, non dixerim. Aeschinis nihil habet, sed habet prooemia, epistolas, epitaphium & eroticum, quae in Demosthenicis circumferuntur. Consentit hic codex cum editorum nullo in omnibus.

Haec fere nunc festinantis memoriae de codice Bavarico succurrunt memoranda, unde in

ipsius



ipsius auctoritate judicium fiat. Venio nunc ad eam rationem, quam mihi tenendam in edendo a me Demosthene proposui. Textum, quem appellant, graecum ex editione Parisina, sed infinitis locis a me emendatum reddam, sine latina interpretatione. Textui subjiciam meas que & Taylorianas, quatenus editae prostant, animadversiones. Meae quidem complectentur varias lectiones, quotquot undique corradere potero, e libris calamo exaratis, & typis expressis. Cui rei bene gerendae quae jam ad manus sint adminicula, statim edam. Tum locos Demosthenicos a veteribus grammaticis aliisque auctoribus citatos indicabo. Interpretationes conjecturasque virorum doctorum undique conquisitas, cum meis, quae non paucae sunt, proponam. Antiquitatum, quas appellant, enucleandarum ero negligentior & parcior; qui existimem, ejusmodi copiosas antiquorum rituum explicationes alium sibi locum poscere, & a commentariis in vetustos auctores, quos magis criticos esse deceat, abhorrere. Demostheni adjungam peculiari volumine Aeschinem, Lysiam, caeterosque decem, quos appellant, oratores graeciae minores. Vlpiani commentarios, quos vix ac ne vix quidem inspexi unquam, aut arcebo plane a mea editione, aut, si postulentur ab iis, qui deesse operi partem necessariam, si omittantur, existiment, addam quidem, ea tamen lege, ut non magnam dis diligentiam a me adhibendam promittam. Wolfii interpretationem reddam eam, quae ab ipso profecta est, nullis meis lituris contaminatam; existimans, alieno in opere nemini licere

inge-

ingenioso esse. Si quas tamen in ea mendas observem, perpetuo eas commentario, illi versioni subjiciendo, notabo, & tollam, &, ne cui errandi locum dare possint, sedulo cavebo. Indices denique in Demosthenem & reliquos oratores graecos plenum addam, & Harpocrationis Lexicon.

Ad hanc tantam, tam operosam difficilemque rem me non plane imparatum accedere, fidem haec faciant, quae nunc commemorabo. Primum non semel, neque indiligenter, legi Demosthenem; deinde germanice totum reddidi, cujus interpretationis tria jam prodiere volumina; duo postrema quo minus jam dudum prodierint, culpa mea nulla est, qui dudum chartas meas librario Lemgoviensi excudendas in manus dederim. Interpretatio haec sinistris quibusdam voculis excepta est, sed eorum, qui, cum graecitatis essent ignarissimi, pro summa, quam sibi tribuunt, rerum omnium sapientia, sed ea ignorantia rerum omnium est incredibilis, & vanitas intolerabilis, potestatem sibi arrogarent de versione mea judicandi. Sed ecquid illi tandem in ea reprehenderunt? cruditatem quandam dictionis germanicae; ne unum quidem locum perperam acceptum & perverse redditum protulerunt; quod ne poterunt quidem, etiamsi velint; nam velle eos certum est, non, quo negem, in illa mea interpretandi festinatione commissum a me errorem esse, sed quod illi ne verbum quidem graeculum intelligunt, & Demostheni ne paginam quidem unicam tota sua vita legerunt. Sed germanicae nempe linguae magistri sunt, illi belluli, facetuli, delicatuli, qui ad verbum quodque,

ipsis



ipsis inauditum, quod ideo, pro sapientia sua putant de trivio arreptum, nauseant. Sed credant mihi, tam parum germanice callent, quam graece; & de germanica mea dictione perinde, atque coeci de coloribus, judicant, censores vitio creati, quos contemno, & rideo, & satis depexos in praefatione ad tertium volumen interpretationis meae germanicae reliquiarum Demosthenicarum dedi. Sed pergo. Porro usus sum exemplari Demosthenis Aldino, quod e bibliotheca seren. Ducis Vimariensis mecum communicavit Bartholomaei, V. C. illi bibliothecae praefectus, cui exemplari Iacobus aliquis Devalcob, homo mihi prorsus ignotus, varias quasdam lectiones, e tribus codicibus, quod ipse manu sua testatus est, adscripserat Venetiis A. 1592. Adhibebo praeterea editionem Aldinam, & a Feliciano, item a Paulo Manutio curatas. Quicquid Anglicana Taylori tenet, id reddam. Indices in Demosthenem jam satis instructos habeo. Neque despero fore, ut viri docti, de studio meo Demosthenem ornandi certiores facti, subsidiis aliis quoque liberaliter submittendis mihi praesto sint, bonamque meam de literis bene merendi voluntatem secundent. Haec erant, OTTELI praestantissime, quae nunc ad Te perscribenda ducerem, quo Tu meum Tibi obstrictissimum animum intelligeres, & ad conservandam Tuam erga me voluntatem ulteriusque navandam meis studiis propitiam operam impelleremre. Scripsi Lipsiae d. 26. Iulii 1766.

